

SIGILLVM ACADEMIÆ HARVARDIANÆ IN NOV: ANG:
CHRISTO ET ECCLESIÆ

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS
METRICIS EMENDATIONIS PLAVTINAE.

TOMVS I.

PROLEGOMENA TRINVMMVM MILITEM GLORIOSVM BACCHIDES
COMPLECTENS.

BONNAE

H. B. KOENIG

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLVIII.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE

VENVMDANT.

T. MACCI PLAVTI

TRINVMMVS.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS EMENDATIONIS PLAVTINAE.

BONNAE

H. B. KOENIG

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLVIII.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE

VENVMDANT.

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

GODOFREDO · HERMANNO
AD · EMENDANDVM · PLAVTVM
POST · MAGNVM · BENTLEIVM
DVCI · VNICO
FRIDERICVS · RITSCHELIVS
D · D · L · M ·
VENERABVNDVS

PROLEGOMENON

CAPVT I.

E Plautinis codicibus Trinummum tenentibus circiter triginta, quos per Italicas potissimum bibliothecas dispersos vel inspexi vel excussi, hos delegi quibus ad hanc fabulam emendandam uterer, reliquorum exempla per aliarum fabularum opportunitatem exprompturus: **A** Ambrosianum palimpsestum, **B** 'Veterem' codicem Camerarii, **C** eiusdem 'Decurtatum', **D** Vaticanum Vrsinianum, **E** meum quendam in Etruria emptum, **F** Lipsiensem, **G** **H**. **K** Vaticanos. Quibus accedit **Z** editio princeps. De his libris omnium primum video mihi singillatim dicendum esse.

A Membranae palimpsestae bibliothecae Ambrosianae, huc saeculi XVII. initio delatae, ut ANGELI MAI praef. in Iliad. fragm. p. IV. testimonio constat, ex illustri illo coenobio S. Columbani Bobiensi, cuius accurate perscriptam historiam Amedeus Peyron Ciceronis orationum fragmentis a semet editis praemisit: in Ambrosiana bibliotheca ab eodem MAIO repertae et aliqua ex parte descriptae libro singulari Mediolani anno huius saeculi XV. emisso 'M. Accii Plauti fragmenta inedita' e. q. s.: denuo a me pertractatae et aliquanto plenius descriptae in epistula Me-

diolanensi ad Godofredum Hermannum data, quae in Diurnis antiquariis Darmstadiensibus anni CIↃIↃCCCXXXVII. p. 737 sqq. legitur. Pristinam codicis scripturam, quam nimia liberalitate ad Antoninorum aetatem Maius referebat, rectius Niebuhrius Opusc. hist. et phil. I, p. 174 saeculi esse quinti dixit, potuerat fortasse quarti: simillimam eam antiquissimo Vergilii codici Vaticano, paullo antiquiorem ut puto ceteris qui exstant latinis libris antiquissimis, etiam Bembini codice Terentii. Posterior scriptura, qua valde rudi et incondita Veteris testamenti quidam libri exarati sunt, saeculi VIIII. est. Singulae membranae quas quarum fabularum partes teneant, in singularum fabularum praefationibus dicam, in fine autem operis uno in conspectu collocabo: ad Trinummum haec spectant quae infra posui.

Integer codex Plautinus cum octonarum membranarum, vel potius quaternorum membranarum parium, fasciculis compositus fuerit, quos hodie quaterniones vocare consuevimus: tales fasciculos integra fabula complebat quattuor et dimidium, his eos numeris in ultimarum paginarum imo margine signatos: LV, LVI, (LVII,) LVIII, (LVIIII.) Hi fasciculi quas olim continebant Trinummi membranas sex et triginta, earum hodie tantum duodeviginti superstites sunt, sive novem membranarum complicatarum paria: nam casu factum est ut duorum parium compage soluta nunc quattuor membranae singulares exstent: quae sunt fasciculi LVI. tertia et sexta itemque tertia et sexta insequentis fasciculi. Integer autem unus tantum fasciculus superest, qui est ex illis alter: reliquorum quid et quantum servatum sit, planissime ex hac quam subieci tabula

apparet, in qua litteris deperditas, servatas autem membranas eis numeris notavi, quibus paginarum ordinem posterioris scripturae Angeli Mai manus significavit.

Paginarum ordo		Fabulae partes	Codicis fasciculi
35. 36	=	1—19 et 20—22	LV
19. 20	=	23—38 et 39—57	
37. 38	=	58—76 et 77—95	
A. a.			
B. b.			
43. 44	=	172—190 et 191—209	
29. 30	=	210—226 et 227—244	
45. 46	=	244—264 et 264—282	
253. 54	=	283—298 et 298—315	LVI
39. 40	=	316—332 et 333—351	
7. 8	=	352—366 et 367—384	
255. 56	=	385—399 et 400—416	
265. 66	=	417—434 et 435—353	
9. 10	=	454—472 et 473—491	
41. 42	=	492—510 et 511—529	
267. 68	=	530—548 et 549—567	
C. c			LVII
D. d			
1. 2	=	637—654 et 655—671	
E. e			
F. f			
15. 16	=	736—754 et 755—773	
G. g.			
H. h			

17. 18 = 835—848 et 849—863
J. i
K. k
L. l
M. m
N. n
O. o
31. 32 = 1045—1060 et 1061—1078

} LVIII

P. p
Q. q
R. r
S. s
T. t
U. u
X. x
Z. z

} LVIIII

Harum paginarum pleraeque ea condicione sunt, ut impigro mentis oculorumque labore si non omnia, at plurima legi potuerint: minus commode lectio processit in paginis 43 et 265: plura quam velles evanuerunt in paginis 19. 30. 45. 46. 255: omnium pessime habitae sunt paginae 266 et 18. In commemorandis Ambrosiani libri scripturis quanta fieri cura potuit illud studui, ut quae certa essent, quae incerta, diligenter annotarem. Itaque saepe vel *ut videtur* adieci vel, quod eodem valere volui, hac nota usus sum (**A**). Praeterea earum litterarum, quae quales essent erui non posset, spatia ubi licebat numeravi horumque numerum spatiorum totidem punctis mediis signavi, velut v. 14 AL·ERET, UIDE······E. A quo genere

punctorum aliud genus ipsa forma discrevi, quo ipse librarius ut compendium scripturae faceret usus est, ut v. 92 ATQ· et ANIMOSQ·ONOSCERE, item NEQ· v. 205. 352. 377. QUITQ·. 855. Nam praeter hoc ipsum QUE parcissimus ille, ut est consentaneum, compendiorum fuit, nec fere huiusmodi in Trinummo quicquam exstat praeter N̄ pro NON v. 308 et fortasse CAMPANŪ v. 545. Vt autem, quae evanuerunt litterae, etiam qua fere mensura essent aliqua certe ex parte significarem: (nam constanter hoc fieri plurimas ob caussas non potuit:) hac nota I eas litteras signavi, quae cum una lineola perpendiculari constent, exilium apicum adiectione inter se discretae, possint vel *I* esse vel *E* vel *T* vel *F*: a quarum similitudine summa proxime *P* littera, aliquo intervallo *B* et *D* absunt, longe autem amplitudine sua velut *A*, *H* (cuius constans haec forma est *K*), *U*, *R*, *Q* distant, longius etiam *M* et *N*. De quo iam monui Parergon Plautinorum tom. I, p. 284. annot., explicatius autem dicam, ubi Ambrosiani codicis scripturam exemplo lithographi arte facto declarabo, quale iam Angelus Maius edidit ad emendandum Plautum utilissimum. Hinc enim est, ut nunc exemplo tantum utar, quod in Palatinis libris, qui e similis scripturae codice manarunt, velut *lintro* reperitur pro *i intro* v. 3, *lmodo* pro *i modo* v. 583. 587, *ls* pro *in* v. 651: hinc illud quoque multo gravius quod, cum plerumque ne in Ambrosiano quidem *I* et *E* discerni possint, perexiguam illorum librorum esse fidem consequitur ad testandas accusativorum formas *omnis omnes*, et quae harum similes sunt plurimae. — Omnem autem annotationem meam unumquemque puto etiam me non mo-

nente ita interpretaturum, ut de Ambrosiani scriptura nihil sibi calidius persuadeat nisi quod in illo exstare ipsis verbis tester, omnium autem minime in eis paginis, quae fortiorem lituram passae sunt, de Ambrosiani cum recepta scriptura consensu quicquam e silentio nostro coniectum eat. Itaque ubicunque *libros* dixi simpliciter, intelligi reliquos volo praeter *A.* — His ubi illud addidero, personarum vel notas vel nomina in ipsis sermonibus Ambrosianum nulla habere, sed pro eis, ubi in medios versus incidunt, binarum litterarum spatia vacua, videor in praesens potissima breviter complexus esse.

Ceterum omni asseveratione et possum et debeo affirmare, summa quae in me est et cura et fide in id me incubuisse, ut de Ambrosiano et vere et plene testarer. Qua affirmatione non viderer opus habere, nisi ab amicis narraretur (ipse enim legere non soleo, quae bilem inutiliter motura sint) valde importune in me nuper invectum esse, quem etsi et negligentissimum hominem deprehendissem et parum a natura ad iudicandum factum nossem, tamen *paucιorum gratia* in eo adiuvisset, ut iterum adita Ambrosiana bibliotheca Plautinas membranas denuo inspiceret. Qui sicubi sibi visus est vel aliquanto plura legere vel aliquid quam ego rectius: potest id quidem verum esse: nam qua ego pervicacia vel superbia negem potuisse fieri? sed profecto verum non habebitur propterea quia ille dicit. Quam enim fidem veritatis habere eius testimonium poterit, quem cum legere nescientem nos, quid esset legere, docuissemus Musei nostri philologici t. v, p. 128 sqq., recens doctum comperimus e sero tirocinio ad subitariam immaturi magi-

sterii professionem emergere? Tali igitur testi si crederemus, quod fortasse oculis nostris olim vel locupleti testimonio doctioris eiusdemque diligentioris hominis credendum erit, verendum erat profecto ne cum illo levitatis culpam ipsi communicaremus: sin obloqueremur, unde redarguendi documenta, dum ad *vada caerula Rheni* moramur, peteremus? Tacere igitur quam latranti respondere in praesens praestabat: interim, dum recolere hospitium Mediolanense per feliciorum temporum opportunitatem licuerit, suo quisque arbitratu, utri plus confidat, ipse viderit.

CAPVT II.

Prius autem quam ad reliquos codices breviter percensendos pergam, in ipsa illa tabula, qua membranarum ad Trinummum spectantium ordinem explicavi, mihi etiam commorandum esse sentio. Qua duce si cum deperditarum membranarum intervallis eas fabulae partes, quae inter servatas mediae sunt, contuleris, facile intelliges quibusdam in locis aliquanto plura Ambrosianum codicem continuisse quam quae ibi hodie leguntur: intelliges autem hoc argumento, quod universae eius libri condicionis eadem est aequabilitas et accurata concinnitas, quae propria esse tam antiquorum codicum solet. Omnino enim etsi Plautinas fabulas satis constat temporum iniquitate non modo singulis saepe versibus corruptas haberi, sed easdem etiam integris partibus truncatas: tamen hoc ipsum genus depravationis longe quam vulgo creditur latius patet. Amphitruonem, Aululariam, Casinam, Cistellariam, Bacchides, quibus ad-

denda Stichus, nemo nescit ita mutilas esse, ut integri vel actus vel scenae interciderint, sine quibus ne intelligi quidem nunc argumenti continuitas et complexio possit. Contra integra praeter ceteras haec ipsa habita est Trinummus, e qua ne unus quidem a grammaticis versiculus profertur quin in ea hodie reperiatur. Quam fabulam etsi talem qualis vulgatur plerique non incommode lectitavimus, tamen illa quam significavi via ac ratione demonstrari potest reapse satis lacunosam esse. Vt autem in subducendis calculis error caveatur, tenenda tria sunt, de quibus iam olim commonui Parerg. I, p. 441: primum, summa constantia undevicenorum versuum singulas paginas esse Plautini codicis (nam sacrae scripturae modo XVIIII. sunt modo XX. versus): alterum, binorum versuum spatio personarum nominibus destinatorum singulas inter se scenas discerni: tertium, cum codicis versibus poetae versus exaequari in iambicis scenis *), contra septenarios non paucos

*) Huius enim normae veritatem et vim argumentandi, qui sapit, non infringi eo perspicit, quod bis terve in tot milibus versuum etiam ad senarios talis divisio pertinuit. Non magis nos fugit scenarum inscriptionem aliquando unius tantum versus ambitu contineri, ut ipsius Trinummi initio: verum nec omnino ab eis quae praeter morem fiunt, sed ab eis quae de more, iusta ratiocinatio proficiscitur, nec in hac quae agitur caussa aliam illud ipsum, si cupidius tantilla re uteremur, vim haberet, nisi ut non debilitaret, sed confirmaret argumentationem nostram: nam quo minus spatii inscriptionibus conceditur, tanto plus versuum requiritur ad complendam membranarum mensuram. Commemoravi autem haec, quia talia esse quae mihi obiecta sint hisque etiam ineptiora audio: qualia si uberius explicem, verendum sit ne edocere velle pueros videar. An quis a me serio postulabit, ut un-

propter nimiam pro membranarum angustiis longitudinem in binos a librario versus dispesci: nam in octonariis hoc consentaneum est tam saepe fieri, ut in hoc genus non magis quam in cantica ulla ratiocinatio accommodari queat e versuum computatione ducta. Sed trochaici septenarii si quaesieris quoties fere per binos versus continuentur, per totam fabulam intelliges hanc rationem pertinere, (cui non repugnat aliarum fabularum condicio,) ut in singulis illud paginis plerumque bis usu eveniat, nonnunquam semel tantum, aliquoties ter: ut vix falli videamur si generatim numerando nonum quemque vel decimum tetrametrum bipertitum dixerimus.

Has igitur rationes ubi comparandis inter se codicis membranis fabulaeque partibus adhibueris, si forte in primis duobus fasciculis quaedam non satis convenire videbuntur, has quidem offensiunculas revera nullas esse ex eis quae infra annotavimus certissime cognoscitur *). Sed primum

---

devicenorum versuum (h. e. *linearum* quas hodie appellamus) constantiam demonstrem non violari eo, quod aut consulto librarius quorundam versuum spatia vacua reliquit, aut inconsulto omissa poetae verba postmodum sive in marginibus addidit sive in ipsam XVIII. versuum continuitatem minusculis litteris infersit? quanquam id factum est exemplis rarissimis. Taedet mehercule nugarum quibus bonae chartae inquinantur.

*) Vt a principio ordiar, inscriptionem cum didascalia Trinummus in singulari pagina non habuit, sed nomen tantum fabulae in ultima pagina fasciculi LIII: cuius quidem paginae initio undecim versus extremos Menaechmorum scriptos esse in Parergis commemoravimus p. 297. — Paginae 35 primus versus scriptura vacat: prologi vv. 8. 9 in unum contracti sunt librarii errore. — In p. 36 praeter prologi tres versus extremos nihil scriptum, nisi forte

in tertii fasciculi eas membranas, quas *E. e* et *F. f* litteris signavimus, non quadrat illius partis ambitus, quae inter fabulae versus 671 et 736 nunc est media. Requiruntur enim quattuor paginarum versus sex et septuaginta: habentur hodie septem senarii, duorum versuum spatia inter actus tertii scenam II. et III, et trochaici septenarii quinquaginta septem: nam non fuisse in Ambrosiano illos scriptos, qui apud solum Hermannum inter 704 et 705 leguntur, satis existimari ex eis poterit quae Parerg. I, p. 529 sqq. disputavimus. Servatorum igitur versuum

---

nomen MEGARONIDES, quanquam hoc perdubium: paginam 19 post vacuum spatium unius versus scena prima occupat et secundae scenae inscriptio, quam rursum vacuus versus unus sequitur. — Paginae 37 iusta ratio abiecto panno constat, qui integrum versum pepererat post 72. — In paginas *A. a. B. b* apprime conveniunt qui inter v. 95 et 172 leguntur sex et septuaginta senarii. — Cum aliam atque vulgatur versuum descriptionem, tum multas octonariorum divisiones paginae 29. 30. 45. 46. 253. 254 habent, quibus cantica continentur initio actus II. posita. Quorum tres versiculos extremos qui excipiunt in pag. 254 XV. tetrametri, eorum unus tantum per duos versus continuatur. Item bipertitos pagina 39 habet duo, p. 40 nullum, p. 7 tres, p. 8 duo, p. 255 inter septem item duo. — P. 256[a], item p. 15 et p. 16 undevicenarium numerum complent inediti, quos supra indicavi. — Paginis *C. c. D. d* cum contineantur XXXIII. senarii, quattuor vacui, septenarii autem XXXV: necesse est horum septenariorum tres tantum divisos fuisse. — Pag. 1 divisus est unus, duo in p. 2. — Pagina *G* pertinebat ad v. 792 (siquidem ab Ambrosiano afuisse insiticium illum credibile, qui vulgo habetur inter 788 et 789), pagina *g* ad 811. In paginis *H. h* cantici, a quo actus IV. orditur, primi octonarii XVI. descripti fuerunt XXVIII. versibus, quemadmodum qui in p. 17 consequuntur sex octonarii extremi, XI. versuum spatia implent. — Vides nihil usquam vel deesse vel superesse.

numerus cum sit sexaginta sex, e LVII. autem trochaicis secundum eam, quam in hoc genere obtinere normam vidimus, credibile sit quinque vel sex fuisse binis versibus dispestos, deesse versus circiter quattuor consequitur. Quodsi demonstrari sane nequit fieri non potuisse ut aut praeter normam decies in LVII. septenariis divideretur, aut aliquot versus per errorem bis scriberentur: tamen fatendum est non modo eodem iure quattuor in Ambrosiano libro versus extitisse credi, qui in recentioribus libris exciderint, verum tanto etiam maiore iure, quanto propius ad probabilitatem accedere, qui ex usitatis et legitimis, quam qui e raris et singularibus argumentatur, merito existimatur: praesertim cum aliis locis eiusdem fabulae ex Ambrosianis membranis reapse integri versus prodierint in reliquis codicibus omnibus elapsi, 409. 746. 769. Ad summam autem veri similitudinem probabilitas adducitur, si in illa ipsa parte fabulae aliquid desiderari ad sententiam apparuerit. Eiusmodi quiddam ibi indagasse sibi visus est Eduardus Meierus noster, post v. 724 unum et alterum versum, quo transitus ad 725 muniretur, intercidisse significans, non explicans prooemio Ind. schol. univ. Hal. aest. a. CIƆIƆCCCXXXXV. p. VIII. De quo nobis cum illo non convenit, qui in illis quidem versibus nihil desideremus. Verum alius est locus isque vicinus illi, qui cum alios torserit tum eidem Meiero p. v. mutationem extorsit, quam vereor ut nunc ipse tueatur. Hiant profecto non mediocriter Calliclis et Megaronidis hi sermones v. 731 sqq.:

CA. Namque hercle honeste fieri ferme non potest,
Vt eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.

ME. Parata dos domist, nisi exspectare uis,
Vt eam sine dote frater nuptum conlocet,
Post adeas tute Philtonem et dotem dare
Te ei dicas e. q. s.

Sentiens grave incommodum Bothius *Paranda dos domist* edidit: quod saltem *paranda dos est* dicendum erat sine *domi*, atque adeo rectius *sine mora paranda dos est*, ut haberet quo referretur quod consequitur *nisi exspectare uis*. Consentaneum est autem morandi exspectandique consilium ipsi Callicli in mentem venisse, eoque Megaronidem respicere v. 744 sqq.:

Nunc si opperiri uis aduentum Charmidis,
Perlongumst: huic ducendi interea apscesserit
Lubido: atque ea condicio huic uel primariast.

Nulla littera mutata opus est, si velut tales sese versus excepisse statueris:

Sine dote, quom eius rem penes me habeam domi.
Set illud sum animi incertus, nuncine ilico
Parari has a me nuptias aequom siet,
An exspectandum, dum eius huc reveniat pater.
ME. *Mora quid opus est quaeso? quandoquidnm tibi*
Parata dos domist: nisi exspectare uis —:

plana cum constructione sententia. Etenim hoc sentit Megaronides: 'de differendo (h. e. de differendis nuptiis) noli cogitare' (caussam gravissimam in fine orationis subiicit): 'nisi quod licet sane dotis dationem paulisper differre, si tibi incommodum est nunc statim de thesauro sumere; sed hoc levius: sive enim nunc statim dabis sive paullo post nuptias, illud metuo ne non effugias civium maledicta'.

Vides haec ita comparata esse, ut de lacuna cogitandum esset etiam sine ullo Ambrosiani codicis indicio.

Cum certior demonstratio, tum incertior instauratio est in fasciculo LVIII: cuius sex membranae mediae ea complectebantur, quae inter v. 863 et 1045 interiecta sunt. Leguntur nunc in ea parte primum CXXXIIII. septenarii, deinde X. senarii, postremo rursum septenarii XXXVII quibus quoniam propter scenae mutationem bis factam accedunt quattuor versuum spatia: (largimur enim novam scenam a v. 998 cum reliquis bonis libris Ambrosianum exorsum esse, quanquam id fieri praeter rationem censemus:) habes versus CLXXXV. Atqui ad duodecim paginas explendas cum CCXXVIII. versibus opus sit, videndum est de XXXXIII. qui defiunt. In CLXXI. trochaicis consentaneum est circiter XVIII. fuisse longiores quam pro unius versus modulo: fuisse XXXXIII, credi nullo pacto potest. Ergo superstites hodie partes cum summam efficiant CCIII. versuum, consequens est ut circiter XXV. (vel XXII. certe) interciderint. Et ut liberalius agam, fac aliquanto saepius in hoc fasciculo singulos tetrametros librarium dispescuisse: fac id quinquies praeter normam factum esse, fac decies, fac quindecies, quanquam hoc prorsus esse nimium existimo, praesertim cum tanta sit in Ambrosiano libro aequabilitas scripturae: at aliquot tamen versuum numerus relinquitur, quos deesse ad explenda membranarum spatia concedendum sit. Nec difficile, ubi aliquid desit, ipsa sententia duce investigare: quo facto intelligetur non unam esse continuorum versuum lacunam, sed compluribus per scenam II. actus IV. locis vel singulos vel pauculos versus

eius librarii oscitantia praetermissos esse, e cuius exemplo reliqui libri nostri ducti sunt.

Ac primum non possunt recte procedere credi Charmidis et Sycophantae hi sermones, quales a v. 871 vulgo leguntur:

CH. Quid, adulescens, quaeris? quid uis? quid istas pultas? SY. heus, senex,
Census quom sum, iuratori recte rationem dedi.
Lesbonicum hic adulescentem quaero, in his regionibus
Vbi habitet, et item alterum ad istanc capitis albitudinem,
Calliclem quem aibat vocari, qui mi has dedit epistulas.

Nec enim sycophanta potest a summa adversandi contumacia ad promptissimam respondendi facilitatem sine ullo vinculo transire. Ergo excidit aliquid post *rationem dedi.* Quanquam non hic excidisse credo, sed eo in loco, in quo hunc ipsum versum a poeta collocatum esse arbitror. Nam cum paucis post versibus (878) sycophantam Charmides sic alloquatur:

Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde's? aut unde aduenis?

facile perspicitur his quidem verbis multo aptius illud esse responsum sycophantae *Census quom sum* e. q. s.: talia enim revera sciscitabatur censor, cuius hic administros *iuratores* dici Th. Mommsenius monuit de trib. Rom. p. 21: contra quaerentem et fores pultantem quod senex, quid quaereret et pultaret, interrogabat, non potuit ullo modo insolens sycophantae videri. Verba nostra ut compendifaciamus, nihil vel in continuatis vv. 871. 872 desiderabis, vel in tali exemplo redintegratorum versuum 877 sqq.:

SY. Fac me, si scis, certiorem, hisce homines ubi habitent, pater.
CH. Quid eos quaeris? aut quis es? aut unde's? aut unde aduenis?
SY. Census quom sum, iuratori recte rationem dedi.
CH. Tamne saeuiter, adulescens? tu si tibi me postulas
Dare operam, aequomst respondere mihi te, quod ego te rogo.
SY. Multa simul rogas: nescio quid expediam potissumum.

Atque hos versiculos quanquam tantum exempli caussa lusimus, tamen una in illis vox est, quam ab ipso poeta profectam esse certo documento ratiocinemur: quo quidem documento rursum omnis de lacuna coniectura nostra non mediocriter confirmatur. Etenim quod abhinc biennium a nobis editum est Glossarium Plautinum (Prooem. Ind. schol. aest. Bonn. a. CIↃIↃCCCXXXXVI.), in eo cum e Trinummo excerptae sex voces hoc ordine exstent: *neuis, neuult, nudiussextus, usquemodo, saeuiter, pax*: diligentissime autem per omnes fabulas grammaticus ille versuum ordinem observarit: consequitur ut inter *usque modo*, quod exstat v. 827, et *pax*, quod habes v. 891, olim lectus sit aliquis versus in quo esset *saeuiter*. Eius versus et sedem et sententiam iam videmur non profecto improbabiliter aperuisse. Ceterum licebat etiam: *Nimium saeuiter, adulescens.*

Non necessitate demonstrandi, at ratiocinandi probabilitate utimur, cum etiam post v. 901 quaedam deesse suspicamur. Convicturus sycophantam fallaciae alia ex eo Charmides quaerit, ad quae ille prorsus praeter veritatem respondet: unum, ad quod verissime, cum Seleuciae fuisse

Lesbonici patrem dicit: cf. v. 112. 771. Illa quemadmodum cavillatur Charmides, ita hoc eum demirari consentaneum est, non autem alto silentio praeterire. Itaque nescio an non incommode in hanc sententiam loquentem senem animo nostro informemus:

CH. Vbi ipse erat? SY. bene rem gerebat. CH. ergo
ubi? SY. in Seleucia.

CH. *Mira sunt, qui hic scire potis est, me fuisse in Seleucia*
Vnde redeo huc. utut est, pergam porro percontarier.
Ab ipson' istas accepisti?

Porro iustam lacunae suspicionem versus 923 praebet atque iam Meiero p. VIII. praebuit. Nam ibi quod Charmides *dixi ego* ait *iamdudum tibi: bene te potius dicere aequomst homini amico quam male,* id nec erat dictum antea, nec potuit dici, cum male dicendi nulladum sycophantae caussa fuerit. Nullo negotio mancam orationem velut hoc supplemento instauraveris:

Dixi ego iamdudum tibi:
Non placet, qua te erga amicum uideo amicitia utier.
Bene te potius dicere aequomst homini amico quam male.

Nam amicitiam carpserat sane v. 909: *Non placet, qui amicos intra dentis conclusos habet.*

Denique tribus interiectis versibus cum Charmides *set ubi ipse est* quaerit, non aliud quaerit, quam quod iam v. 901 quaesierat, cum interrogabat ubi fuisset Lesbonici pater epistulas sycophantae tradens. Redit nunc eo senex per ioci illius opportunitatem: *quid ille ergo ignauissumus latitabat mihi.* Reliquisse se illum in Cecropia insula sycophanta respondet: unde consequitur ut in hac insula ac-

ceperit, quas v. 901 Seleuciae acceptas epistulas narraverat: absurdum est enim prius traditas cogitari quam a Charmide discederet. Huncine igitur lapsum doli mali indicem ut ne animadverteret quidem Charmides? Non ita profecto, sed in talem potius speciem eius supplenda oratio:

CH. Set ubi ipsest? SY. pol illum reliqui ad Rhadamam in Cecropia insula.

CH. *Hercle memorem nugatorem: modo qui fui in Seleucia,*
Vt ille memorabat, nimirum nunc sum in Cecropia insula.
Quis homost me insipientior, qui ipse, egomet ubi sim, quaeritem?
Set nil disconducit huic rei.

Quattuor quas commonstravimus lacunas etsi septem tantum versibus explevimus, tamen hoc non aliam vim habet, nisi ut horum paucitatem sufficere ad resarcienda sententiarum detrimenta intelligatur: Plautinum enim ingenium quis tam angustis finibus circumscribere audeat, ut non potuisse poetam aliquanto longius exspatiari facile largiatur? Quanquam multo sane plures fuisse veri simile non putamus. De pluribus autem lacunis nec affirmari quicquam nec negari potest: tam enim inter se nexos aptosque et Charmidis cum sycophanta per reliquam scenam II, et Stasimi cum Charmide in prima parte scenae III. sermones habemus, nihil ut ad integritatem desideretur, ac ne commodus quidem alicui incremento locus inveniatur, nisi forte post v. 944. Ibi enim licuit sane sycophantae iactantiam suam paullo longius persequi: verum longe deflectere de via ne hic quidem potuit, quia ad sycophantae in caelum ascensionem referuntur quae statim Charmidis verba se-

quuntur v. 947. Praeterea etsi unus sane est locus, in quo parum recte procedere, quales nunc leguntur, versus appareat, tamen ibi non de lacuna potius quam de transpositione cogitandum est. Hanc dicimus Stasimi orationem v. 1017 sqq..

Quid, homo nihili, non pudet te? tribusne te poteriis
Memoriae esse oblitum? an vero, quia tu cum frugi hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Chiruchus fuit, Cerconicus, Crimnus, Cricolabus, Collabus,
Collicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigiae.
Inter eosne homines condalium te redipisci postulas,
Quorum hercle unus surpuerit currenti cursori solum?

Vbi quid sibi vult *an vero* illud? 'an vero memoriae es oblitus'? an 'an vero pudet te' vel 'non pudet te'? Nihili esse vides, quicquid comminiscare: non dubium igitur, quin desit aliquid cum verbo finito. Id si quaeris quale sit oporteat, nihil in promptu est nisi 'an vero, quia cum honestis nimirum hominibus bibisti, tuum te condalium recuperaturum putas'? Ita autem quid prodit aliud, quam quod in eandem prorsus sententiam paullo post sequitur: *inter eosne homines condalium te redipisci postulas?* qualis interrogatio paucissimorum versuum intervallo iterata quivis sentit quam inficete langueat. Qua cum ad constructionem opus sit priore loco, nihil opus sit posteriore, unius versiculi transpositione sic omnia expediisse videmur:

an vero, quia tu cum frugi hominibus
Ibi bibisti, qui ab alieno facile cohiberent manus,

Inter eosne homines condalium te redipisci postulas?
Chiruchus fuit, Cerconicus, Crimnus, Cricolabus,
Collabus,
Collicrepidae, cruricrepidae, ferriteri, mastigiae:
Quorum hercle unus surpuerit currenti cursori solum.

Reliquum est ut de fasciculo LVIIII. dicatur. Cuius etsi nihil superstes est, tamen nequaquam hoc impedit quominus alicui ille usui sit. Ac primum sciendum est ordiri fasciculum LX. a Truculenti versu I, 2, 15. Necesse est igitur eum qui praecedit fasciculum a Trinummi v. 1079 ad Truculenti I, 2, 14 pertinuisse. Complectitur id fabulae initium primum prologi versus XXI, sed mutili prologi, quem per duas paginas pertinuisse solum fidem facit Trinummi exemplum, ubi eius paginae, in qua desinit prologus, reliquam partem vacuam relictam esse supra adnotavimus. Sequuntur primae scenae senarii LXXVII, alterius item breviculi versus XIIII: accedunt IIII. e scenarum interstitiis: summam habes LXXXXV. versuum, hoc est quinque paginas undevicenorum versuum, ut nec defiat quicquam nec superfiat. Iam, ne agere cupidius in rem nostram videamur, unam praeterea paginam inscriptioni fabulae et didascaliae dabimus, quae etsi in Trinummo nulla fuit, tamen in aliis fabulis reperta est: in qua pagina potuit etiam argumentum recentiore manu additum esse, ut in Pseudulo factum. Hinc efficitur per quattuor codicis membranas integras eam Truculenti partem pertinuisse, quae est ante versum I, 2, 15: totidem igitur membranas, hoc est dimidium fasciculum LVIIII, finem Trinummi inde a v. 1079 complevisse. Iam fac eam fabulam in pagina *s* media de-

siisse: nam si in summa pagina desineret, in eadem continuari inscriptionem Truculenti consentaneum erat, ut factum in fine Menaechmorum. Opus est igitur minimum CXXXXII. versibus. At tot versus pars extrema Trinummi, qualis nunc legitur, nullo modo praestat. Reliqui sunt in scena III. actus IV. septenarii XIIII: scena IV. senariis constat XXII: actus V. prima scena, cuius initio quinque fuisse dimetros descriptos largimur, X. versibus: ultima LXV. septenariis. Quibus ubi addideris media inter scenas spatia non VI. tantum, sed adeo VIII: quando potuit in Ambrosiano nova scena, ubi debuit, ordiri a v. 1176: summa efficitur CXVIIII. versuum. In eis cum trochaici septenarii habeantur LXXXIIII, quorum circiter novem credibile est per binos versus continuatos fuisse, vix licet ultra CXXVIII. computando progredi, ut minimum XVI. versuum numero a plena mensura absimus. Tot igitur sive per negligentiam sive per aliquam calamitatem praetermissos esse in Palatinis certo ratiocinamur: quanquam fieri potest, ut XXVI. exciderint, si non mediam partem ultimae paginae, sed eam paginam integram exitus Trinummi explebat in Ambrosiano codice. Nunc autem vide mihi, quam apte in has rationes illud conveniat, quod de membranarum mensura minime cogitantes et post v. 1097 et post 1166 lacunam esse e solis sententiarum argumentique rationibus olim Parerg. I, p. 561 et 578 conclusimus, easque lacunas quod nostris quibusdam complementis, ut exemplo res declararetur, supplevimus, quae ipso sermocinandi agendique nexu flagitante (ita certe visum nobis) versuum numero XXII. comprehendimus. Quodsi, quam commode sic instauratae Trinummi partes una cum

initio Truculenti in singulas membranas deperditi nunc fasciculi LVIIII. quadreut, tanquam uno oculorum contutu perspicere voles, hoc utere quod infra posuimus exemplo.

P. p	=	Trin. 1079—1093 et 1094—suppl. 15
Q. q	=	suppl. 16—1111 et 1112—1127
R. r	=	1128—1144 et 1145—1162
S. s	=	1163—1175 et 1176—1189
T. t	=	Truc. inscriptio et prol. 1—18
U. u	=	prol. 19 — fin. et I, 1, 1—10
X. x	=	I, 1, 18—36 et I, 1, 37—55
Z. z	=	I, 1, 56—74 et I, 1, 75—I, 2, 14.

CAPVT III.

Nunc demum licet ad reliquos codices enumerandos pergere, qui hi sunt.

B 'Vetus codex' Camerarii, post hunc tractatus a Conrado Rittershusio et Iano Grutero, quorum opera Taubmanno praesto fuit, item a Caspare Scioppio, postremo a Philippo Pareo: Camerario permissus a Vito Werlero Franco professore Lipsiensi, qui eum anno cıↄıↄxıı. dono acceperat a Martino Polichio Mellerstadiensi primo universitatis Vitebergensis rectore: postea de Camerarii heredibus Grutero intercedente emptus et in Palatinam bibliothecam illatus saeculi xvıı. initio, eiusdem autem saeculi anno xxıı. cum ceteris libris Palatinis Romam ablatus, ubi inde ab illo tempore inter bibliothecae Vaticanae codices Palatinos servatur numero 1615. inscriptus. Quarum rerum omnium plenissima documenta in ea commentatione congesta sunt,

quam olim *de crisi Plautina* scripsi Musei philologici Rhenani a Welckero Naekioque editi tomo IV. insertam, p. 511 sqq. et 535 sqq. Antiquiores numerorum notationes codex habet $\frac{\mathrm{C.\ 12}}{1213.}$ et rursum inductas 1230 (an 1235?) et 1188 (an 1185? an 1187?). Scriptus est saeculo XI. in CCXIII. membranis formae maximae, quanquam non pergrandis mensurae, quarum duae ultimae vacant scriptura: sed scriptus nec una manu et saepe valde rudi, omninoque satis dispari ratione. Nam cum haud raro, nulla tamen in hoc genere constantia, bifariam divisas paginas habeat, rursum autem in his incredibili inconstantia duplicem continuandorum versuum ordinem: quod quale sit explicatum est Parerg. I, p. 488 sq.: tum alias in aliis partibus manus apparet eodem tempore ita occupatas fuisse, ut a singulis librariis, monachis opinor coenobii alicuius Germanici eisque valde indoctis, singula pensa conficerentur. Quo factum est ut et quarundum paginarum partes atque adeo quaedam paginae integrae prorsus vacuae relictae sint, et quibusdam in locis iustae mensurae quaternionibus, ut qui quas deberent Plauti partes non caperent, novae membranae postmodum inserendae fuerint: quarum rerum exempla Poenulus potissimum et Persa ostendunt. Indidem illud explicandum quod, cum pleraeque paginae binorum et quinquagenorum versuum sint, tamen in aliis is numerus ad LIV. auctus est, in aliis per varios gradus ita imminutus, ut exstent in quibus propter insolitam litterarum granditatem XXXIV. tantum scripti sint. Ceterum hunc codicem sciendum est Plautinas fabulas XX. omnes eo qui vulgatur ordine complecti una cum VIDVLARIAE inscriptione Tru-

culento subiecta, praemissam autem Amphitruoni a fol. 1. *b* ad 9. *a* QVEROLVM. Harum fabularum XXI. indicem prima pagina tenet his verbis praemissis: 'In hoc uolumine continentur comediae plauti numero XXII.', unius autem versus spatio relicto inter *Epidicuſ* et *Bachideſ* nomina. Quod quo spectet inde intelligitur, quod rursum in ea pagina, in qua incipit Amphitruo, quae est fol. 9. *b*, haec leguntur: 'In hoc uolumine continentur comediae plauti numero . . . .' (erasum est *VIII.*) cum indice octo fabularum priorum nunc prorsus eraso. Apparet igitur ab initio seorsum scriptis octo prioribus postea demum accessisse in fine adiectas posteriores duodecim, in principio Querolum. — De correcturis secunda manu factis, quarum in certis fabulis et multitudo magna et memorabilis ratio est, dicam ad Militem gloriosum: ad Trinummum enim hoc fere nihil pertinet. — Verborum distinctio persaepe aut nulla est aut prava: quod quidem genus discrepantiae facile intelligitur paucissimis exemplis et tantum speciminis caussa commemorari potuisse. Contra diligenter annotavimus, si quae in versuum distinctione codex singularia haberet: quos ille plerumque, si a canticis recesseris, recte descriptos servavit, et ut, sicubi bini in unum contracti sunt, saepe pristini ordinis index grandiuscula littera in medio versu relicta sit: de quo dixi Parerg. I, p. 439. Personarum notis is codex, e quo hic ductus, in ipsa sermonum continuitate graecis litteris utebatur, plane ut in Bembino libro Terentii factum. Eius consuetudinis modo plura modo pauciora vestigia *B* servavit in Poenulo, Pseudulo, Truculento, etiam in Bacchidibus, id quod tetigi Musei nostri

philol. t. IV, p. 355 sq.: sed constanter idem mos per ipsam Trinummum pertinet. In qua quemadmodum *A* littera cum Megaronidis tum Philtonis, *BEZΘKX* litteris Calliclis, Lysitelis, Lesbonici, Charmidis, Stasimi, Sycophantae personae notantur, ita quae postrema persona prodit *Plaudite* recitans, item postrema littera, quae est *Ω* vel *ω*, cum in Terentio constanter, tum hoc uno loco in Plautinis libris significata est. Hinc perspicitur subtilius quam verius Bentleium in Andr. v, 6, 17 illam *ω* notam coniecisse e CA. litteris ortam esse, quibus CANTOR nomen significaretur. Verum eandem quod ad cantoris personam Horatio duce retulit, id eum puto tam recte vidisse, ut non dubitarim CANTOR nomen adscribere. Cui sententiae confirmandae non incommode adhibebitur notabilis memoria optimorum librorum in exitu Persae fabulae, qui hic est in *BCDE: plaudite pantio.* Nam in hoc non video quid latere possit nisi CANTIO. Quodsi cantio, qua prolusum esse fabulae actioni scimus, eandem etiam sequebatur, nihil mirum est a prodeunte post actorum discessum cantore etiam *plaudite* illud vel *ualete et plaudite* pronuntiatum esse. Sua sponte apparet disparem esse earum fabularum rationem, quae compluribus versibus terminantur ab ipso argumento alienis. In quo genere quattuor tantum inscriptiones *B* servavit: GREX in Asinaria, CATERVA in Captivis et Cistellaria, POETA in Epidico.

𝕮 'C o d e x a l t e r' Camerarii, 'D e c u r t a t u s' Parei, praeter hos tractatus a Grutero, Rittershusio, Scioppio et nuper a Bothio: olim bibliothecae S. Corbiniani Frisingensis (id quod haec in principio inscriptio testatur: 'lib. iste

ē scē marie. & sci corbi frisīg.'), unde per quas vicissitudines ad Camerarium pervenerit nescitur: una cum Vetere et de huius heredibus emptus et in Palatinam illatus ibique numero 1613. notatus et direpta Palatina in Vaticanam translatus, sed hinc sine Vetere Parisios abreptus anno superioris saeculi LXXXXVII, huius autem a. XV. bibliothecae Heidelbergensi restitutus. Scriptus est saeculo XII. in CCXXXVIII. membranis formae quadratae, cetera disparis condicionis, quarum prima nihil nisi fabularum XII. posteriorum, quae solae insunt, indicem in pagina prima scriptum tenet. Videnda de eo quae diximus de crisi Plaut. p. 514 sqq. 535 spq. Ibidem p. 163 sq. certis argumentis docuimus, prius quam *decurtaretur* omnes fabulas XX. complexum esse. Manu nec eleganti scriptus est nec eadem: verborum distinctione multo etiam quam in Vetere perversiore: versuum distinctione, nisi paucis in scenis iambicis, plane nulla: numero versuum in singulis paginis plerumque XXVI: personarum nominibus cum scenarum initiis tum mediis in sermonibus per primas XVIII. fabulas modicis, per Trinummum Truculentumque paucis, sed ut vacua plerumque spatia relicta sint. Cf. ad Trin. v. 45. 276 annotata. Denique ordinem fabularum semel moneo cum in hoc tum in eis quos infra posui codicibus eundem quem in *B* esse. — Mihi autem cum Vratislaviae degenti Decurtati copiam Christiani Baehrii comitas fecisset, hac oportunitate usus Ernestus Schneiderus clarissimus collega accurato exemplo 'Plauti Truculentum e codice Heidelbergensi expressam' edidit a. CIƆIƆCCCXXXIV. E quo illud quoque cognoscere licet, in hac fabula, et in hac quidem sola, sive ipsum

librarium sive aliquem lectorem aliquando coepisse veros versuum Plautinorum exitus et principia interposita lineola / notare: in quo tamen consilio non diu perstitit. Quod qui fecit, non ab eo, unde *C* descriptus, codice profectus est, sed aliquo antiquiore usus: id quod non posse non ita esse infra apparebit.

D Vaticanus 3870, eleganter picto insigni gentis Mediceae ornatus, quod non dubito quin ad Leonis x. pontificatum spectet. Hunc simulatque in Vaticana repperi, intellexi illum codicem esse, quem de crisi Plaut. p. 156 sqq. e Poggianis epistulis decuissem a NICOLAO THEVERENSI in Germania investigatum a. CIↃCCCCXXVIIII. Romam pervenisse, Iordani Vrsini cardinalis manibus traditum. Continet is in CCCVIII. membranis praeter posteriores fabulas XII. his praemissas Amphitruonem, Asinariam, Aululariam et dimidiam partem Captivorum usque ad II, 3, 4: vacuas paginas habet unam et dimidiam f. 59 in fine Aululariae, sex f. 70. 71. 72 post Captivos, partem paginae f. 20 b post Amphitruonis IV, 2. Eius tanta est cum *C* similitudo, ut non solum aetate, scripturae genere, forma membranarum prorsus gemelli sint, sed etiam versuum distinctione vel potius non distincta continuitate, atque adeo multitudine versuum in singulis paginarum scriptorum. Eiusdem autem Vrsiniani beneficio patuit, quae utrique codici cum Vetere cognationis ratio intercederet. Qui cum per primas comoedias multo quam per posteriores constantius LII. versuum in singulis paginis numerum servet, totidem apparuit Vrsinianum in binis paginis (quippe senos et vicenos in singulis) perscriptos exhibere: ita quidem ut tres fabulas

Amphitruonem, Asinariam, Aulularium LVIII. paginae Veteris, totidem autem membranae Vrsiniani capiant. Qua quidem congruentia luculentissime probatur ex uno fonte et *B* et *CD* manasse. Discriminis autem inter *C* et *D* fere hoc tantum intercedit, quod hic et una manu eaque sat aequabiliter scriptus est, et aliquanto quam *C* saepius eadem manu inter scribendum correctus, et in verborum distinctione minus vitiosus: quo quartum hoc accedit, quod compendiorum scribendi paullo frequentior usus in *D* est quam vel in *B* vel in *C*, in quibus praeter *q'* pro *que*, *ę* pro *ae*, *ũ* pro *um* et quae eiusdem sunt generis, pauca illiusmodi exempla exstant.

E meus est, undecim abhinc annos emptus a Molino Florentino librario et antiquario: chartaceus saeculi XV, formae maximae sed modicae mensurae, foliorum CCLXXVI, quorum unum inter Asinariam et Aululariam, duo et dimidium inter Epidicum et Bacchides scriptura vacant, a singularum paginarum versibus XXXI. ad XXXVIII. procedens nulla constantia. In praemissis chartaceo codici aliquot membranis cum excerpta e Plauto quaedam tum index fabularum tum haec leguntur: 'SEbastianj BeniuieNj & amico℞. Quiſ eum tenet sub pena excommunicationiſ papaliſ reddat.' Posteriores fabulas XII. secunda manus tanta sedulitate correxit, ut hac in parte prorsus pro duobus codicibus habendus sit. Primam igitur et secundam manum in annotatione mea additis **a** et **b** litteris, ut soleo etiam in reliquis codicibus, discriminavi usque ad mediam scenam IV. actus II: hinc de secunda manu propter eas quae infra patefient caussas plerumque prorsus tacui. Versuum di-

stinctio eadem est quae in *CD* et reliquis praeter *B* libris omnibus.

F Lipsiensis bibliothecae senatoriae, formae maximae sed modicae mensurae, in CCCXIIII. membranis, quarum paginae XXVIIII. versuum sunt, nitidissime saeculo XV. scriptas fabulas XX. complectens: saeculo XVI. in Hispania possessus ab Hieronymo Surita Caesaraugustano, postea ad Batavos aliquo casu delatus, anno autem CIƆIƆCCXXXVIII, ut testatus est Io. Frid. Christius, 'hastae Lipsiensis academiae inter Sellianos libros subiectus et Curiali bibliothecae redemptus.' Aliquando post Hieronymum Suritam fuisse Friderici Adolphi Hansem ab Ehrencron traditur a Fabricio Bibl. lat. p. 27 Ern. Eo Hermannus usus in Elementis doctrinae metricae: collatione a Christio facta, quae Dresdae servatur, Lindemannus. Breviter de eo dixi de crisi Plaut. p. 172 sq.

G Vaticanus 1629 fabularum viginti, antiquioribus numeris 790 et 1889 notatus, saeculo XV. scriptus in CCCXIII. membranis formae maximae, versuum in singulis paginis XXXI, in Trinummo Truculentoque aliquot folia perperam traiecta habens. In fine legitur 'Liber POGGII ſecretarii Apoſtol.': quibus verbis alia manus haec adiecit: 'Nũc uero A me Iohañe ati . . banẽsi ẽpõ emptuſ est michique traditoſ per d. baptistã et Io. Iacobũ liberoſ ipĩuſ pogij acceptiſ ab me ducatiſ largiſ uigĩti quĩque die XXVIII. Ianuarij aj. CCCCLIX.' Post Epidicum 'Nigidii' apud Gellium de comicis latinis versus scripti sunt, deinceps autem ea quae Parerg. I, p. 65 excerpsi (ubi pro XIII. corrige XLII.) Ceterum de 'Nigidio' cf. ibidem et p. 241 dicta.

H Vaticanus 1632, in CLXXXXII. membranis formae quadratae, versuum in singulis paginis XXXII, saeculo XV. scriptas fabulas XII. posteriores tenens, sine ulla vel in scenarum initiis vel in ipsis sermonibus personarum significatione.

K Vaticanus 1633 eiusdem saeculi, membranarum CCCLXXXXIII. formae maximae, versuum in singulis paginis XXIV. Comoedias complectitur omnes, sed ut Aulularia sequatur Epidicum, e posterioribus autem XII. casu potius ut videtur quam consilio eis quinque fabulis, quae sunt primae, praemissae sint reliquae septem a Pseudulo ad Truculentum. — Horum Vaticanorum quos saeculo XVI. Romae peregrinans IUSTUS LIPSIUS inspexerit, dicam in praefatione Militis gloriosi, ad quam fabulam illius in Antiquis lectionibus testimonia maxima ex parte pertinent. Trinummi autem etsi plenam, quam in promptu habeo, cum tribus Vaticanis collationem ab initio statueram in annotatione integram proponere, tamen afferendae scripturae taedium non potui ultra primum actum fabulae concoquere: tam nihil vel in Plauti manum instaurandam vel in depravationis caussas gradusque perspiciendos illinc redundare intellexi. Vt cumulata discrepantis scripturae farragine verendum fuerit ne turbaretur multo magis mens legentium quam ulla utilitate adiuvaretur. Eademque ratio ceterorum quos quidem norim librorum mss. est ad unum omnium.

De **Z** principe omnium fabularum viginti editione GEORGII MERULAE Alexandrini, quae a. CIↃCCCCLXXII. Venetiis prodiit ab Ioanne Coloniensi et Vindelino Spirensi impressa, non habeo nunc quod olim narratis l. s. s. p. 180 sqq. addam.

Praeterea **R** litteram sciendum est nec scripti nec impressi libri indicem esse, sed meae scripturae. Quam si etiam talibus aliquoties apposui, quae cum pridem mea coniectura invenissem, postea ab aliis quoque excogitata vidi, non id alio consilio feci, nisi quod aliquam fidem veritatis habere complurium consensus solet.

CAPVT IV.

Dixi de externa librorum Plautinorum condicione: progrediendum est ad eorum indolem mutuasque rationes et successiones explicandas. Quo ita defungar, ut quae olim cum 'de crisi Plautina' disputavi *) tum in praefatione ad Bacchides Halis a. CIƆIƆCCCXXXV. editas exposui tum aliis quibusdam locis attuli, brevi enarratione comprehendam, sed ea post tot bibliothecas pervestigatas multis partibus vel correcta vel locupletata: praetermissis tamen quae aut leviora videantur aut in dubia coniectura posita, cuius firmandae documenta quamvis quaerens nulla reppererim: e quo genere velut illud est de Romano codice LONGOLII quod Parerg. I, p. 404 annot. tetigi. Vt autem, quibus e fontibus per quos tanquam rivulos memoria omnis scripturae Plautinae per saeculorum vicissitudines ad nostram aetatem

*) Eodem quo illam ego commentationem elimavi anno CIƆIƆCCCXXXV. 'Symbolas ad historiam philologiae' suas Io. Caspar Orellius edidit Basileae, quibus codicis a Nicolao Treverensi reperti intermortuam memoriam item e Poggii epistulis redintegravit. Sed quae ibi p. 9 dè reliquis libris et scriptis et impressis narravit ne Palatinorum quidem codicum rationem habens, quaeque de fundamentis normaque universa instaurandi Plauti praecepit, eorum nec fides est nec utilitas.

propagata sit, uno oculorum contutu cognoscatur, stemmatis artificio utar ad perspiciendas cognationis rationes utilissimo, in quo perditos libros graecis litteris, latinis superstites notavi. Id autem post diutinam meditationem intellexi non posse simplicius quam sic construi.



Propositam tabulam ut iam enarrem commentando, de α quidem nihil nisi hoc dici potest, integras eum fabulas Varronianas xxi. praeter eas partes complexum esse, quas etiam ab Ambrosiano abfuisse certum est: in quo numero prologus Pseuduli prope totus et aliquot scenae Stichi habendae sunt: Bacchidum autem locum post Aululariam fuisse, de quo in Parergis dictum i, p. 391 sqq. Tali codice quarto p. Ch. n. saeculo Servium et Donatum usos esse ex eis colligi potest quae uberius disseruimus Musei nostri philol. t. iv, p. 568 sqq. Praeterea veri simile est caruisse illum personarum notis in continuitate sermonum, pro eisque vacua spatia habuisse minio supplenda: quod cum deinceps non fieret, evenit ut postmodum (in γ puto) multa sermocinantium nomina e coniectura addenda essent. Secuta est ea aetas, qua et Amphitruonis scenae quaedam et una cum Aululariae exitu contiguum principium Bacchidum interciderunt. His igitur partibus carebat is codex quem β littera signavimus, integras etiamtum Casinam, Cistellariam totamque Vidulariam tenens, quippe quas fabulas integras sexto saeculo Priscianus tractaret. In eodem vel eiusdem generis codice puto Mostellariae scenas primum traiectas esse: harum enim turbarum Parerg. i, p. 439 monstravi eam rationem esse, ut de vicenorum (vel fortasse xxi.) versuum paginis cogitandum sit: tot igitur versuum mensuram (quam vides parvo discrimine ab Ambrosiani norma distare) codici β eo confidentius tribuo, quo certius iam supra apparuit alium versuum numerum h. e. senorum et vicenorum in eo fuisse, unde nostri antiquissimi originem duxerunt. Hunc γ dixi: qui qua condicione tum fuerit,

cum tanquam traduces alios peperit, satis docere hodierna species fabularum Plautinarum potest, praesertim cum Ambrosiani exemplo comparata. Nam cum Amphitruonis *) Aululariaeque et Bacchidum lacunas atque Mostellariae turbas tanquam hereditate accepisset, nova clades haec accessit, ut et in fine truncatus Vidularia careret et in priore parte plurimis membranis deperditis valde mutilam haberet Cistellariam et omnino non paucis in locis, Casinae potissimum et Cistellariae, sive situ et madore affectus sive aliquo casu lacer legi non posset et lacinias potius quasdam versuum quam verborum continuitatem servaret. Praeterea autem alio invecto fabularum ordine h. e. eo qui nunc obtinet, Bacchides ab Aululariae societate divulsam postposuit Epidico: quo factum ut nunc duae lacunae esse videantur, quae una fuit utriusque fabulae communis. Pristinus enim ordo, non dicam qualis fuerit, sed qualis fere, coniici ex Ambrosiano potest, qui hoc longe diverso collocatas habuit: tres primas, Bacchides, cum Curculione Captivos, Casinam Cistellariam Epidicum Mercatorem Mostellariam Militem gloriosum Menaechmos Trinummum Truculentum Vidulariam Poenulum Persam Pseudulum Rudentem Stichum: quem quidem ordinem falli non videor

*) De una Amphitruone scio dubitari posse utrum iam prius an nunc demum mutilata sit: quando de Prisciano non satis certa res, prolata ex deperditis scenis duo testimonia utrum antiquioribus grammaticis accepta referat an suae lectioni debeat. — Item certo demonstrare illud nequeo, Casinae Cistellariaeque lacunas Vidulariaeque iacturam primum in γ extitisse, nec in $\delta\varepsilon$ demum factas esse. De talibus quoniam in utramque partem disceptari potest, posui quod suadere ipsa rei probabilitas videretur.

eum ita interpretor, ut non consulto, sed aliquo casu singulari tres fabulas extremas Trinummum Truculentum Vidulariam dicam superiorem in locum irrepsisse. Et Bacchides quidem inter Aulalariam Captivosque is quoque legit, qui non novicio saeculo excerptis e Plauto adverbiis breve glossarium illud condidit *), cuius cap. II. mentionem fecimus: quod quo libello edidimus, in eo locum illum omnem, qui est de collocatarum fabularum ordine in aliis libris alio, dedita opera pertractavimus. Novum autem ordinem quod iam olim ad CALLIOPIUM auctorem retuli coniectando, id nunc teneo hac ratiocinatione fretus, quod et fuit Calliopii recensio quaedam Plautinarum fabularum et ex ea ipsa recensione, nisi omnia fallunt, nostri libri mss. fluxerunt. Cuius quidem rei etsi memoriam e codicibus circiter nonaginta a me inspectis unus tantum pertenuem servavit, isque solas octo fabulas priores complectens, tamen fides nec esse addubitanda videtur nec, si id sequimur quod sit probabile, octo tantum fabularum finibus circumscribenda. Est autem qui illud testatur O t t o b o n i a n u s 2005 (olim V. 4.

---

*) Eius tanto maior est auctoritas, quod non tantum Vidulariam usurpavit, sed etiam Amphitruonem Bacchides et Cistellariam integras habuit. Qui cum etiam in aliis fabulis ea legerit, quae in *BCD* desiderantur: (quo ipsum illud *saeviter* retulimus e Trinummo commemoratum:) apparet eum simili Ambrosiani codice, vel qualem α descripsimus, usum esse. Ceterum ordinem comoediarum prorsus singularem est secutus, quo illae sic sese exceperunt: Asinaria Aulularia Bacchides Captivi Casina Cistellaria Curculio Epidicus Menaechmi Mostellaria Truculentus Trinummus Poenulus Vidularia Rudens Miles Mercator Pseudulus Persa Stichus Amphitruo.

21. et B. III, 15) membraneus anno CIϽCCCCLXVIII. Ferrariae scriptus, singulis comoediis elegantissime picta emblemata, Casinae autem septem versibus extremis hanc inscriptionem praemissam habens: CALLEOPEVS, iterum hanc sex extremis Cistellariae: **Recitator Calliopus:** similiter atque in plurimis libris Terentianis et factum et erratum esse constat. Hanc igitur Calliopii recensionem, si recte conieci, satis per ceteras partes a nobis descriptus γ prae se ferebat.

Mutatum fabularum ordinem secuta est earundem in duas partes diremptio, quarum altera ab Amphitruone ad Epidicum, a Bacchidibus ad Truculentum altera pertineret. Ex illarum codice δ repetendi *B* et *D*, quorum binas partes ex eis quae supra attulimus intelligitur seorsum scriptas esse: repetendus *J*, qui est membraneus Musei Britannici $\frac{15.\ C}{XI}$, rectius autem ut opinor undecimo quam decimo saeculo tribuitur: repetendus denique is (ζ), qui fons exstitit reliquorum octo fabulas priores complectentium, saeculo autem vel XIV. vel XV. scriptorum fere omnium: quorum etsi pergrandis numerus est, tamen nullus vel ex *B* vel ex *D* vel ex *J* manavit. Verum hoc, ubi ad octo priores edendas venero, et demonstrabo et singillatim persequar: nunc hoc unum occupo, summam esse quattuor illorum similitudinem multoque maiorem quam quae in po-

---

*) His ne quis quartum addat, quem in Marciana bibliotheca Florentina hodie exstare Henricus Keilius noster testetur Philologi t. I, p. 182, sciendum est typothetae vitio illum XI. saeculi esse legi, qui sit XVI. Sed duo sane alii tabulae supra positae olim addendi erunt, quos nunc consulto praetermisi.

sterioribus fabulis inter *B* et *T* et *η* intercessit. Et *T* quidem volui TURNEBI illas membranas esse, quarum virtutem monstravi de crisi Pl. p. 155. 531 sqq.: quas qui in Francogallorum terris fortasse superstites indagarit, dici nequit quam sit de Plauto bene meriturus. Quae membranae quemadmodum quosdam versus (versuumve partes) servarunt in *B* desideratos, ita circiter viginti *B* servavit, quos in *η* excidisse codicum *CD* consensus docet (velut Trin. 322. 904): sed ut tamen altera ex parte etiam in *CD* reperiantur quanquam numero pauci, qui a *B* absint, velut Mostellariae v, 1, 10. cf. Trin. 1174. Atque hoc uno indicio satis iam cautum esse existimo, ne quis *CD* libros ex ipso *B* repetere animum inducat. Neque temere quicquam propterea, quod vel in *B* solo vel in solis *CD* legitur, calidius putandum est fidei aut plus aut minus habere: immo ex coniuncta demum horum trium omnium memoria illud eruendum, quod videatur in communi fonte *ε* extitisse. A cuius tamen exemplo facile sane generatim iudicanti patet longe propius *B* quam *CD* abesse, qui ab illo minore aetatis quam praestantiae intervallo distent. Verum ipsi *CD* qua externa, eadem scripturae quoque similitudine ita continentur, ut alterum qui in promptu habeat, fere sine ullo incommodo carere altero possit. Nam horum quidem etiam propior est affinitas, quam quae inter *B D*1 *J ζ* intercedit: nisi quod tamen neutrum ex altero descriptum esse certum est. Hinc igitur est quod, cum breviter loquimur, fidem omnem Plautinae scripturae recte dicimus in Ambrosiani Palatinorumque memoria consistere. Ceterum *η* eum fuisse codicem oportet, in quo primum

sublata iusta versuum distinctione poetae verba ad prosae orationis similitudinem scriberentur, quoniam quae ita nova versuum non metricorum descriptio prodiit, ea non unquam alia in *C* atque in *D* est, verum communis utriusque. Vt hac quoque in parte illi *η* codici multum et *B* et, ut consentaneum est credere, *T* praestent.

In Germania autem servatae posteriores fabulae duodecim postquam ex hominum litteratorum usu et consuetudine elapsae per aliquot saecula delituerant: (nam etiam qui 'Thesaurum latinitatis' illum condidit e saeculi XII. codice ab Angelo Maio Class. auct. e Vat. cod. ed. tomo VIII. vulgatum, solas octo priores tractavit:) saeculi XV. initio inter Italos ex uno *D* innotuerunt, e quo quotquot illarum exstant sive scripta sive impressa exemplaria praeter *BC* originem traxerunt omnia. Qui cum anno CIƆCCCCXXVIIII. uti supra diximus ex Germania allatus esset, suo iure Georgius Merula potuit in praefatione anni CIƆCCCCLXXII. illas comoedias 'quadraginta abhinc annis repertas' dicere, non curans pauculorum annorum discrimen. Ab hoc autem testimonio profectum esse Thaddaeum Vgoletum apparet, qui in praefatione editionis Parmensis a. CIƆIƆX. emissae de tempore manifesto consentiens alius rei memoriam paullo obscurioribus verbis his admiscuit: 'si codici meo fides adhibenda Basileae escripto LXXVII. abhinc anno: ex eo exemplari e quo XII. ultimae comoediae Plautinae emanasse dicuntur.' Id quo spectare videatur, planius ex Alberti de Eyb (sive de Eyben), vernaculi Bacchidum interpretis, narratione intelligitur a. CIƆIƆXVIII. chartis consignata ac fortasse non aliunde nisi ex Vgoleti praefatione petita:

'Diese hernach zwölff geschriebene Comoedien seint lange zeit wol bey fünffhundert Jahren, oder mehr, verlohren und verborgen gewesen: und newlich in Concilio zu Basel wider gefunden worden'. Ficticium hoc omne, quanquam ne Niebuhrio quidem Opusc. I, p. 163 quicquam suspicionis movens: fictum autem ab eis, qui cum quadragesimum a Merulae praefatione annum viderent in id fere tempus incidere, quo concilium Basileense habitum esset tot antiquis scriptoribus primum repertis illustre, horum societate Plautum quoque et facili et levi coniectura comprehenderent. Confidenter enim iudicare licet, quod non ex alio nisi ex Vrsiniano novicios libros oriundos esse ipsa scripturae congruentia clamat. Ita quod v. 56 in noviciis libris prave legitur *denuntiaſ*, id inde ortum est, quod simplici *nuntiaſ* in uno *D* superscriptum est *de*. Ita corruptae v. 926 scripturae *loquar ea preſenti*, *loquare ei praeſenti* originem e re levissima hac duxerunt, quod cum *loquar eapſenti* vel *loquare abſenti BC* habeant, exilis lineola perperam accessit in *D loquar ea p̃ſenti*, quam adeo servavit *F*. Idem *F* quod v. 929 *inſipienter* exhibet, solam habet hanc caussam, quod proficiscebatur a calami errore quo in *D inſipientier* scriptum pro *inſipientior*. Eiusdem librarii errore cum v. 450 in *D ſibi uxorem* positum esset pro *uxorem ſibi*, neglecta ea nota, qua ille errorem ipse correxisset, pravus ordo in *EFZ* transiit. Consimilis origo horum: *nunquam* v. 336, *quaquę* in Z 341, *ſiat* 594 aliorumque numero plurimorum, quibus congerendis nolo longus esse. Graviora tamen reliquis haec sunt, quod in uno *D* elapsa v. 276. 463 *foraſ* et *ego*, quae etiam simillimae ceteroqui

condicionis liber *C* servat, item ab *EFZ* absunt: vel quod *eius egestatem* in solis *DEFZ* transponitur v. 338, eorundemque communis est v. 411 *eximiis* corruptela. Quid, quod eis locis, qui correctionem secundae manus in *D* passi sunt, non raro in partem noviciorum librorum primae manus scriptura transiit, secundae in alteram partem? Velut cum v. 410. 851 *obicias* et *tetigit F* exhibet cum *Da*, *tu obicias* et *tegit* e *Db* reliqui susceperunt, vel v. 347 e *Da habemus* in *FZ*, *habeamus* in *E* manavit e *Db*, item v. 837 *ruere* e *Db* in *Z* et *E mg.*, *frangere* e *Da* in *EF*. Quanquam plerumque sane in *EFZ* transiit quod in *Db* esset, non quod in *Da*, ut v. 286. 288. 321. 665. 1083: quam rationem obtinere memento, ubicunque nulla *Db* mentione facta e solo *Da* discrepans scriptura in annotatione affertur, ut v. 266. 278. Hinc autem intelligitur iam habuisse Vrsinianum secundae manus correcturas illas, quo tempore fons exstitit noviciorum codicum.

Nicolai autem Treviri codex simul atque Romam advectus est, ilico de parandis apographis cogitari coeptum esse et res ipsa facit ut credamus et plenissime Poggii epistulae testantur. Quod quidem consilium duplicem eventum habuit. Aut enim archetypum exemplum omni religione simpliciter transscribebatur, aut correctis pro virili parte innumerabilibus scripturae vitiis et corruptelis novum genus librorum peperit. Et huius quidem generis per litteratae Europae terras codices hodie exstant plurimi, pauciores prioris et quod sciam Romae tantum et Florentiae. Pertinent huc et *G* et propius etiam ad *D* accedens *O*, qui est nitidissime in pulcherrimis membranis scriptus Lau-

rentianus, inter Gaddianos pl. LXXXXI. 12, ipsam externam speciem Vrsiniani summa fide vel minutissimis in rebus referens, ut exemplo docui Musei philol. IV, p. 356. Rursum huius ipsius apographum vix ambiguis indiciis intellexi *E* esse, qualis quidem a prima manu prodiit h. e. *Ea*. Eius igitur scripturam per totam Trinummum sedulo apposui hoc consilio, ut eo possem aliquando pro ipso *D* in eis fabulis uti, in quibus non paratam haberem Vrsiniani collationem. Qui quam exiguo aut propemodum nullo intervallo inter se distent, ostendere talia possunt qualia habes v. 303 *pro ingeo*, 398 *hiſ*, 411 *hiſtiſ*, 532 *inopſ herendo*, 877 *eoſce*, geminatum v. 761 *mihi*, v. 748 e *depepitaſ* natum *depupitaſ*. Denique ad idem genus, ut mittam alios, ille liber referendus, quem NICOLAI NICCOLI manu scriptum in Marciana quae Florentiae est bibliotheca Laurentius Mehusius vidit et in praefatione ad Ambrosii Traversarii Epist. et orat. p. XLIII. diligenter descripsit: unde ni fallor profectus principem Plauti editionem Fabricius Bibl. lat. p. 15 Ern. nullo argumento dixit e Florentino codice expressam esse.

Transeo ad correcta exemplaria, quorum indolem et rationem summatim descripsi de crisi Pl. p. 172 sqq. Ac primum corrigendi operam illam sciendum est non aliorum in aliis codicibus aliam fuisse, sed semel ab uno aliquo critico susceptam et perfectam, qui consolito illa aetate more ac consilio optime sibi videretur ea re de Plauto et bonis litteris meriturus. Quis fuerit qui hoc praestitit, ignoratur: de ANTONIO PANORMITA, Plauti illo studiosissimo, atque adeo scenarum quarundam noviciarum scriptore, quam

l. s. s. p. 177 coniecturam ausus sum, eam ne nunc quidem habeo qui firmius quam Merulae testimonio commendem, 'sive mandante Nicolao Quinto Romano pontifice sive Alphonso rege Apuliae' incredibiliter in Plautum saevitum esse querentis. Atque adeo magis eo animus inclinat, ut ipsum fuisse Poggium credam, cum et Romae potissimum atque Florentiae, non Neapoli correctorum multitudo exemplorum exstet, et consilium certe rei perficiendae ille ipse in ea parte epistularum professus sit, quae solae adhuc lucem viderunt. Sic enim libri IV. epist. 4. scribit: 'Liber est illis litteris antiquis corruptis, quales sunt Quintiliani, et multa in multis desunt. Non faciam transscribi, nisi prius illas legero atque emendavero: nam nisi viri eruditi manu scribantur, inanis erit labor.' Item epist. 17: 'Transscribitur modo donoque mittetur Duci Mediolani, qui eum per litteras postulavit. Marchio item Ferrariensis petiit: dabitur illis, sed ita corruptus, ut vere a barbaris redire postliminio videatur.' Et paullo post: 'Nullus, mihi crede, Plautum bene transscribet, nisi is sit doctissimus: est eis litteris, quibus multi libri ex antiquis, quos a mulieribus conscriptos arbitror [!], nulla verborum distinctione, ut persaepe divinandum sit.' Verum hoc de Poggio quomodocunque se habet, tali quale hic significavit studio et industria certa et constans nata est recensio quaedam, pertinens ea etiam ad octo fabulas priores: qua etsi effectum est ut, qui scriptor antea propter portenta scripturae instar praeclusi thesauri fuisset, nunc certe aliquo modo et legi et intelligi posset, atque adeo haud pauca fatendum est vel vere vel probabiliter emendata esse:

tamen simul incredibilis Plauto clades illata est. Nam quae erat illa aetate criticae artis imbecillitas et tanquam infantia, saepissime legitima emendatio in summam coniiciendi libidinem interpolandique temeritatem evasit cum magna mutandi imperitia coniunctam. Quae ratio universa cum insecutis saeculis litteratos homines, ut in hoc genere parum vel curiosos vel prudentes, prorsus lateret, evenit ut cum ante Camerarium omnes editiones adulterato fundamento niterentur, tum recentioribus quoque multae ex Italica illa interpolatione sordes inhaerescant. Eius autem recensionis exemplum in paucis plenums (rectiu enim plenum videor quam integrum vocare) *F* praestat: cuius simillimo codice secunda manus nostri *E* libri usa in hunc summa industria intulit corrigendo, quicquid a primae manus scriptura discrepans in illo codice deprehenderet. Ita igitur factum est ut, cum Vrsiniani indolem *Ea* repraesentet, plenum interpolatae recensionis exemplum *Eb* habeamus. A quo pleno exemplo variis intervallis alii codices, eique numero plurimi, ita recedunt, non ut unquam novae mutationes in tralaticiarum locum subsitutae sint, sed ut earum parte tantum recepta alias quicunque fuit propagare veritus ad veterem scripturam redierit. Hac via mixtae e *D* et *F* (ut brevitatis caussa sic loquamur) recensiones ortae sunt, interpolatae illae quidem, sed modice interpolatae: qualium in numero cum *H* tum *K* sunt, fortasse etiam Io. Baptistae Pii itemque Dionysii Lambini 'prisca exemplaria' vel 'antiqui codices', qui tamen possunt etiam prorsus congrui cum *FEb* fuisse.

Ad mixtum autem genus etsi *Z* proxime accedit, non

tamen tali e codice expressa est: immo aut similis nostri *E* liber Merulae praesto fuit utramque in se recensionem socians, aut, quod lubentius amplector, duobus ille simul usus est, quorum alter interpolationem integram, integram Vrsiniani scripturam alter referret. De Trinummo loquor: nam Bacchidum quidem, Mostellariae, Menaechmorum, Militis aque Mercatoris nullum, id quod ipse conqueritur, nisi interpolatum librum (sive 'libros') nactus est, eumque, ut facile conferenti patet, gliscente librariorum negligentia ad extremam turpitudinem depravatum. Sed septem ultimas idem laetatur 'simplices et intactas a censoribus' sese habuisse, et 'quanquam mendosas, multo tamen veriores'. Verum quas intactas accepit, vehementer erret qui intactas publicasse putet: quot enim e novicia recensione scripturas partim recte partim praeter veritatem asciverit, singulis paginis annotatio nostra docet. Quem ille delectum saepe non sine iudicio habuit. Qui cum iure suo (ut e multitudine exemplorum per saturam quaedam delibem) a correctore velut *conducibile* (cum *A*) sumpserit v. 36, *es* (cum *B*) v. 47, *ignauiam* 132, *quod meae* 141, *ad te* 161, *ita est* (cum *A*) 196, *quod bibit* 250, *boni* 272, *par tuis* (cum *AB*) 279, *hominem* (cum *AC*) 308, *quaedamst* (cum *B*) 324, *parta* 347 (cum *A*), *an minus* 349 (cum eodem: nam tantum operarum vitio *mimuſ* expressum), *tibi* 472, *edam* 474, *mirum ni tu* 495, transpositionem versus 510 (cum solo *A*), *censes* 563, *cuiquam tam* 274, *rapis* 680, *rogem* 758, *ex seleutia* 771, *gerere rem* 773, *terere* 796, *habet* 868, *absinthium* pro *absentium* 935, *cui rem* pro *quo irem* 956, *ibo ad* 995, *nunquam* 1004, *mores* pro *homines* 1028

istis 1043, *nequeo* pro *metuo* 1132, *tu neuis* e Nonio 1156, *arbitro* 1161 (cum *B*), omninoque ea omnia, a quibus discrepantem tantum scripturam solis additis *BCDEa* litteris in annotatione posuimus, ut v. 278. 311. 336. 354. 360: tamen nec in aliis correctorem sequi ausus est licentius mutatis (ut v. 207. 242. 308. 317. 445. 492. 537. 552. 584. 929. 973. 1014. 1015. 1017), nec in eis quae sua ipsius coniectura rectius posse corrigere sibi videretur: qualia sunt v. 192 *cures*, 265 *amorem*, 512 *nostramne nutricem*, 708 *te tueris*, 787 *me aetatis*, 813 *maxumumst*, 822 *quos mei*, 864 *speculatur*, 932 *molestumst*, 933 *in pontum* (cum *B*), 971 *hodie is unquam* pro *hodiei sum quam*, 993 *accipi* (h. e. *accepi*) *te macto*, 1046 *hominibus*, 1141 *nec qui*, 1170 *itast*, 1185 *hominist affatim* pro *homini stat fatim*: omnia vel vera vel proxima veris. Quanquam nec desunt exempla, quibus vel immerito sperneret merito ab illo probata, ut v. 646 *difficilis*, 715 *eueniat*, 912 *me hercle*, 946 *si est molestum*, 1058 *tutelam* pro *tu te iam*, vel ipse demum sive bonam scripturam corrumperet, ut *tecum* invecto v. 171, *penetrassem* 314, *quando* 529, *fregere* 836, *meapse* 974, sive corruptam corrumperet magis, ut v. 72 ex *aniiq' tue* (h. e. ANTIQVAE TVAE), pro quo *annique tui* F, effecto *animi tui*, vel 487 *neque uiae saltem*, 532 *interficier*, 798 *effodias aurum* et quae sunt similia. Sed maximus tamen eorum numerus, quae immerito a correctore invecta Merula immerito servavit. Contra peculiarem cum illo laudem in eo genere participat, quod ad sermones suis personis distribuendos spectat: quarum notas cum *D* plerasque, uti supra dictum, omisisset, harum spatia in *FEbZ* e sola

coniectura suppleta et maxima quidem e parte recte suppleta habemus. Vide tamen ad Trin. 50. 193. Quo plus nobis licere in eodem genere existimavimus, sicubi tralaticium nominum ordinem sententiarum ratio dissuadere videretur, velut cum ultimam paenultimamque scenam Trinummi reconcinnavimus Lysitelis pro Calliclis persona reposita: praesertim cum ipso *B* codice antiquiores fuisse illas turbas supra viderimus.

CAPVT V.

De editionibus Plauti singillatim exponendi iudicandique otium nobis satis ampla de crisi Plautina disputatio illa fecit, quae in illis examinandis praecipue versatur. Cui addenda quae Parerg. I, p. 403 annotavimus. Illa igitur commentatione excerptaque in Bacchidum editione plurimorum exemplarium discrepanti scriptura postquam falsissimum esse apparuit qui de nescio quibus vetustarum editionum thesauris diu rumor obtinuisset, nunc non erat profecto cur in eo genere sine fructu denuo moraremur. Itaque cum editorum tum ceterorum criticorum nomina eis tantum locis commemoravi, quibus illi vel aliquid salutis attulissent vel aliqua de caussa memorabilem, quamvis a vero aberrantem coniecturam admovissent: quando etiam errores esse eiusmodi possunt, ut aliquid vel laudis vel utilitatis habeant. In quo sicubi videbor nimius fuisse, quantumvis vel inutilium hariolationum vel imperitarum mutationum sciens silentio praeterierim: nimia volui diligentia quam severitate aliquave negligentia peccare. Et editorum

quidem, qui Merulam proximo intervallo secuti sunt, perlevis ad emendandum Plautum opera fuit: ut Eusebii SCVTARII et Philippi BEROALDI in editionibus Mediolanensibus annorum CIƆCCCCLXXXX. et CIƆIƆ: paullo plura, in his autem quaedam rectissime, non mutarunt, sed mutari in annotationibus iusserunt Bernardus SARACENVS Venetae a. CIƆCCCCLXXXXVIIII. editor et perversi alioqui homo iudicii I. B. PIVS in Mediolanensi a. CIƆIƆ, e cuius absurdissimis saepenumero coniecturis totum pependisse Simonem Carpentarium hominem longe ignavissimum l. s. s. docui p. 488 sqq. Cuius autem in plerisque fabulis grassata est mutandi licentia incredibilis, nec tamen ea prorsus infructuosa, PYLADES in Brixiensi anni a. CIƆIƆVI. editione Trinummum quidem vix attigit: nec fere magis qui hunc sunt secuti Nicolaus ANGELIVS in Iuntina a. CIƆIƆXIIII. et in Veneta a. CIƆIƆXXII. ALDVS cum Asulano.

Ita res omnis ad IOACHIMI CAMERARII nostratis egregiam industriam ac laudabilem pro illius aetatis ratione diligentiam redacta est: qui quod ex Basileensi anni CIƆIƆLII. editione, repetita illa Georgii Fabricii sui curis ibidem a. CIƆIƆLVIII, nomen invenit sospitatoris Plauti, eo reapse extitit dignissimus. Cuius laudis etsi pars primaria eo continetur, quod praestantissimos libros Palatinos *BC* nactus est, tamen etiam ubi ab his non haberet paratum auxilium, insigni saepe sagacitate palmarique emendatione verum indagavit: quantumvis gravia, ut significavi p. 518 sqq., aliis agenda alibi reliquerit. Ei quantum debeatur, non poterit ex ipsius nominis in annotatione nostra mentione satis aestimari: immo recordandum est ubique, quas ego e

BC receptas esse scripturas significem a priorum editionum memoria (h. e. ubi non testor aliud, a *Z*) discrepantes, indidem plerumque iam Camerarium reposuisse: id quod operae pretium non duxi singulis locis inculcare. Non multum emendatio quidem Plauti post Camerarium profecit vel probabili enarrandi industria Friderici TAVBMANNI, vel impigro Philippi PAREI labore, ceterum iudicare nescientis, in excutiendis libris Palatinis consumpto, vel immoderata rixandi conviciandique cupiditate Iani GRUTERI, qua ne illud quidem effectum est ut, quid tandem in Palatinis legeretur, vel recte vel plene cognosceretur. Cuius altercationis historiam qui talibus delectantur ex eis petere poterunt quae de crisi Pl. a p. 552 ad 561 narravimus. Praeter editores autem qui illa aetate magno grege critici ad perpoliendum Plautum undique convolarunt, eorum nullam laudem Ioannes MEVRSIVS meruit: vel exiguam vel mediocrem Adrianus TVRNEBVS, Iani DOVSAE pater et filius, Caspar SCIOPPIVS, Iustus LIPSIVS, Mellerus PALMERIVS: maiorem IANVS GVLIELMVS: maximam atque adeo eximiam VALENS ACIDALIVS, quanquam nec metrorum scientia valens, qua tum nemo satis instructus erat, nec Camerariae editionis auctoritatem perspectam habens, magno id detrimento suo. Dixi de eo, sed fortasse non satis honorifice, l. s. s. p. 505, de Scioppio p. 544, de Dousis p. 534, de Meursio p. 498 sq. Praeter horum curas pridem editas ineditae mihi praesto fuerunt SCALIGERI, SALMASII, Dousae et fortasse aliorum coniecturae in impressorum quorundam exemplorum, quae Leidensis bibliotheca servat, marginibus scriptorum *).

*) Similia exempla bibliothecae Ambrosianae, sed quae tantum in spexerim, memoravi Parerg. I, p. 400.

Quorum alia sciens nunc praetermitto, olim huc rediturus: quinque hic commemoranda video. Et I. quidem Dousae longe plurimas annotationes, sed eas maxima ex parte ad interpretationem spectantes, tenet exemplum Antverpiense anni CIↃIↃLXVI, quod signatum est *XXI. Burm. D. 2*: Salmasii emendationes, quarum pars iam a Batavis editoribus Boxhornio et Gronovio commemorata est, Taubmanniae primae exemplum *XX. B. o. 174.* Scaligerana autem e quattuor fontibus petii: praestiterunt enim ea primum duo illa exempla, quorum in Parergis I, p. 575 sq. mentionem feci, alterum item Antverpiense eiusdem anni, signatum *XIII. D. 204,* alterum Basileense ex editione Camerarii a Fabricio iterata, notam habens *XIII. O. 244*: accessit Leidense ex recensione Dousica anni CIↃIↃLXXXIX, olim Adriani Francisci, nunc *XIII. D. 203,* cum aliorum ut videtur tum Scaligeri correctiones, sed eas paucas, ascriptas habens. His autem libris, quos rara liberalitate clarissimi eiusdemque carissimi IACOBI GEELII partim domi tractavi, partim Leidae vel ipse excerpsi vel amica cura docti iuvenis Eugenii Mehleri excerptos accepi, largiores etiam copias Scaligeranas, exegeticas quidem in omnes comoedias, criticas in plerasque, novicius codex ms. 8185 bibliothecae Regiae praebuit, cuius nunc exemplum propensae in me voluntati Theodori Presselii debeo. Quanquam de Scaligeri subitariis curis noli exspectare nimium: quem honoris caussa aliquanto saepius nominavi, quam illarum ingenita indoles exigebat.

Ad editores ut redeam, uti ante criticos illos omnes Dionysii LAMBINI, ita post eos perquam tumultuaria Io-

Friderici GRONOVII opera fuit, cuius recognitio *vulgatae* nomen invenit. De quibus cur ita sentiendum sit, satis exposui l. s. s. p. 527 sqq. 563 sqq. Ex reliquis criticam operam Plauto eamque non una de caussa memorabilem duo soli navarunt, Franciscus GVYETVS et F. H. BOTHIVS nostras, ingenii et usu et abusu similes. De quibus non dubito quin satis honorifice sensurus sit, qui ex annotationis tantum nostrae testimoniis iudicium faciat: tam vel feliciter inventa vel sollerter excogitata ad illos referri viderit non adeo pauca. Sed eorundem reputandum est longe plura commenta nobis tacenda fuisse, quibus saepe temerariis, saepe imperitis, nonnunquam incredibiliter perversis atque adeo portentosis — non possum enim clementius iudicare — bonum Plautum commacularunt: tam miro illi temperamento sana futilibus miscuerunt. Quippe in quibus ingenium et acumen, ars non fuit et disciplina. Praecipuae autem eis fraudi metricum genus omne fuit: cuius etsi laudandum est quod raro inter criticos Plautinos exemplo omnino rationem esse habendam intellexerunt, quaedam autem, in senariis potissimum, perspexerunt rectissime, tamen modo in concedendo modo in imprôbando nimii falsisque quibusdam opinionibus praepediti saepe eorum ipsorum versuum, quorum reconcinnare mensuram vellent, numeros miserrimum in modum corruperunt, ac non multum abfuit quin Plautum ex Plauto expellerent. De Guyeto documento esse cantica Trinummi possunt, prorsus incredibili libidine ab illo dilacerata: de Bothii triplici cura Plautina explicatius iam olim iudicavi l. s. s. p. 566 sqq. Praeterea aliud est genus, in quo temeritatis tanquam principatum

Guyetus sibi praeter Bothium vindicat. Quantumvis enim glossematum in Plautina verba irrepsisse certum sit, tamen prorsus ille modum excessit multitudine versuum aut sine ulla aut levissima de caussa a Plauto abiudicatorum. Qualium in una Trinummo demirari hunc numerum licet: v. 85. 220. 304. 397. 495. 496. 507. 675 ad 677. 679. 707. 708. 766. 767. 770. 818. 824. 828. 830 a *tractare* et 831. 890. 957. 997. 1046 ad 1049. 1054. 1087. 1110 ad 1114. 1115 ad 1119. Quippe ubicunque in singulis verbis offenderet, quod aliqua difficultate vel obscuritate laborans non posset arte et ratione expedire, id tutissimum ratus una cum sanis et planis radicitus exstirpari similis medici exstitit, qui ut dentium aegrotationem tollat, totum caput praecidat. Ceterum Guyeti recensio iuncta est interpretationi gallicae Michaelis de Marolles abbatis de Villeloin, quae quattuor voluminibus prodiit Parisiis a. CIϽIϽCIII. Denique post Bothium quae edendi Plauti experimenta fieri vidimus, aut nihil aut parum vel poetae vel litteris nostris profuerunt. Ex Hermanni Bothiique exemplo Goellerus prope totus pependit. De Lindemanno autem lenius iudicandi, quam olim iudicavi in Diariis litt. Halensibus a. CIϽIϽCCCXXXIV. m. Aug. p. 529 sqq., caussam non inveni. Non mea culpa factum est, quod illius per totam Trinummum ter tantum quaterve, novissimi autem editoris, hominis ut uno verbo dicam ἀμουσοτάτου, ne semel quidem mentio fieri potuit: quorum hic nescit, alter non solet cogitare, neuter esse diligens didicit, uterque caecutire credendo quam iudicando intelligere mavult.

Godofredo autem Hermanno, quem in primordio libri professus sum secundum divinum Bentlei ingenium unicum

ad instaurandum Plautum ducem esse, quantum et ego debeam et deberi in hoc genere universo ab omnibus sentiam, cum alibi dixi cum admirabundi animi significatione tum enucleatius in epistula illa Mediolanensi declaravi tum singulis paginis Trinummi nostri testatum feci. Qui quod in sua Trinummi editione, quam abhinc dimidium ferme saeculum emisit, multis locum concessit quae nec ab illo nunc defensum iri videantur nec probari a nobis potuerunt: id ut ita esse intelligeremus partim ipsius doctrina ac disciplina effecit, partim instrumentorum ad criticam factitandam necessariorum et plenior cognitio et verior existimatio. Hermanniani autem Bentleianique exempli, quo tamdiu uti nesciit inertiorum tarditas, vim et virtutem nunc tandem laetamur ita enitescere et in dies magis invalescere, ut iam sperandum sit fore ut multorum coniuncta industria sui similior Plautus evadat: quando nec unius aetatis fuit nec hominis est unius emendare Plautum, qui persanari quidem vereor ut unquam possit. Ex illis me esse unum volo, et eum quidem qui reliquis emendandi instrumenta parem et tanquam fundamenta iaciam, quibus maiora aut limatiora superstruere futura aetas possit. Quodsi a talibus perfici inchoatum opus videro, quales in critico genere acerrimi Alfredus Fleckeisen et Io. Bernardus Loman Batavus nuper extiterunt: quibus cum laude nunc, postquam viam olim probatam dereliquit, C. F. Kampmannus addendus: artis autem Plautinae felicissimus interpres Theodorus Ladewigius: bene actum erit de Plauto. Reliquos non moror: ea est enim huius potissimum generis, quod veterum poetarum latinorum tractatione continetur, ratio et

condicio, ut qui sapere aut nolit aut naturae vitio nequeat, ignorandus sit, procul abdendus, abstinendus. Illo autem quo dixi consilio cum prae ceteris videretur hoc agendum esse, ut ipsa verba poetae ad fidem librorum exacta et critica supellectile instructa quam plurimorum manibus quam primum traderentur, haud scio an laudandus potius quam culpandus videar, quod morae impatiens nunc quidem a caussarum expositione paullo uberiore, qua rationem redderem a me vel receptorum vel reprobatorum, non sine aliquo dolore me abstinui: non desperans tamen de iustis commentariis, cum ipsam διόρθωσιν absolvero, olim edendis, si per tempestates licuerit nec desierint haec studia aliquo in honore esse. Hoc tamen magis video mihi de gravissimis partibus emendationis Plautinae hoc loco generatim exponendum esse.

CAPVT VI.

Omnium autem primum curandum est, ut de fide Ambrosiani libri, deque ratione quae inter hunc et Calliopii recensionem (licebit enim hoc nomine uti) intercedat, recte sentiatur: in quo non minus illud cavendum, ne iusto pluris illius auctoritatem, quam ne iusto minoris facias. Et codicem quidem ipsum neminem facile fugit non esse ea cura paratum, ut non multa inter scribendum imprudenter a librario peccata sint: velut cum in ipso principio Trinummi versu 10 transposito v. 8 et 9 in unum contraxit, vel v. 17 UOUOBIS posuit pro UOBIS, vel FACIAT pro FACIAM v. 27, SI omisit v. 46, TE pro TU scripsit v. 61, HASCEMI pro HASCEEMI v. 181, PERUORSAE pro PERUORSE v. 183;

INDISPICOR v. 224, QUIBUSIT 283, UIRTUTUM pro UICTORUM 309, CONCILIATABULUM 314, UOLET pro UOTET 474, MAGIS pro MALIS 475, QUISQUISQUAM 519, UMFIERINEQUEGNATITUIQUAM pro *umquam fieri neque gnati tui* 521, PRAEOPTASUISTI 648, OPPERI 744, et quae sunt similia minime pauca. Quo etiam eorum quaedam referenda sunt, quae cum plene legi nequeant, tamen ab emendata scriptura discrepare numerus spatiorum doceat, ut v. 70 OBIUR · · EM pro *obiurgitem*, v. 217 EX · QU · RATUR horumque similia v. 264. 406. 428. 466. 506. 637. 642. 643. 666, alia. Sed etiam si talia missa feceris, quae nemini fraudi futura sint, et in eis substiteris quae antiquioris exempli fide librarius propagarit vel propagasse videatur (quando certis haec finibus disterminare difficile), multum abest ut, quam Ambrosianus recensionem fabularum Plautinarum sequitur, a pristina integritate non dicam nullo, at exiguo intervallo distet. Nam ut paucis comprehendam, omnino nullum est genus depravationis, quod *A* non aut multis locis commune cum *γ* h. e. Calliopii recensione habeat, duxerit igitur e communi fonte *α*, aut quibusdam exemplis sibi adeo proprium praeter *BCD*, non igitur etiam in *β* olim exstans. Velut cum v. 207 immisso glossemate cum Palatinis *sciunt id quod* pro *sciunt quid*, gliscente autem interpolatione proximo versu *item sciunt id quod* pro *sciunt quod* solus exhibet valde notabili exemplo: item solus *mala multa* v. 361 pro *multa*, v. 236 *se expediant*. Vel cum in uno *A*, quae Palatini servarunt, desiderantur, e. c. *sit* 231, *animo* 271, *te* 378, *cum* 523, *que* 645, *ergo* 756, *is est* 1072: quanquam haec potissimum nescio an eodem iure soli negligentiae scribentis tribuantur.

Non minor numerus est perperam in *A* transpositorum, ut *corde meo* 223, *patri audacter* 358, *me hoc unum consolatur* 394, *amicum esse* 456, *celere sic* 668, *oculis ego* 1071: quae omnia sunt eiusmodi, ut eis admissis manifesto metrum corruat. Etiam ad integros versus prava transpositio pertinuit v. 50. 763. Nec corruptae in singulis verbis scripturae exempla desunt, quibus integriores Palatinos habeamus, nec leviora tantum ut *abiere* pro *abierunt* v. 535, *homines* pro *omnes* 29, *illic* pro *illi* 555, sed etiam talia qualia sunt *quin bene uortat* pro *di bene uortant* 502, et gravissimum omnium, quod prorsus respuit sententiae ratio, *bonisque euortisse omnibus* v. 214 pro *bonis qui euortisset suis*. Praeterea universum genus est quoddam, in quo non sit dubium, quin Calliopii recensio multum Ambrosianae praestet: quod est orthographicum. In quo etsi quasdam formas ex antiquitate repetitas *A* quoque solus servavit, ut *nanctus* v. 63, *corrumptor* 239, *factust* 43, alia, tamen si e multitudine exemplorum iudicium facias, dici vix potest quanto propius ad ipsius poetae aetatem Palatinorum vel ut rectius dicam Palatini *B* memoria quam Ambrosiani accedat, in quo saepissime *cum*, *uerto*, *saluus*, *est* legatur ubi priscam scribendi rationem *quom*, *uorto*, *saluos*, *st* et id genus reliqua Vetus illo plerumque solus testatur.

Quae cum ita sint, consequitur ut hic quoque ut ubique regnare rationem debere intelligamus, qua quod suapte virtute praestet et in artis praecepta linguaeque leges et poetae ingenium conveniat, deligamus et praeter testium quantumvis vetustorum reverentiam probemus. Nec igitur propterea, quod aliquid sive *A* solum sive solos

BCD testes habet, ilico aut amplectendum aut aversandum esse, etiam qui indole sua ad iudicandum quam ad credendum tardiores sint intelligant oportet. Qui quidem viderint ipsi, quo tandem iure aut qua potius mentis sive caecitate sive obstinatione negent per sex septemve saecula, quae inter vivum vigentemque poetam et scriptum Ambrosianum interiecta sunt, ea facta esse, quae cum a scripti γ tempore ad duodecimum saeculum facta esse Palatinus *B* ostendat cum *CD* collatus, tum adeo inter scriptorum *A* et α tempore esse facta idem *B* cum cognatis doceat. Et tamen haec vel leviora sunt prae eorum evidentia, quae inter scriptorum *A* et *B* tempora esse peccata alteram in partem valens Palatinorum Ambrosianique comparatio monstret. Nam ut huc tandem deveniam, adhuc per vitia tantum descriptus Ambrosianus quanta ex altera parte praestantiae laude emineat et prae Palatinorum bonitate prorsus exsplendescat, longe longeque quam vitiorum maior virtutum multitudo tam luculenter probat ut nequeat contra dici. Sive enim prava additamenta spectas, solus ab his liber *A* est velut omissis v. 23 *non mala*, 52 *bene*, 209 *facta*, 242 *sagittatis*, 298 *et*, 306 *id*, 321 *non*, 339 *quod*, 350 *inmunifico*, 351 *nunc*, et magis memorabili exemplo post v. 72 illo panno *Sin immutare uis ingenium moribus:* sive spectas vocularum syllabarumque lacunas, eas solus *A* supplet velut v. 46 servato *te*, 55 *tu*, 62 *ne*, 198 *quit*, 282 *mihi*, 335 *et*, 378 *ne*, 1062 *da magnum* pro *damnum*, et exquisitioribus exemplis v. 758 *mutuum*, quod ne Bentleius quidem assecutus in Ter. Phorm. III, 3, 2, v. 846 *agat [gerit] animum aduortam*, 1059 *te uolo* (a quarum duarum

lacunarum veris supplementis prope abfuit Itali correctoris coniectura), ut integros versus mittam ex *A* in lucem protractos: sive de perperam traiectis partibus quaeris, verum ordinem solus *A* reconcinnat velut v. 27 *id me* transponens, 51 *tua agit*, 267 *amicus mihi*, 388 *tuum erit*, 421 *mancupio abs te*, 428 *esse aiebas*, 470 *cena sit*, 652 *istum ego*, integroque versu recte collocato 510: sive multis modis corrupta verba pessumdatamque sententiam respicis, solus emendatam scripturam praestat ac praeclaram saepe salutem affert velut v. 29 *plerique* pro *plerumque* praebens, 68 *obiurgitem* pro *obiurgem*, 71 *tu me mihimet* pro *tute mihi me*, 72 *antiquae* pro *antique*, 92 *(ne)queo* pro *non possum*, 259 *tamen* (nisi fallimur) pro *tibi*, 270 *certa est res* pro *certunst*, 308 *pepulit* et *seruit* pro *perpulit* et *seruauit*, 311 *satiust ut opust* pro *satius tui opust*, 340 *prodit* cum Servio pro *producit*, 343 *miserescat ne tis alios* pro variis corruptelis, 469 *obuenerit* pro *ut uenerit*, 487 *nequeas saltem* pro *neque ad salutem*, 492 *emisimus* pro *amisimus* (quod assecutus Italus), 493 *aequo* pro *aeque*, 507 *si haec res* pro *etsi hercles*, 639 *mens officio* pro *m̃se officium*, 665 *ingenium ingenuum* pro *imperitum ingenium*, 186 *malas famas* pro *maledicas* (corrupte *maledictas*) *famas:* quibus duobus exemplis simillima interpretamenta habes atque v. 350 *inmunifico* illud pro *immuni:* 841 *domi cupio* cum Donato pro *domum cupio*, 846 *usurpaui meis* pro *usurpauimus*, alia: reputandum est enim pauciora haec esse e multitudine exemplorum, nec ea ambitiosius conquisita magis quam cursim perlustrata fabula promiscue collecta. Quibus illa addenda, quibus aliqua certe ex parte vestigia veri *A* ser-

vavit, e quibus, quid scripsisset Plautus, erui coniectura posset, ut v. 522 *argumenta* ex ARGUMENTI, v. 252 *uestiplica* e UESTISPICA collata reliquorum memoria *uestisplice, uestiplice.*

Sed quam tam luculentis documentis praestantiam Ambrosiani codicis satis demonstrasse videor, eam idem probe intelligo non continuo ipsius recensionis bonitati tribuendam esse: immo largiendum est pari vel adeo maiore bonitate potuisse Calliopii recensionem esse. Verum id ut ita reapse esse demonstrari nequit, ita tamdiu nullum ad emendandum usum habet, quamdiu non, qualis tandem ea recensio fuerit, libera etiamtum a saeculorum sordibus, supparis aetatis locuples testis nos edoceat: qualis si in promptu esset, integram nobis Calliopii operam praestans, non negamus eam nos fortasse prae Ambrosiani recensione secuturos esse. At vero quantopere de pristina bonitate Calliopii recensio non potuerit non degenerare, aestimari e longe minore temporis intervallo potest quod inter *CD* et *B* intercessit: quorum hic aut illorum additamentis caret, ut v. 263 *enim*, aut lacunis vel levioribus ut v. 10 (*ea*), 14. 15 (*ei*), vel complurium vocabulorum ut v. 292 *quos conlaudant*, vel adeo integrorum versuum 322. 904, aut falsis transpositionibus ut v. 6 *primum igitur*, 18 *nomen graece*, 215 *uerbis eorum*, 287 *tibi canto*, 366 *esse agundae*, 392 *ego ut*, 458 *tibi respondi*, 463 *tibi effodiam*, 755 *ipsam rem*, aut aliis corruptelis ut v. 223 *simul* pro *simitu*, 539 *fulguritae* pro *fulgur ita*, ne nunc plura cumulem: quibus exemplis omnibus ut aliis multis unum bonitatis consortem Vetus ille ipsum Ambrosianum habet. Ergo

illuc ut redeam, scripturae praestantia Ambrosiani libri ut non sit ilico e recensionis bonitate repetenda, at aetati codicis tribuenda est, quae vim habere bonitatis vicariam consolet. Atque haec vera caussa est, cur generatim iudicanti non possit non multo maior esse Ambrosiani quam Palatinorum auctoritas videri. Hinc autem rursum hóc consequitur, ut ubicunque suapte natura pari bonitate sint discrepantes inter se scripturae e duobus fontibus illis ductae, nulla igitur ut in exemplis adhuc allatis deligendi necessitas, nobis quidem hodie haud cunctanter sequendus *A* sit, ut in quo ratio antiquitatis evincat probabilitatem fidei maiorem esse. Velut cum per se nihil profecto intersit, *his aedibus* an *hisce aedibus* legatur v. 177. 293. 402, uno *A* duce primis duobus versibus illud, hoc recipiendum fuit tertio, contra Palatinos utrumque. Sic in se nihil habent cur aut improbanda sint aut in dubitationem vocanda v. 361 *opprobra,* 384 *permitto,* 843 *faciam,* 400 *commode,* 655 *dixisti,* 659 *ac*, 1064 *iubes:* et tamen horum in locum non dubitandum quin ex *A* merito substituta sint *exprobra, permittam*, *facio*, *commodum*, *tu dixti* (quod imitati sumus v. 556), *ut, mones.* Quanquam nonnunquam facile sentitur cur, quod per se nihil habere offensionis videatur, tamen Ambrosiani memoriae vel ut minus exquisitum aut elegans posthabendum sit, e. c. *de stultitia mea* v. 509 pro *de stultitiis meis*, vel ut minus recte cogitatum, e. c. *depellor* v. 640 pro *depellar*, vel denique ut minus conveniens in loquendi consuetudinem Plautinam, sicut v. 85. 242. 313 bona per se vocabula *culmine, inscius*, *tegumentum*, pro quibus quidem formis a Plauti usu alienis eas ipsas *A*

suppeditat, quas ille solas novit: *columine* ut Amph. I, 1, 211. Cas. III, 2, 6. Epid. II, 2, 5: *insciens* ut Men. III, 2, 30. Mil. III, 3, 20. Pseud. III, 2, 54. Capt. prol. 45. 46: *integumentum* ut Bacch. IV, 2, 19. 20. 23. Quae autem novae voculae accedunt, nec ad sententiam illae nec ad metrum necessariae, quanquam eaedem nec incommodae, velut v. 45 *hic*, 70 *tu*, 234 *ut*, 642 *hanc*, alibi aliae, eis veritatis fides satis hinc parata est, quod omnino his duobus generibus, quae consulto ascriptorum glossematum accessione et casu elapsorum vocabulorum omissione continentur, antiquitatis commendatio praecipue censetur: ut, quo quis codex et vetustior sit et propter ipsam vetustatem praestantior, eo et futilium accessionum minus et plus commodarum, quantumvis non necessariarum, teneat. Porro etiam in transpositiones eiusdem illius vim ratiocinationis valere consentaneum est. Velut nihil est sane cur displiceat qui in Palatinis est verborum ordo v. 88 *scire cupio*, 325 *ueniam dare iam*, 376 *inibis summam*, 466 *tu nunc*, 563 *quid hic locutust*, 1049 *ex eorum*: et tamen inverso haec ordine non minus commodo scribi Ambrosiani auctoritas iubebat *cupio scire*, *dare iam ueniam*, *summam inibis*, *nunc tu*, *quid hic est loculus*, *eorum ex*: pariterque v. 20 *uos hoc*, 765 *iam aliquis*, et levi scripturae diversitate accedente *inuenias benefac(to tuo)* pro *beneficio inuenias tuo* v. 1051, *homo hominis fecit* pro *facit homo hominis* v. 1069: in quibus omnibus necessitas transponendi nulla apparet.

Atque hae quidem, quas per genera sua breviter percensui, discrepantiae ita comparatae sunt omnes, ut consilium aliquod corrigendi ne levissimo quidem indicio prodant, sed

consolitis depravationis viis natae esse videantur. Quo cautius de gravioribus quibusdam iudicandum est, velut cum v. 88 pro his, *Sed istuc negoti scire cupio quidquid est*, idem Ambrosianus *Sed istuc negoti cupio scire quid siet* praebet, vel 747 *Eadem omnia istaec* pro *Nam hercle omnia istaec*. Sed aliquam sane interpolationis suspicionem facile illa moveant, quae e v. 214. 502 iam supra attulimus: *bonisque euortisse omnibus* et *quin di bene uortant*, quae ne potuerunt quidem sic scribi a poeta. Quo nescio an etiam illud quispiam referat, quod v. 841 iuxta posita sunt *agat* et *gerit*. Maior etiam dubitandi locus in v. 328 est: qui cum e Palatinis sic vulgetur:

Béne uolo ego illi fácere, si tu nón neuis. PH. Nempe dé tuo,

in hanc speciem immutatus in *A* exstat:

Béne uolo illi fácere, nisi tu nón uis . . Nempe dé tuo.

Nam cum in hoc versu *neuis* etiam antiquissimus ille glossarii Plautini scriptor legerit, de quo capite II. dixi, non profecto temere quis coniiciat ex interpretamento *non uis* pro *neuis* irrepsisse, hinc autem consectariam fuisse *si non* particularum in *nisi* conversionem. Sed tamen huius potissimum originis cum non possit necessitas persuaderi, tutius visum est hic quoque vetustissimum testem sequi: praesertim cum illud vix ac ne vix quidem concedam, in corrigendi caussa etiam *nempe* vocis correptionem fuisse: nam metrorum quidem correctorem nulla vel in Ambrosiano vel in Palatinis vestigia produnt, id quod iam olim pronuntiavi Diurn. antiqu. Darmstad. a. CIƆIƆCCCXXXVII.

p. 755. Ceterum diversarum recensionum tenues quasdam tanquam reliquias non infitior hodie quoque superesse, sed earum ex antiquioribus ut puto saeculis repetendarum, partim autem sua sponte natarum, partim critica opera grammaticorum paratarum. Quarum unam aliquam necesse est in praecipuo honore per saeculorum decursum habitam esse, sive eam a Valerio Probo sive ab alio profectam: nam de Varrone ne quis suspicetur satis cavi Parerg. I, p. 80. 367. et nuper Musei philol. nostri t. VI, p. 509. Eum autem, quisquis fuit, sane metra quoque attigisse puto, et potissimum quidem cantica Plautina in eam formam redegisse, ad cuius exemplum aliquo intervallo, sed tamen communi saepe testimonio *A* et *B* accedunt: quorum canticorum rationes iam proximo post poetae aetatem saeculo parum perspectas esse Sisennae exemplo docui Par. p. 383. Praeterea e satis antiqua aetate illud repetendum valde memorabile, quod quibusdam in fabulis pro eis quae nunc habentur personarum nominibus in *A* prorsus diversa reperta sunt: quod attigi ibid. p. 278, suo loco persequar uberius. — E tali autem recensendi studio et consilio quicquid transisse in Ambrosianum conieceris, certe non poteris talibus ad aliquam tanquam praerogativam Palatinorum demonstrandam uti: nam quae in his ipsis duplicis recensionis vestigia versu 1188 aperui (*ducam*: *optumumst* et *ducat: licet*, accedente personarum mutatione), eis manifestiora reperiri nego. Itaque hoc omne cum valde ambiguum sit, non poterit non tutissimum videri Ambrosiani auctoritati mancipatum esse, ubicunque id sana ratio patiatur nec praestantia Palatinorum tanquam in oculos incurrat. Quo

minus singularia quaedam et vehementer suspecta, quae soli testantur Palatini, artificiis quibusdam interpretandi excusandive ambagibus tutanda sunt ut reconditiora atque exquisitiora, sed ad sanam simplicitatem probatamque consuetudinem cum *A* revocanda. Ita quod e recessibus priscae linguae manasse creditum est, *columis* adiectivum pro *incolumis* positum, cui defendendo glossas Isidori arcessiverunt, Plautum certe non amplius sponsorem habebit, postquam vulgaris *incolumem* forma v. 743 ex *A* prodiit. Ita *nemulta* v. 364, quod ancipiti similitudine illorum quae sunt *nefastus, nefarius, nefandus* defenderunt, expeditissimae iam scripturae *non multa* cessit. Nec *haut* particulae vim prohibendi in posterum versus 651 firmabit, ipso *ne* pro *haut* substituto in *A* emaculatus. Non repugnat rationi frequentativum verbum *largitari*, nec metro repugnat versu 742, sed exemplum praeter hoc ipsum non habet: ubi cum simplex *largiri* verbum *A* testetur, illud non poterit non e lexicis exulare. Sed sane horum nihil, absque Ambrosiano esset, vel inveniri coniectura potuerat vel inventum reponi debuerat.

CAPUT VII.

Enucleatius vitiorum caussas et genera persecutus sum, quo certiorem mihi viam ad meas emendandi rationes tutandas commendandasque munirem. Non est enim is scriptor Plautus, quo cum ea, quae tantis hodie laudibus mactari solet, religione ad ipsorum codicum fidem conformato

fecisse operae pretium videare. Praeterea fateor ingenita indole eo animum meum duci, ut paullo uberiore commentandi genere, quam quo opus habere peritiores videantur, illorum potissimum usibus consulam, qui sese fingere ad hanc artem et disciplinam cupiunt. Igitur quae et qualia vitia cum *CD* traxerunt, sublata ea in *B*, tum *B* vel solus vel cum *CD* traxit sublata in *A*, tum sibi propria *A* habet non propagata in *B* vel *BCD*, eadem et similia nostrone iure existimabimus et in *A* residere non sublata in *B*(*CD*), et in his exstare non sublata in illo, vel ut planius dicam, codicum *ABCD* sive omnium sive (ubi deficit *A*) *BCD* tantum communia esse? Nostrone igitur iure videbimur, etiam ubi nihil in libris indicii, vel interpretum additamenta expulisse vel librariorum incuria ortas lacunas supplevisse vel turbatum ordinem reconcinnasse vel litterarum syllabarumque permutatione depravata redintegrasse? Et horum quidem generum primo memorabile est aliquanto gravius priores partes Trinummi quam posteriores affectas esse ut tanquam elanguisse interpretantium et intelligendi commoditati succurrentium studium videatur. Quod et supra commemorata probant et praeter codicum auctoritatem sive a nobis sive ab aliis indagata haec glossemata: v. 130 *aut quid interest;* 169 *magis* adiectum *adesuriuit* verbo; 209 *tamen;* 232 *ad aetatem agundam*, quae e v. 229 molestissime iterata esse apparet; 238 *blanditur*, quam vocem prope nullo intervallo excipit *blandiloquentulus;* 239 sqq. *auarus, elegans, blandus, inops* ab Hermanno expuncta; 264 *atque,* 309 *dum;* 495 *an* et 750 *set,* deleta iam in *FZ;* 537 *a me;* 559 et 717 sive *quidem* sive *hercle;* 660 sive

dicta sive *corde;* 681 *uis,* 837 *tua,* 943 *eho;* 1054 *ipsa,* quod vel positio, quae in aliis codicibus alia est, suspectum reddit: integris autem versibus comprehensa glossemata (vel in versuum speciem postea transformata) 48 sq. 74. 93. 263, ubi in *CD* demum accessit *enim;* 312. 368 et inter 427. 428 medio, quos item alius in aliis libris ordo, qui saepe interpolationis indicio est, ficticios prodit; postremo v. inter 788 et 789 medio. Quorum versuum eos, qui misere consutis pannis ne ad numeros quidem recte incederent, a Plautinorum continuitate prorsus exclusos in annotationem reieci, pariter atque ab ipso *A* iam omissum illum qui post v. 72 legebatur: reliquos, qui ad versuum similitudinem aut aliquo aut probabili (ut 312) successu redacti essent, cancellis inclusi. Ceterum non glossematum in numero habendos, sed errore librariorum iteratos esse, qui in libris omnibus leguntur post v. 704 et post 705, unusquisque perspicit, quanquam ex parte tantum Italus corrector perspexit cum Merula.

Quod autem singulari diligentia eorum, quae vel exciderint in codicibus vel transpositionem passa sint, exempla superiore capite composui, et consulto quidem praetermissis quorum iudicatio e subtiliorum legum metricarum prosodiacarumque doctrina penderet, id vero ita institui, ut ab exploratis indubitatisque profectus certa ratiocinandi via possem ad ea progredi, quae cum metrorum disciplina universa coniuncta omnium maxime esse controversa scirem: quando illis ipsis duobus generibus metrorum ut depravatio ita emendatio maximam partem continetur. Et omnium quidem uberrimum in Plautinis fabulis corruptelarum fontem iam

olim dixi non fuisse alium nisi quod, cum in familiari sermone plurimae voces vel abesse vel accedere vel vario sese ordine excipere nullo sententiae atque adeo elegantiae detrimento possent, horum nihil non librariorum quoque levitate imprudenter admitteretur saepissime. Quod si ita esse conceditur, ut concedi multitudo exemplorum iubet, quo tu miro atque adeo prodigioso casu illas mutationes putabis tantum ad numeros corrumpendos nunquam valuisse? Et tamen qui, ubi vel ad sententiae integritatem vel ad grammaticam rationem aliquid desideratur, non defugere vel transpositionem verborum vel adiectionem solent, simul atque ventum est ad metrorum concinnitatem, easdem emendandi artes nescio quo fastu perhorrescunt quave superstitione eis adhibitis piaculum fieri clamitant. Verum hos quidem mitto in praesens, ad metricas disputationes infra reversurus: quibus tamen pro fundamento esse hanc ipsam ratiocinationem volo, qua me etiam tacentem uti recordandum erit. — Vt autem interpolationem, ita lacunas quoque atque transpositiones non est mirum a singulis vocibus ad integros versus pertinuisse. Ac de lacunis quidem gravioribus exposui capite II: transpositorum autem praeter codicum fidem versuum exempla habes v. 320. 369. 577, 578, 590. 765 sqq. 879. 889 sqq. 1020. 1054. 1114: de aliis, ut 336. 415. 660 sqq. 719 sq. 1172, aut non potuimus aut non ausi sumus Acidalio, Hermanno, Bothio, Meiero assentiri. Quarum transpositionum cum paucis verbis ratio reddi nequeat, malo nunc de earum caussis nihil quam parum dicere: quas quidem sua quemque meditatione facile assecuturum confido. Lacunas autem quod non soleo significare,

nisi ut simul supplendi experimentum faciam, id non vereor ne quis ita interpretetur ut vel ambitiosius vel iusto confidentius factum videatur: qui non ullo pacto verbis velim exempli caussa propositis, sed ipsi de aliqua lacuna coniecturae fidem facere, idque ut certae viae demonstratione fiat credam ipsius artis rationibus flagitari. Quanquam quaedam sane, minore verborum ambitu comprehensa, propemodum spondere posse videare: ut v. 1113 *absentis mei eri,* vel v. 1120 divinando revocatum *domi* in fine versus, quando extrema potissimum versuum vocabula non raro elapsa sunt (ut v. 841. 1059): fortasse etiam redintegrata initia mutilorum versuum 945 sqq. Sed v. 130 sane excogitari complura possunt pari probabilitate. Confirmant autem aliquoties supplendi fiduciam ipsorum codicum singularia vestigia, velut cum in *B* vacuum spatium v. 885 inter *ire* et *occipias* relictum est (prorsus ut v. 986 pro servatis in *B* litteris *fo an tu if* vacuum spatium in *CDE,* vel in his solis spatia ab initio versuum 945 sqq.) quod explevimus *hercle* particula, quae non raro liberiore collocandi genere mediae constructioni interponitur, e. c. 457. Vel cum v. 245 mira discrepantia *abi* pro *ibi A* exhibet eo in loco, cui aliquid deesse metrum arguat: unde *abi* litteras interpretati sumus ex *a[tque i]bi* residuas: similiterque alibi similia, e. c. *rem [ia]m enixe* effectum e *rem menixe* quod in *B* est v. 652, vel *sponden t[u]* e *spondent* 1157, vel *saginam [quo]m erus* e *saginam merus* 722, *aduecti a[d]* ex *aduectia* 933. Quod sicubi talibus indiciis veri careremus, sua sponte intelligitur illud fuisse imprimis curandum, ut quae excidisse coniiceremus, eis ab litterarum

potissimum similitudine vicinorum vocabulorum quanta maxima posset probabilitas parata esset. A qua parte velut haec commendari putamus: *quicum una aetatem exigat* v. 15 (plane ut Capt. III, 5, 62 *quicum una a puero aetatem exegeram*), *dotem olim* 158, *eius sauiis* 242, *miseros misere* 268, *facile fecisti* 269, *imbuas eis* 294, *consilia consident* 300, *i modo: nullo modo* 586, *eum cum* 700, *id adulescenti* 781, *probari ei* 813, *ego ergo igitur* 818 (prorsus ut v. 756), *Calliclem quem* 874 (ubi relativo pronomine ad commodam enuntiati conformationem non minus aegre careas quam v. 949), *cum sum* 879, *quid id est* 889, *memet* 913, *quia tu cum* 1018, *ueteres ueterum mores* 1028, *in maiore* 1029, *strenuos nunc* 1036, *eo ego* 1123, *consilia uobis uostra* 1155, *miseria una uni* 1185.

Litterarum syllabarumve similitudo cum non minorem vim in quarto genere habeat, quod variis permutationibus depravata complectitur, tamen non est animus haec nunc singillatim persequi et in talibus morari qualia sunt v. 1108 *morae cito* e *moracii* effectum, 1087 *miser summeis* e *miseriis meis*, vel ingeniose ab aliis inventa *Eum alii di isse* 944, *Ceterum* 994, *collicrepidae* 1021, *nugacissume* 819, alia. Vnum illud designo, in Plautinis quoque ut latinis libris omnibus non fuisse efficaciorem vitiorum caussam quam relativarum formarum illarum affinitatem, quales sunt *qui, que, quo, quod, quoi, quos, quis, quia, quin, quom, quam, quando, quoniam,* permutatae illae inter se locis innumerabilibus, velut huius fabulae v. 402. 437. 504. 529. 566. 638. 822. 823. 900. 904. 967. 978. 1050. 1051. 1056. 1083. 2092: quorum versuum parti pristina scriptura eadem-

que ab ipso Plautino conformandarum enuntiationum more praestabilior Ambrosiani demum beneficio restituta est. Hoc igitur confidentius vel sententiae numerorumve ratione iubente vel suadente constructionis commoditate atque concinnitate talia reposuimus ut v. 85 *qui* pro *quod* ad *Ioui* relatum, simillimoque exemplo v. 940 *caput amnis qui*, non *quod*, item v. 492 *quam quom*, non *qui quom*, eiusdemque generis alia. Evanuit nunc tandem etiam soloecum illud *qui ego* v. 848, cuius in locum *quia ego* ex *A* revocatum: nam frustra fuerunt qui illud collatis v. 929. 937 defenderent, quibus *qui ipse, egomet* et *qui, egomet* interpungendo dirimenda fuerunt. Nec plus fidei prava pronominum consociatio *quorum eorum* v. 1023 habet, quae διττογραφία est ut v. 33. Item reiectaneum *qui* pro *quis* in interrogando v. 929. 1083: contra pro *ecquis* revocandum *ecqui* cum saepe apud Plautum alibi tum Trin. 870.

CAPVT VIII.

Sed ne delabi ad vulgaria dicar, his nunc relictis id potius agam fructu ut arbitror paullo maiore, ut iam non discretis emendandi generibus totam fabulam a nobis ut potuimus purgatam percurram ex eaque per saturam notabiliora proponam, unde aliquid profecisse scientia linguae latinae videatur.

Ac nova vocabula vix dubia emendatione prodierunt v. 692 et 693 *lutitant* et *conlutitet*, cum ficticiae *lutulare* et *collutulare* formae, quas ne codices quidem satis tuentur, rationem non habeant. — Non magis recte factum

v. 977 *recharmida*, quod esset 'rursus indue Charmidis personam': cui cum contrarium dicendum fuerit, requiri *decharmida* intelligitur. — Contra e librorum vestigiis v. 912 suscitatum *recommentatus* non plus dubitationis habet quam tribus post versibus positum *recomminiscor*. — Misere languebant versu ἀμετρωτάτῳ 1118 iuncta *adsequitur subsequitur* verba, quorum prius ne exemplum quidem habet intransitivae significationis: *adsecue sequitur* posui (nam *sub* natum e contiguo *subit*) memor Plautini versus apud Varronem de l. lat. VI, 73 praeclare ab Lachmanno emendati in Welckeri Naekiique Mus. phil. Rh. t. VI, p. 120: *ne sequere adsecue Polybadisca* e. q. s. — Negatum est auctorem habere *numne*, quamvis frequententur *anne, utrumne:* illud scripsi v. 922, etsi potueram *numnam*, quia unum in promptu est certum exemplum Poenuli V, 2, 119, ubi quod vulgatur

Et te moneri num neuis? — Sane uolo:

sententia ipsa flagitat ut in *numne uis* mutetur. — *Nempe enim* ausus sum quanquam posterioris latinitatis auctoritate v. 61 introducere, sed et ad Megaronidis sensum aptissime et alibi quoque permutatarum *namque, neque, nempe* vocum (ut v. 278) exemplo: nam quod libri produnt, *namque enim*, numquam adducar ut defendi posse *quia enim* particularum consociatione putem, quae est diversissima. — Reconditiorem *sectius* pro *secius* formam, cui fidem facit Varronis apud Gellium XVIII, 9 testimonium, non dubito quin v. 130 vere indagaverim in librorum memoria *secutus*, quanquam eo ipso Menaechmorum (v, 7, 57) loco, quo utitur Varro, non servatam in nostris libris. Nec alibi eius

vestigia apud Plautum hodie supersunt: nisi forte eo spectare dicas *setius* scripturam, quam Cistellariae IV, 2, 24 *B* exhibet. Nam quod Trinummi v. 396 Gulielmus suasit, *sectius nihilo facit* pro *factius n. f.*, ferri ita tantum posset, ut simul *ille* pronomen accederet, quo ad *filium* id enuntiatum referretur. — Paucis *coepio* praesentis exemplis novum accessit v. 1052 *coepias*, effectum a nobis e planissima Ambrosiani codicis scriptura COAPIAS. Quae ipsa satis memorabilis est propterea, quod fuerunt qui e *con* et *apio* sive *apo* derivatum esse *coepio* dicerent. Quod si probabiliter opinarentur, haberent quo percommodo firmamento coniecturae suae uterentur. Quos ego sequi non sum ausus, ut qui rationem non perspiciam qua e *co* et *ap* non *copio*, ut *copula*, sed *coepio* (tanquam *coepula*) ortum dicam. Idem *coëpi* vix ac ne vix quidem adducor ut tribus esse syllabis a Plauto pronuntiatum credam: quamvis esse pauca quaedam exempla sciam aliqua specie veri in hanc partem valentia, verum eadem ut puto fallentia. — Sed vere ab *ap* stirpe ductum *aptus* rara veri participii potestate v. 658 a poeta positum esse Ambrosianus persuasit OTI · APTUS praebens, una tantum inter I et A littera interiecta, pro ceterorum librorum scriptura *otio captus:* quae ut interpretandi studio debetur, ita ad metrum non potuit nisi inverso verborum ordine accommodari. — Contra libros *quidem* pro *equidem* particula non ad primam personam relata reposui v. 352. 611 et reponam in ceteris fabulis ubique. Quam formam quamvis acri contentione cum alii tum nuper Handius*)

*) Qui quem Beroaldi codicem Plautinum cum alibi tum in hac dis-

Tursellini t. II, p. 425 sqq. omnium personarum esse communem pronuntiarint, tamen Plautino quidem usu persuasissimum habeo cum Bentleio (in Ter. Heaut. IV, 1, 19 et Adelph. V, 3, 65) a reliquarum praeter primam societate prorsus excludi. Id ut recte a me sentiri demonstrem, exempla ab Handio prolata breviter persequar. Et Persae quidem IV, 4, 87 *equidem* ab Ambrosiano libro prorsus abest, pro contiguo autem *miseret* septem litterarum spatia sunt cum ET syllaba: unde sic versus restituendus:

'Ita di bene me amént, sapienter: átque me miserét tamen.

Stichi II, 2, 5 ex eodem libro pro *equidem* recipiendum *me quidem,* reliqua sic reconcinnanda:

Nám me quidem miserébat harum: 'Ergo auxilium própere latumst.

Atque etiam ubi licet *equidem* cum prima persona construere, tamen non raro *quidem* substitui codices iubent, ut Stichi II, 1, 4:

Me quĭdem iam sat tibi spéctatam censébam esse et meos móres:

ubi [*una*] *me quidem A* (cui reliquorum quoque emendatio debetur), [*una*]*m equidem* Palatini. Aululariae autem II, 1, 18 nec *quidem* nec solum *equidem* est in libris, sed praeter versus rationem *te equidem:* ubi quo vitio *te,* eodem etiam proximum *e* illabi potuit, quod adeo abesse ab aliis codicibus ipse Handius dicit:

---

putatione p. 431 commemorat, deterrimus est eiusdem, cuius *F* noster, generis.

Tu: Túne ais: Si negás nego: Decét quidem uera próloqui.

A metro trisyllaba forma respuitur etiam Persae IV, 3, 76, ubi *'Ea quidem edepol liberalist* scribendum: item Men. II, 2, 35. III, 3, 27. Rud. III, 5, 47:

Insánit hic quidem qui ípse maledicít sibi.
Di mé quidem omnes ádiuuant augént amant.
Haec quidem Palaestra quaé respondit nón meast.

Asperrimos numeros eiecto *equidem* Hermannus perpolivit Bacchidum v. 934:

Quadrigéntos filiós habet, atque ómnis lectos síne probro:

quibus *quidem,* non *equidem,* ab interprete ascriptum. Persae II, 2, 5 non sunt *equidem si scis tute* iungenda, sed *equidem* particulae constructio per proximum versum continuanda:

'Equidem, si scis túte quot hodie hábeas digitos ín manu,
'Egon dem pignus técum?

sic enim haec scribenda ducibus libris, in quorum *A* EGONO ... GNUS apparuit, in *B* est *Eoondem pignuſ,* in *C* quod vulgatur *Eodem pignus:* non autem profecto plus offensionis habere inter se dirempta *equidem* - *ego* videbuntur quam Merc. II, 1, 40 iuxta posita: *Amaui hercle equidem ego olim in adulescentia.* Inauditum est autem ea potestate, qua nos *und zwar* dicimus, positum *equidem* pro *quidem:* quocirca haud cunctanter Epidici IV, 2, 33 reponendum *'Adulescentem quidem dicebant émisse.* Restant tria sola exempla (quando Trinummi v. 352 *equidem* non est Palatinis cum *A* commune), horumque duo ita comparata ut, quem-

admodum in reliquis prope omnibus (*me quidem, decet te quidem, atque quidem, adulescentē quidem*), contiguam *e* litteram caussam fuisse erroris appareat, Mil. III, 1, 54. Trin. 611.:

'Atque [e]quidem plane éducatum in nútricatu Vénerio.

'Atque [e]quidem ipsus últro uenit Phílto oratum fílio.

Ecquis igitur iam dubitabit Stichi quoque versui IV, 1, 48 *Dúm quidem hercle quód edant addas* reddere usitata *dum* particulae, ut Trin. 58, intentione? Non recurret opinor furca expulsum *equidem*.

Ab horum, quae esse certa putem, societate segreganda sunt, de quibus volo ab aliis doceri. Velut cum crebrum esse Plautum glossarum reconditiorum usu constet, quarum multae in nostris libris obscuratae sunt, erit fortasse qui pro eo quod v. 492 vulgatur *salillum* tale vocabulum subministret, quod et in Ambrosiani memoriam SAT · L · · · M conveniat et hiatum ita tollat ut non opus sit *animaí* forma. Vtinam igitur in vetustis glossariis illis, quorum nunc lautam editionem a G. F. Hildebrando parari laetamur, tale quiddam exstet, quale futuram sit velut *satullium*, a *satur*, *satullus* ductum, *satullium animae* ut sit animae plenum non salinum, sed omnino vasculum, cum salis potissimum notio ad sententiae vim minime requiratur. — Simile est quod v. 512 ex Ambrosiani vestigiis conieci pro *nutrice* aliud nomen aliquod sive in veteri lingua sive in vitae usu communi exstitisse, quod a TO litteris inciperet: quale exempli caussa proposui *toleratricem*, mallem exempli auctoritate positum. — Singularium sive vocabulorum sive significationum idem *A* etiam

alibi non testis magis quam ambiguus index est, velut v. 335 exhibens ut videtur *praemandatum* pro *praedicatum*, et pro *nugatorias* v. 844 NAUL·TORIAS, quo quid faciam nescio, nisi quod non deberi calami lapsui intelligo. Mirum etiam v. 643 *anteuersa* pro *anteparta*. — Versu tamen 644 (ut rursum ad paullo certiora transeam) haud scio an pro *uindex*, in quo corrigendo critici sategerunt, *tu obex* non sine probabilitate scripserim, quanquam litterarum similitudine non summa: quae vox impedimenti notionem etiam Persae II, 2, 21 habet: *commorandumst apud hanc obicem*. Nam vindicem quidem non posse ullo pacto eum esse qui violet contaminetve, non negant nisi qui desipiunt: argutius est Bothianum *honoris uendax*: in Gronoviana autem construendi ratione vehementer languet inutiliter iterata sententia *ad quaerundum honorem*. — E vitae quotidianae consuetudine crediderim *epithecam* petitum v. 1025, quam interpretor aliquam ἐπίδοσιν vel ἐπίμετρον, vel ut Festi verbis utar apud Paullum p. 14 M., *auctarium, quod super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus vocatur in modio:* quo sensu ipsa ἐπιθήκῃ voce in simili ioco Aristophanes usus Vesp. v. 1391: κἀξέβαλεν ἐντευθενὶ ἄρτους δέκ' ὀβολῶν κἀπιθήκην τέτταρας. Nam *in apothecam* qui apud Plautum probarunt, quod a librorum fide proxime abest, nec hoc nomen ab horrei capacitate unquam esse ad cistellae significationem deflexum demonstrarunt, nec illud declararunt qua probabilitate Stasimum servum et possessorem dactyliothecae cogitarint, et ea usurum ad id condalium condendum, quod ipsum gestare in digito soleret. Nec ullo modo friget, si quid sentio,

servato *epithecam* Stasimi oratio: qui non illepido acumine de rebus nihili, damno et labore, ita loquitur, quasi bono bonum dedita opera quaesitum accedat. — Ad ea, quae probabilitatem etiam sine exemplis habeant, me iudice illud quoque pertinet v. 887: *opus fartost uiatico*, quod e librorum memoria *factost* adeo sua sponte prodit, ut facile vincat longius petitum *face:* sive *fartum uiaticum* interpretabere tanquam *reisefüllung*, *reisemast*, sive certum libi genus collata *fertum* forma. De substantivo *uiaticum* cogitarunt, qui *et* infercirent: adiectivum habes Bacchid. I, 1, 61, ubi *cena uiatica* dicitur. — Contra substantivum, ut Poen. IV, 2, 16, non adiectivum volui *uinarium* esse v. 888: ubi ut pro *uasculum uinarium* scriberem *uesculum uinarium*, item codicum me vestigia moverunt, in quibus est *uixillum:* aegre enim perspicias, qui adeo obscurari planissimum et usu tritum *uasculum* potuerit. Non incommode, cuius significare exilitatem vellet, *uescum uinarium* dixit, de quo vocabulo Appuleii interpretes egerunt ad Metam. XI. init: deminutivam *uesculus* formam et Festus testatur et in quibuslibet adiectivis sermonis genus Plautinum admittit, quemadmodum alia quoque, ut *uenustulus*, *liquidiusculus*, semel tantum reperiuntur. Quo minus veritus sum pro *placide* v. 726 substituere *placidule*: praesertim cum adiectivo *placidulus* etiam Ausonius utatur. — Paene oblitus sum repositum v. 820 *salipotenti* defendere, vel potius repellere per libros omnes propagatum *salsipotenti*. Quod quaero qui tandem tueare omnino, cum recte sane *salsum* esse mare dicatur, sed nec *salsum* nec *salsa* unquam in latinitate pro ipso mari dicta sint, ne ab iis quidem

poetis qui talium fuere feracissimi: ut *salsipotens* Neptunus non sit alius futurus nisi muriaticorum potens. Contra et *sale* et *salo* iam antiqua aetas dixit pro eo quod est 'mari'. Accedit quod parum profecto eleganter *salsipotenti Neptuno et fluctibus salsis* laudes agi gratesque haberi dicuntur. — His ut tandem finem faciam — nam omnia exhausturo commentarius perpetuus scribendus sit — de corruptis v. 1021 nominibus propriis etsi aliorum iudicia expeto, probabiliter tamen et *Chiruchus* inventum puto et de *Cercobalus* dubitatum, quia ab eadem κέρκος voce factum nomen *Cerconicus* praecedit: quod etsi ad ipsam furatrinam non valet, tamen ut liberiore iocandi genere lusum vix ausim sollicitare. Quodsi repositum *Cricolabus* non est dissimile veri, consequens est ut tueri liceat trochaicam mensuram contigui nominis, quod in libris scribitur *crinnus*: non insulse igitur *Crimnus* dici visus tanquam famelicus κρίμνοις h. e. micis panis ipse intentus. In hibridae vocis speciem ut alia apud Plautum fictum esse *Collabus* potest (quando de κόλλαβος nemo cogitaverit), quanquam non vacans dubitatione. Vt non inepte hoc exemplo totum versiculum vernacula lingua imitere:

Haltefest war's, Schwänzelsiegerich, Krümlein, Ringfreund, Greifezu.

Quoniam in nominibus propriis versor, libet etiam *Callimachum* et *Chariclem* commemorare, quae nomina ut aliis usitatiora v. 917. 922 invexi.

Addam his pauca ad locum de constructione pertinentia. Accusativo iunctum, non dativo *obrepere* verbum, qua constructione in prologo Poenuli v. 14 dictum *tacitum te*

obrepet fames, Ambrosianus praestitit etiam Trinummi v. 61 M. INPRUDENTEM exhibens pro *mihi imprudenti:* unde consequens fuit ut etiam v. 974 non *mi,* sed *me* insereretur. — Contra dativus requirebatur v. 558 *os cui sublinat* pro *cuius os sublinat:* constanti enim loquendi consuetudine *sublini os alicui* dicitur, non *alicuius.* Et illuc spectare ipsa Ambrosiani scriptura CUIOS videtur, quorum tantum ordo invertendus. — *An eo egestatem ei tolerabis* v. 371 certissima correctione effectum est ex *egestatem et tolerabis,* praesertim cum in *A* post EGESTATEM aut E tantum aut I sequatur. Hinc igitur profecti corruptis v. 338 numeris *toleráre eius egéstatém uolo* maluimus servato verborum ordine qui in *A* est, *eius* autem in *ei* mutato succurrere, quam cum parte librorum transponere *egestatem eius.* Quae transpositio si cui ab ipsa numerorum concinnitate elegantior videbitur, vel sic dativus tamen tenendus erit *egestatem ei uolo.* Nec enim eodem carere ullo modo possumus v. 358, ubi Philtoni sic vulgo interroganti: *Cuius egestatem tolerare uis* — Lysiteles respondet: *Lesbonico huic adulescenti Charmidai filio.* Ergo *cuius* convertendum in *cui tu* erat. — Contra nullus dativo locus v. 1126: *Neque fuit neque erit .... cui fides fidelitasque amicum erga aequiperet suum.* De intransitiva vi *aequiperare* verbi minime constat: quando et in Pacuvianis apud Nonium p. 307 verbis *ut ista súnt promerita uóstra, aequiperare út queam Véreor* cogitatione addendum esse *ea* intelligitur, et eiusdem poetae apud Gellium XIV, c. 1 versu

Nám si, quae eventúra sunt, provídeant, aequiperént Ioui

valde probabiliter correctum est *aequiperem*. Sed esto, intransitivam vim tueatur Pacuvius: at ita in Trinummi versu illud saltem non tacendum fuerat, quae tandem h. e. cuius fides nulli comparanda esset, scribendum igitur *tua* pro *suum*, externa probabilitate mediocri. Verum ne sic quidem vel in Plautinum loquendi morem illud convenit, ut nulli homini comparanda esse Calliclis fides dicatur pro eo quod est 'nullius hominis fidei', vel in legitimam cogitandi rationem hoc, ut, cuius praedicare fidem velimus, nullius comparandam esse fidei dicamus potius quam nullius fidem cum illa comparandam. Hac igitur me caussae moverunt ut confidenter sic repararem Plautinam elegantiam:

Quoi*us* fides fidelitasque amicum erga aequiperet *tuam*. Nullam autem fidem habet v. 1153 a Nonio prodita constructio *dignus salutis*, exemplo in tot milibus prorsus singulari. Natum illud inde quod, cum verus ordo *salute dignus: immo* casu turbatus in *dignus salute: immo* transisset, tollendus esse hiatus videbatur. Quanquam ei scriptori qui nimiam omnino fidem habeas, quem demirere etiam *hoc aetate* e v. 1090 afferre ut masculini generis exemplum: quam ego scripturam e comparata *hoc aetatis* constructione ortam puto. — Vno verbo tangam falsas *idem* pronominis constructiones, revocata *item* particula emendatas v. 54. 1163. 1179. — Postremo aliquid expromam et exquisitius nec in meam laudem valens. Nam quae in vulgus sola cognita est particularum *sive (seu)* — *sive (seu)* coniunctio, comparanda ea graecis εἴτε — εἴτε particulis, eam sero intellexi in eandem partem variari atque εἰ — εἴτε est a Graecis dictum. Plana exstant, ut in his

nunc acquiescam*), optimorum librorum testimonia Curculionis I, 1, 4:

Si media nox est *siue*st prima uespera:

optimorum cum Ambrosiano Stichi III, 1, 18:

Ere, *si* ego taceam *siue* loquar, scio scire te,

nisi quod pro *siue* praestat *seu* scribere cum Palatinis. Quibus quidem exemplis iam praesidium paratum est eiusdem libri in Trinummi versu 183 memoriae SI — SEU, quam cum tribuerem librarii incuriae, immerito neglexi. Suscepto autem *si* pro *siue* cum in illo versu, qualem conformandum duxi, una syllaba desideretur, durior autem pro Plautina

---

*) Non huc pertinere Pseuduli I, 5, 129 apparet, ubi per sententiam ne licuit quidem *seu* pro *si* substituere. Eadem ratio Pseud. IV, 6, 9. Merc. II, 2, 40: neque enim in sponsione *siue siue*, sed *si siue* locum habent. Sed eiusdem scenae v. 35 oblitteratum vulgo loquendi genus ex *ABC* sic revocamus:

Si cánum seú istuc rútilumst siue atrúmst, amo:

ubi *rutilumst* pro *rutilum* *A* servavit, correptum autem ante vocalem *seu* nescio an non sit sollicitandum. Alioqui licebat *si* substituere: quas enim hoc genus varietates admittat, docere Amphitruonis versus IV, 3, 15 sq. possunt, sic nisi fallor restituendi:

Siue ancillam, *siue* seruom, *si* úxorem, *si* ádulterum,
Si patrem, *si* auóm uidebo, eum óbtruncabo in aédibus:

ubi *fe adulterum* ipse *B* tenet. Vtor hac occasione, ut etiam de prologi versibus illis 69 sqq. breviter meam sententiam significem. Quorum constructionem sic inter se distinctis enuntiatorum membris planam facimus:

Nam si qui ambissint pálmam hic histriónibus: —
Si quoiquam artifici seú per scriptas litteras
Seu qui ipse ambissit seú per internuntium:
Siue ádeo aediles pérfidiose quoi duint: —
Sirémpse legem iússit esse Iúppiter.

simplicitate haec sit verborum collocatio *Haec si sunt recte, seu peruorse facta sunt:* non magis autem tolerabilis enuntiationum nullo vinculo nexarum hiatus, si servato, quem libri prodidere, verborum *Haec sunt si (seu) recte* ordine hos sese versus excipere statueris *Haec sunt, si recte seu peruorse facta sunt: Ego me fecisse confiteor* —: haec igitur omnia cum ita sint, consequens esse video ut a Lomano sumpto pronomine relativo et rationi et concinnitati sic demum satisfiat:

Haec sunt, si recte seu peruorse facta sunt,
Quae ego me fecisse confiteor, Megaronides.

Tantum de his. Ad eum autem locum grammaticae, qui est de analogia, haec pertinent quae infra posui. Primum omnium *tis* genitivus pro *tui* praeclaro Ambrosiani testimonio servatus v. 343. Qua forma etsi non dubito quin multo saepius poeta usus sit, tamen coniectura eam revocare vix unquam licebit, quoniam, si a paucis exemplis ut Milit. IV, 2, 42 recesseris, ad metrum nihil interest *tis* legatur an *tui,* quod ipsum et bisyllabum esse et monosyllabum potest. — De masculini generis nominibus dubitari solet, *ae* genitivi in *aï* distractionem num pariter atque feminina admittant. Litem dirimit talium evidentia qualia sunt v. 359 *Charmidai filio,* v. 1183 *Calliclai filia,* quo vel vestigia librorum ducunt: nam aut CHARMIDI aut CHARMIDE est in *A*, *callicli* in *BCD*. Quibus in praesens unum tantum exemplum addam ex Epidici versibus II, 2, 59 sqq. turbatissimis vulgo, sic autem Ambrosiani codicis auxilio reconcinnandis:

'Quám facile et quam fórtunate ílli euenit, óbsecro,
Múlieri quam líberare uólt amator: quísnam is est'?
'Inquit altera ílli. ibi illa nóminat Strathíppoclem
Périphanai fílium. — Hercle périi: quid ego ex te aúdio.

Vbi similiter PFRIFANI scriptum in *A*. — Ad eadem masculina nomina spectat quod v. 928 non dubitavi *Rhadamam* accusativum probare: quam formam et ratio, quae in eo genere universo regnat, tuetur et nisi fallor Charisii auctoritas firmat. Nam cum *Calchae* genitivum Plautinumque ablativum *Calcha* et similia cum illo Priscianus VI, p. 702 et Probus Putschii p. 1467 testentur, quid tandem esse dicamus quod his dissimillima forma, et quae veteris atque antiquae latinitatis speciem domesticam minime habeat, *Calchan* miscetur Charisii l. I, p. 50 his verbis: 'Inueniuntur tamen quaedam peregrina quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas Pallas Atlas Gigas: faciunt enim Calchantis Pallantis [Atlantis] Gigantis: quamuis antiqui ut Pacuuius et Plautus *Calchan* dicant, non Calchantem'. Apage declinationem a Pacuviani Plautinique sermonis indole non minus quam graecanica *Pythagoran Aenean* alienam, uniusque lineolae accessione confidenter repone *Calcham*. — Denique vocativum talium nominum, quale est *Charmides*, negavi ad v. 617 in *e* exire apud Plautum. Cuius sententiae caussam habeo locupletissimam, quod exempla non exstant illius declinationis, sed constantissimo praeter u n u m illum versum usu *Charmides Callicles Megaronides Lysiteles Philolaches Apoecides Pleusides Stratophanes Strathippocles* (nam interaspirationem *A* expressit), et si quae sunt similia, etiam pro vocativis sunt. Oppones

frequentatum in Milite glorioso *Periplectomene*, idque adeo iuxta posito *Pleusides* III, 1, 16:

Euocabo: heus Periplectomene et Pleusides, progredimini.

At ea ipsa societas augere suspicionem et monere de naevo debebat. Non magis enim a nominativo in *es* terminato factum *Periplectomene* quam *Eutyche* in Mercatore, quod ab *Eutychus* ducitur. At vero *Periplectomenus* ratione caret. Caret vero: quaerendum igitur quod congruat rationi. Recte autem se habere duo sola possunt, aut a *περιπληττόμενος* factum *Periplettomenus* aut a *περιπλεκόμενος* *Periplecomenus*. Non ambiges opinor, utrum ad ipsam indolem lepidi senis esse aptius dicas. Ratiocinationem autem nostram una ex parte planissime confirmat codicum auctoritas, qui non tantum in quinque scenarum inscriptionibus, sed etiam in eo loco fabulae (III, 2, 56), in quo nominativus *Periplectomenes* inde ab aliquot saeculis vulgatur, ipsam *us* terminationem testentur. Sed eosdem sane alterum vitium omnes insidet: nisi quod perdubio indicio veri semel *peripletomene* scriptum est in *CD* II, 2, 15. Dispares tamen his omnibus *Lache Chreme* formae: de quibus, quoniam id ad Plautum nihil pertinet, nunc non dicam. — Supersunt alia de quibus non inutile fuerit olim dedita opera disserere, ut controversum illud *hisce* v. 877: vel non controversae et tamen a Ladewigio nuper addubitatae formae *peruenam*, *conuenat* (v. 582 reposita): vel *fac* et *face* formarum (quibus praetermissum vulgo *ger* e Catulli XXVII, 2 addendum) mutua ratio v. 174. 1008: vel pro *ipsum ipsa* posita *eumpse eapse* v. 800. 950. 974 alibi: vel *honos* pro *honor* v. 663. 697: unum est autem

quiddam, quod iam nunc cupiam non ignorari a grammaticis. Nam cum frequens sit in antiquo sermone genitivorum in *um* exeuntium usus, quos ex *orum* contractos dicunt, ut *celatum* v. 241, *nummum* 954. 966. 970, *nummum aureum* 1139, *nummum Philippum* 959: tum in his quaedam sunt, quae a Plauto quidem nunquam non contracta forma dicta sint. Non *Philipporum* tantum vel *Philippeorum* inauditum: sed si quid video ipsum *nummorum*. Quae forma cum v. 848 in *nummum* mutanda fuerit iubente post receptum ex *A quia* metri necessitate, unum solum restat quod trisyllabum genitivum tueatur exemplum v. 152: *Nemost: nummorum Philippeum ad tria milia.* Numquid igitur dubitabis parvula immissa syllaba hoc quoque velut sic de medio tollere:

Nemo híc est: Nummum Phílippeum ad tria mília —?
Contractio autem illa cum non sit masculini generis finibus circumscripta, sed rarioribus exemplis etiam ad femininum pertinens: quemadmodum unum ipsi libri suppeditant *drachumarum Olympicum* v. 425, ita sine libris alterum accessit v. 1052 *duum rerum:* quod ut pro *duarum* substitueretur flagitabat reposito *coepias* mutata versus ratio, suadebant autem *duum* formae pro *duorum* positae exempla cum e Naevio et Frontone a Charisio p. 101 sq. excitata tum apud ipsum Plautum Men. III, 3, 18 exstans *duum nummum.* — Possum his alia addere: quintae declinationis genitivum *e* pro *ei*, secundae *i* pro *ii*, accusativum tertiae *is* pro *es:* nisi haec pervulgata sint. Itaque tribus verbis dicam, quam in his viam tenuerim. Et in *ii* quidem terminatos genitivos ut *ingenii* nihil quicquam praesidii habere tantum tironum

caūssa moneo, quanquam video etiam provectiores aetate tirones esse. — *Fide, die* etiam contra libros scripsi, ubicunque bisyllaba forma metrum opus habet: absurdum est enim, quorum vocabulorum commodas metro formas ipsa lingua finxisset, eorundem metro incommodas praelatas a poetis credere et per inutiles alicuius licentiae ambages eo perventum esse quo posset recta via perveniri: absurdum synizesi in binas syllabas contracta *fidei, sciebam* (ut v. 657) tueri, cum *fide, scibam* formarum vis et ratio non sit alia nisi ut vitae usu probatam bisyllabam pronuntiationem imitando ipsa scriptura assequeretur. Quae quidem ratiocinatio in alias quoque partes artis Plautinae patet latissime, velut in *nil, mi, nec, sat, ditiis* pro *nihil, mihi, neque, satis, diuitiis* (v. 682. 829.). Et *fide* pro *fidei B* servavit v. 117. Vnum *rei* non sum ausus *re* scribere e. g. v. 119, ut cuius scripturae testimonium non reppererim: et possunt in uno monosyllabae vocis exemplo aliud ipsi veteres probasse. — Nec e librorum potius memoria, quae propter caussam capite I. significatam dici nequit quam sibi non constet in hoc genere, quam e rationis probabilitate pendere volui in accusativorum scriptura *aedis hostis ciuis auris mensis artis omnis pluris uenalis:* sed ut non magis quam accusativos *aedes omnes,* probarem in libris reperta *uersus melioris facit* v. 707, vel nominativos *plerique omnis* 29, *omnis mortalis* 212. — Postremo quoniam praevideo fore qui de *d* illo 'paragogico', in quod infestius nuper Hermannus consuluit praef. in Bacch. p. VII in ipsaque fabulae huius διορθώσει, iudicium meum sciscitentur: etsi hanc rem quasdam habere cautiones puto, quas alibi

aperiam, tamen generatim definiri hoc potest ut exploratissimum, in Plautinam artem ex antiquitatis consuetudine sola *med* et *ted* pronomina transisse nullo ablativi accusativique discrimine, alius vocis eodem incremento auctae nullius vel fidem vel vestigium esse, ne gemella quidem *sed* forma excepta. Quam rationem unice veram rectissime idem ille Hermannus per totum Elementorum librum tenebat. In Trinummo addendi *d* caussam non inveni practer *ted* v. 311: quocum cf. annot. v. 582. 613. Sed his sentio me iam ad proximum caput avocari.

CAPVT IX.

Peculiari enim capite visum est genus omne orthographicum paucis complecti. Quod cum valde lubricam tractationem in omnibus, tum magis lubricam in tam antiquo scriptore habet. Ac veram Plautinae aetatis scribendi consuetudinem qui ratiocinando indagatam Plautinis comoediis nunc obtrudere instituat, verendum sit ne non multum absimile Homero Payniano monstrum editurus sit. Quanquam vidimus qui velut his tanquam Musarum deliciis venereisque amoenitatibus legentium oculis blandirentur:

Floorem acglaabant Leiberei exs carchesieis.
Egoo puerom indam ancilai lactentem meai.
Tum autem lasceiuom Neereei seimom pecus.

Sed his missis Saliorum cruditatibus horridulaque senatusconsultorum solennitate columnarumve robigine id potius agamus ut, qualem aliquanto politior aetas Plautum legisse videatur, quoad eius fieri possit recuperemus. Neque enim

dubitandum quin ea aetate, qua criticae recensionis h. e. legitimae ἐκδόσεως certo consilio susceptae et ad artis rationes paratae beneficio posterorum commodis consultum est (quam ego aetatem non minore quam duorum saeculorum intervallo ab ipsius morte poetae discretam suspicor), etiam scribendorum vocabulorum antiquitas partim iam evanida fuerit in Plautinis exemplaribus, partim ad recentioris consuetudinis normam dedita opera sit deflexa. Quanquam vel sic quaedam sane ipsius vetustatis vestigia sive casu relinqui sive servari consilio potuerunt: quo fortasse *exolatum* illud pertinet pro *exulatum* (ut *consol* antique pro *consul*) in Ambrosiano repertum Trin. v. 535, praesertim cum etiam Mercatoris III, 4, 6 *exsolatum* in *B* sit. Verum etiam Tiberiana Neronianave aetate probata grammaticis scribendi ratio nemo nescit quam sit difficile, qualis tandem fuerit, certo definire, cum illa ne in antiquissimos quidem codices nostros ita propagata sit, hi ut non e posteriorum contagione saeculorum novicia multa traxerint. Hinc trium aetatum successiones, nostrorum testium memoria mixtarum, quantum fieri possit discernere iubemur. Velut, ut exemplis utar, cum primae aetatis fuissent *aruorsum oiniuorsei sequontor obiciont ploirumos poplicai claseis* formae, mediae fuerunt *aduorsum, uniuorsei* vel *uniuorsi, sequontur* vel *secuntur* vel etiam *sequntur, obiciunt, plurumus, puplicae* vel *publicae, classeis* vel *classis*, tertiae sunt *aduersum uniuersi sequuntur obiiciunt plurimus publicae classes.* Has tamen aetates propriasque earum formas cur non liceat sat certis inter se finibus discriminare, tria potissimum in caussa sunt: primum, quod et pronuntiandi et scribendi ratio non

repente, sed paullatim immutata est ipsaque vitae consuetudine non potuerunt non eodem tempore diversae vocabulorum formae sui vicariae tamdiu in usu esse, quamdiu non prorsus abolita antiquiore sola regnaret recentior; alterum, quod discrepans de multis ipsorum doctrina grammaticorum fuit, quorum studio ad certiores leges et aliquam aequabilitatem hoc genus omne revocatum est; tertium, quod fontium, a quibus ratiocinatio nostra omnis proficiscatur oportet, a librariorum socordia et incredibili inconstantia tam dubia condicio est, ut saepe non habeas ubi pedem figas. Nisi quod illud affirmare confidenter licet, praepostero iudicio in hac caussa universa orationis Milonianae editorem Guilelmum Freundium usum esse: qui e noviciarum formarum etiam in antiquis codicibus frequentia quam e priscarum sive item frequentia sive paucitate argumentari maluerit, hac autem via eo pervenerit, ut antiquas formas non esse antiquas, sed novas, novas autem esse antiquas sibi persuaderet: nam aliis vereor ut persuaserit. Ceterum quo vehementius de longe plurimis fluctuant codices, eo maiorem esse fidem eorum apparet, de quibus aut nunquam aut rarissimis exemplis eidem libri dissentiunt.

Haec igitur cum ita esse intellexissem, bipertitam esse meam in hoc genere operam omnem volui: ita quidem ut alia ad certae normae constantiam, qualem fere prabasse antiquiorum diligentia grammaticorum videretur, vel praeter librorum auctoritatem redigerem, servatis tamen si quae etiam vetustioris aetatis vestigia resedisse suspicarer: in aliis inconstantiam scribendi sciens probarem, sive codicum me fidei mancipans, quos ipsius antiquitatis inconstantiam

non haberent qui expedirent librarii: cui quidem suspicioni et metrum saepe repugnat et *surrupio* praesens adversatur. Itaque hoc haud scio an ex prava, sed eadem vitae usu probata consuetudine suae aetatis Plautus susceperit, ut alia quaedam non minus memorabilia. — Praeter haec *u* tenui pro *e* in *agundae quaerundum conueniundus repetundi* v. 366. 646. 1122. 1133: *u* pro *o* in *elutum* v. 406, in *Acheruntem* 494. 525, et in *epistula* semper; *u* pro *au* in *frudaui* v. 413, de qualibus in Parergis dictum I, p. 541: denique *u* pro *y* in *Suri* v. 542. 546, *Illurica* 852. Et Plautum quidem nec *sycophanta* nec *Lysiteles* nec *Olympicum* nec *myropolae* scripsisse locupletibus testibus credendum est, sed pro *y* aut *u* posuisse aut *i*: nobis tamen in hoc caute agendum, quibus incompertum num forte, quorum assequi exemplum studemus, veteres iam critici usitatam sua aetate litteram in Plautum dedita opera intulerint, ut qua hunc ipsum usurum fuisse, si in promptu habuisset, haud sane inepte ratiocinari possent. Quanquam et *Suria* sane et *Musia* Donatus in Hecyr. I, 2, 8 testatur, et *Suria Suracusae sumbola sucophanta* Cornutus apud Cassiodorum de orthogr. p. 2286. Libris tamen quod in hoc quidem genere non nimium tribuimus quamvis *lifitelef* et *olimpicum* et *miropolae* scriptura ad aliquam speciem antiquitatis accedentibus, non culpabit factum, qui *i* pro *y* ipsius medii aevi tam esse proprium quam *e* pro *ae* cogitaverit. — Contra pro *u* littera *oe* servandum fuit ut e vetustiore consuetudine repetitum in *moenia* v. 687, et *inmoene* quod v. 24 soli Palatini prodidere, similiter atque alicubi memini *impoene* scribi: ad quorum tamen exemplum

haudquaquam vel *munus* alibi vel v. 350. 354 ipsum *immunis* conformanda duximus.

Vt reliquas vocales absolvam, et *cena* et *paenitet* (quemadmodum alibi *faenus*) ut scriberem, Ambrosiani me auctoritas movit, quoniam in his, quae *e ae oe* litterarum discrimine vertuntur, quo recentiores sunt, eo fidei minus codices habent. Sed prorsus novicia affirmandi particula *nae* est, quam constantissimo testimonio antiqui libri *ne* fuisse consentiunt. Vnde factum ut ea forma cum *ni* permutaretur v. 433. — Nec antiquitas vel *aequiparare* vel *intelligere* et *negligere* formas novit, sed in his *e* vocalem probavit solam. Eam autem *e* vocalem cum in plurimis vocibus vel antiquiorem vel plebeio rusticove sermone usitatiorem fuisse quam *i* litteram sciamus: etsi a Plauto et *cepet nauebos* et *magester Menerua* abhorrent, tamen notabili exemplo relictum est *semul*, quod tam saepe optimis in libris redit*), ut plenam fidem habeat: quo accedit quod in praestantissimo illo monumento, quod Musei nostri philol. t. v. p. 70 editum est, exstat SEMOL scriptum. Vt

---

*) In utroque Palatino *ſemul* scriptum est Bacch. IV, 1, 4. 5. IV, 2, 9. Men. II, 3, 54. Merc. IV, 1, 23. IV, 4, 48. Rud. III, 4, 55: in *B* Cist. IV, 2, 104. Men. V, 9, 15: in *C* solo Merc. II, 1, 31: in solo adeo *F* Men. IV, 2, 99. Mil. IV, 8, 8. Pseud. III, 2, 69. 74. 75. IV, 3, 17. Cui scripturae etiam plus fidei hinc accedit, quod aliquoties in *B* a prima manu *ſemel* fuit, secunda demum in *ſemul* mutatum, ut Bacch. IV, 2, 9. Men. II, 3, 54. Non correctum *ſemel* idem tenuit Aul. IV, 8, 2, ubi *ſemul* Hildyardi codices servarunt. — Ceterum mirum est nulla antiquioris *e* litterae vestigia Plautinos libros in *protenus protenam* servasse, qualia habes apud Nonium.

hac sese successione illius vocis formae exceperint: *semol semul simul.* Quo minus falli videmur cum mediae formae memoriam etiam a Mario Victorino p. 2457 servatam esse existimamus: 'simul, non semul': sine mora enim hoc pro corrupto *semel* restituendum. — E ceteris paullo memorabilius est v. 17 in *A* I scriptum pro *ii:* geminatum enim i in pronomine non maiorem fidem habet quam in *dii diis*, quo quibus aut *di dis* ut *i is*, aut *dei deis* ut *ei* (625) *eis* veteres probarunt. — Postremo EI pro *i* scripturae in quibusdam fabulis, ut Menaechmis et Mercatore, Ambrosianus potissimum est plenissimus: in Trinummo manifestum huiusmodi nihil, sed tamen e spatiis litterarum a nobis indagatum ARTEIS v. 236, fortasse etiam HEIS v. 411, e non ambiguis corruptelarum vestigiis *summeis* v. 1087. Qualia curandum putavi ut religiose servarentur.

Aspirationem cum libris addidimus *holitor* voci v. 408, praeter libros non addidimus in *hostium* v. 525. 608, dempsimus *erus* nomini, cuius nunc recepta *herus* scriptura fide antiquitatis prorsus caret. Vltra orthographici autem generis fines consolita in *hem, em, en* scribendi discrepantia evagatur: de qua operae pretium fuerit alio tempore agere explicatius.

Progredimur ad consonantes. Et in exitu quidem vocabulorum cum satis constet ipsius usum antiquitatis vehementer fluctuasse inter *t* et *d* litteras eademque inconstantia etiam Plautinos libros occupet: nos eam inconstantiam non sumus in singulis vocibus, sed in genere universo imitati. Etenim *set, aput, haut* ac praeterea *illut* et *alia* voces, ne memoria eius rei omnis aboleretur, *t* littera ter-

minavimus: idem ne in *id* et *quid* faceremus, *quod* pronominis propinquitas dissuadebat, cuius *quot* scriptura non minus molesta legentibus futura erat quam *at* pro *ad*. Quanquam horum nihil est quod non exempla habeat, eoque illa firmiora, quo saepius insolentioris scripturae vestigia in solis corruptelis delitescunt, velut *attria* v. 152, *hauriat* 803, *at ferre* 814, *at uocato* 1161: coll. 868. 887. QUIT habes in *A* v. 95. 198. 349. 847, item QUITQUE 854, IT in aliis fabulis aliquoties, in *B* v. 699 (*itagif*): rarius reliquis QUOT est, puto quod in hoc ambiguitatem ipsi veteres defugerent. Ceterum non desunt, quae in contrariam partem valeant, ut QUID pro *quit* v. 504, omnium autem frequentissimum, sed unius codicis proprium *adque*, quod mirum est propemodum constanter sic scriptum in solo Decurtato exstare. Corruptelis autem etiam *haut* scriptura non raro proditur, velut cum pro eo *aut* positum est v. 362. 721. Sed novum est quod duabus *haut* et *haud* formis tertia *hau* accessit, suscepta a me ex Ambrosiano v. 233 (*hau liquet*) et 462 (*hau bonumst*), in eodemque codice aliis in fabulis tam saepe exstans, ut de calami lapsu cogitari nequeat. Accedit quod in uno quod sciam monumento apud Gruterum p. 769, apud Orellium n. 4848, planissime scriptum est HEIC EST SEPVLCRVM HAV PVLCRVM PVLCRAI FEMINAE: ubi a se tacito nimirum emendatae scripturae *haud* hanc paratam esse defensionem Meyerus voluit Anthol. lat. n. 1276: '*haud*] *hau* Gruterus'. Opportune autem accidit, quod illius formae prope intermortuam memoriam licet grammaticorum auctoritate munire quantumvis ea nunc obscurata. Neque enim sana esse haec, quibus

de *haud* particula praecipitur, Marii Victorini verba possunt, quae e p. 17 Gaisf. paullulo quam apud Putschium p. 2462 correctiora infra scripsi: '*Haud* adverbium est negandi et significat idem quod apud Graecos *οὐ*: sed ab antiquis cum adspiratione, ut alia quoque verba, dictum [est] et adiecta *d* littera, quam plerisque verbis adiiciebant. *d* tamen litteram conservat, si sequens verbum incipiat a vocali ut *haud aliter muros* et *haud equidem*. at cum verbum a consonanti incipit, *d* perdit ut *haut dudum* et *haut multum* et *haut placitura refert*, et inducit *t*.' Si, quam ingenitam non habuit, *d* litteram ascivit demum *haud* particula et tollendi hiatus caussa conservat, consequens est profecto ut, ubi nihil hiet, non mutet adventicium incrementum cum adventicio incremento alio, sed abiiciat potius et pristinam indolem induat. Quid multa? non de *haud* vel *haut* scriptura grammaticus praecepit, sed de *haud* et *hau*, quam cum non concoquerent librarii, corrigendo sibi notius intulerunt. Inducenda sunt *et inducit t* verba, quae assuta esse ipsa collocatio docet, cum saltem *d perdit et inducit t* coniungenda fuissent. Ab initio fortasse aut ipsum *Hau* pro *Haud* reponendum, aut post *οὐ* addendum *et fuit au*. Reliqua, quibus summa disputationis continetur, sic si quid video scribenda: 'at cum verbum a consonanti incipit, *d* perdit ut *hau dubiam* et *hau multa* et *hau placitura refer*.' Nam ut huc tandem deveniam, quod longe gravissimum est et ponderis plurimum Victorini memoriae addens, manasse haec omnia e germana doctorum grammaticorum arte et disciplina manifesto exempla docent, quae ad crisin Vergilianam spectant omnia: quando ad Vergilium simil-

limo se studio latini grammatici toti applicaverunt quo ad Homerum graeci. *Haud aliter* [*Rutulo*] *muros* habes Aen. IX, 65: *haud equidem* cum Georg. I, 415 tum quater in Aeneide: *haud placitura refer* (ut nunc vulgatam formam teneam) Aen. XII, 76: *haud multum* apud Vergilium non magis exstat quam *haud dudum*, sed *haud multa* Aen. III, 610. XII, 506, *haud dubiam* ib. II, 359: nam Plautinum *haud dudum* exemplum e Persae IV, 3, 28 Vergilianis disputationibus mixtum esse parum credibile. Quorum exemplorum nullo *hau* formam vel veterrimi libri mss. servarunt. Sed apud Plautum profecto, sicubi servant, non esse a nobis oblitterandam intelligitur: ubi tamen, etsi nunquam ante vocalem *hau*, at saepe sive *haud* sive *haut* ante consonantem in Ambrosiano scriptum esse non est mirum. Nunc autem licebit etiam de Charisii obscuriore testimonio rectius quam adhuc factum est iudicare, cuius haec sunt post brevem de *sed* particula disputationem verba lib. I, p. 87: '*Haud* similiter *d* littera terminatur: $\overline{au}$ enim graeca uox *d* littera termina[ri apud antiquos] coepit, quibus mos erat *d* litt[eram omnibus] paene uocibus uocali littera finitis adiungere, ut *quo ted hoc noctis* [*dicam pro*]*ficisci foras*. sed et per *t* scribi sonus uocis admittit.' Nihil in illis nisi ut videtur hoc mutandum: '*hau* enim, graeca uox *οὐ*, *d* littera t. a. a. c.' Postremo his, ut est in proverbio, colophonem addat Phocas de aspiratione p. 1724: 'omnia quae *au* diphthongum in prima syllaba habebunt, dasian respuerunt ut *audax*. designatum est *haud:* unde *hauscio* compositum simplicis habebit scripturam'. Fluxit hoc quoque e genuino fonte antiquae doctrinae, nisi quod non ex *haud*

et *scio*, sed ex hoc et *hau* componi *hauscio* fugiebat grammaticum. Sed de tali composito haudquaquam eum somniasse, documento est Palatinorum in Mostellariae versu III, 2, 96 scriptura *haufcio* (cui recentiore manu superscriptum *t*) in *B*, *haufclo* in *C*. Ceterum etiam *haufecuf* Poenuli IV, 2, 13 *B* servavit.

Molliorem cum duriore sono mutavi etiam in *puplicus*, id ubi libri offerrent, ut v. 286. 1057, quo versu mirum in *B pullicif* scribi ut bis ptaeterea v. 1044. 1046. — Pro *c* e libris suscipiendum *g* duxi in *gurgulio* v. 1016. In servando *t* pro *c*, ut in *nuntius pretium negotium*, Palatinis multum praestat Ambrosiani diligentia: in *condicio* consentire omnes solent. — Geminatam consonantem cum *A* probavi in *comessum* v. 406 (cui congruum est alibi in eodem scriptum ESSURIO), simplicem cum omnibus in *causa paulo*, et quod constans in hoc librorum fides solum tuetur, *ilico* pro reiectaneo *illico*. Quo pertinet in aliis fabulis frequentatum *uilicus*. De *immo*, *quattuor*, *Iuppiter*, *mille* et *milia*, *annus* et *anulus* (v. 789) in vulgus constat. Vitiosissima est *hicce huncce* scriptura, de qua non indigna explicatu alibi promam: amplius enim res spatium poscit. — Elegantioris aetatis consuetudine extritas litteras servavi in *quincto* v. 524 cum *A*; cum eodem in disparis rationis forma *nanctus* v. 63, cui conferenda ibidem proditum *corrumptor* v. 240, in vitiis autem scripturae latens *corrumptum* v. 114. 116. — Iunctum *m* litterae *p* sonum quantopere veteres adamarint, non *sumpsi sumptum* tantum arguunt, quae sine *p* scribere velle perversum foret, sed etiam, in quibus non necessarium *p*, crassiora

dampnum v. 219. 314. 585, *contempnit* v. 323, atque adeo *antempnas* v. 837. Quae si qui non e vulgari pronuntiandi consuetudine ipsius antiquitatis relicta esse, sed codicibus inhaerescere e posteriorum saeculorum barbarie opinantur: qui tandem factum dicent ut, quo qui a barbarie propior codex est, eo illarum quidem asperitatum minus, eo autem plus teneat, quo ab illa est remotior et propius ad antiquitatem accedens? Nec de *temptare* forma post Bentleium in Phorm. III, 3, 19 hodie fere dubitatur. — Offensionis etiam plus habere *thensaurus* videbitur constantissimo codicum usu confirmatum: quod etsi facile est ratione esse destitutum intelligere, tamen demonstrare difficile fuerit non potuisse prava quadam Romanorum consuetudine prorsus increbescere, praesertim cum coniicere in promptu sit eo illos *totiens quotiens compluriens uiciens uicensimus* formarum similitudine ductos esse. De his enim si credimus codicibus, si de *surrupuisse*, si de *hau*, quod casu tantum factum est ut aliorum quoque vi testimoniorum comprobari potuerit: quid est cur communi consensui eorundem codicum non credamus de illo, quod contrario casu evenit ut alia auctoritate firmari non possit? Nec mirum in hoc potissimum vocabulo, ut cuius vera origo neminem fugere posset, insertam *n* litteram aliis displicuisse, velut Servio in Aen. I, 359, sive is ipse iudicavit sive veteres criticos secutus est. Ceterum etiam in *Megalensia Forensia Hortensia* extritum *n* constat, immissum in aliis plurimis quae Conradi Schneideri diligentia congessit p. 457 sqq. — Ab initio vocabulorum binas pro simplici consonantes non est dubitandum quin Plautina aetas constanter posuerit in

gnatus (vel fortasse CNATVS potius), etiam in *gnosco*, ut ex SC. de Bacanalibus apparet. Huius scripturae quid in Plauto proxima post Augustum tempora reliqui fecerint, satis certo definiri nequit: aliquanto plus fuisse quam Naekio visum est Opusc. phil. I, p. 187 sqq., talia ostendunt quale Philologi vol. I, p. 309 diximus *ignata* esse pro *innata*. Verum est tamen, propemodum constanter in substantivis *gnatus gnata g* servari. — Contra atque in his omnibus extrita littera *rusum* pro *rursum* antiquior aetas probavit cum similibus: nec praetermiserunt grammatici ut Priscianus I, p. 559, Velius Longus p. 2237. Hinc igitur est, quod v. 182 aut *redemi ruſſum* aut *redemir' ſum* est in libris mss., item *prosus* pro *prorsus* v. 730 in *B*. Et *rusum* quidem testem *B* habet etiam Merc. I, 1, 68 (ubi lusit poeta in *rus rusum*) et II, 2, 25, eodemque scripturae depravatio valet *tu ſum* Pers. V, 2, 9, *riſum* Curc. V, 2, 5: in solo *C* *rusum* repperi Mil. III, 1, 178. In eodem *prosus* habes Most. I, 3, 149, *prosum* Pers. IV, 3, 8, in *B proſſum* Cist. IV, 2, 32. Propinquum his *susum BD* servarunt Amph. III, 4, 25, quod in *ſuſ iam* transiit Cist. II, 3, 78. Ab hac igitur scribendi ratione profecti certissimam eandemque simplicissimam medicinam prope desperato multorumque coniecturis vexato versui 1130 adhibuimus:

Nam beneficium, homini proprium quod datur, *prosum perit*

pro eo quod est in libris *proſumpſerit*.

De aliis quibusdam dicam promiscue. Exquisitum est in *B* et ut videtur *A* v. 426 servatum *dehibuisti* pro *debuisti*, cuius alterum exemplum ignoro: comparandum

illud cum *praehibere*, quam Plautus formam solam novit: nam *praebere* in noviciis tantum libris exstat. — Respuit autem antiquitas vitiosam *nequidquam* formam, pro qua boni codices tantum non semper *nequiquam* tenent, ut v. 973: ut prorsus praeter morem bis in una fabula, v. 440. 565, pravae scripturae vestigia in illos irrepserint.

Certas autem cautiones quasdam interrogativa *ne* particula *) habet. Quam ratio quidem iubet plene ante vocales scribi, ut fit in elisione latina, velut *qualine amico, itane esse:* sine apostropho autem ut Graecorum πὰρ ποταμόν, ubi ante consonantem truncatur, velut *habeon paciam, men numquis,* ubi quidem nulli prorsus usui circuli adiectio *habeon' men'*. Verum tamen etiam in priore genere tam saepe in optimis libris ipsa *e* vocalis abiecta est, haec ut fidem faciant non abhorruisse eam scripturam a veterum doctrina grammaticorum. Servavimus igitur, sed necessario addita apostropho, cuius nulla unquam in libris significatio fit, velut *inconciliastin' eum* v. 136, *falson' an* 210, *tanton' in* 609, *ipson' istas* 902, *nouistin' hominem* 905: quibus exemplis omnibus *e* intercidisse librariorum in-

*) Ea particula dici nequit quoties librariorum incuria vel elapsa sit vel obscurata. Quam ex *A* revocavimus v. 350. 360. 378. 420. 515, coniectura additam recepimus v. 375. 635. 685. 957, tutati sumus v. 642. Quanquam etiam perperam in codicibus accessit ut v. 127, ubi *dedisti argentum?* non est interrogantis, qui quod nesciat sciscitetur, sed cum irrisione quaerentis. Dubitari potest de v. 946, num rectius ibi *non* quam *nonne* legatur, cuius alterum cum infinitivo exemplum Plautinum desidero. Recte sine *ne* interrogatur v. 318 *exprobras*, 605 *sine dote dabit*, 708 *tenes iam*, 912 *iam recommentatu's*, 982 *fassu's*, dispari autem ratione v. 941 *e caelo* ut videtur.

curia multo minus credibile est quam probatum esse hoc genus a criticis ad graeci exempli similitudinem. Rursum autem singularis ratio eorum est quae extrita *s* littera in *en*, *in* abbreviata sunt, ut *ualen auden audin abin*. Quae cur ante consonantem collocata, ut *ualen pater, audin tu*, apostropho augeantur, primum non sit plus caussae futurum quam in *habeon pactam:* at aliquanto adeo minus esse hinc perspicitur quod, si *ualen' audin'* scribatur, haec non possis non pro *ualene audine* dicta accipere, quae tamen formae nunquam fuere: nam una eademque mutatione plenae *ualesne audisne* voces et *s* et *e* amiserunt, nec magis *ualene* quam *ualesn* admiserunt. Hinc igitur consentaneum visum (quanquam talium nullam esse necessitatem largimur) sine apostropho etiam ante vocalem *uiden egestas* v. 847 scribi et *abin hinc* v. 457. Cui minime repugnat, quod eandem addidimus apostrophum in *potin' ut, satin' ego* v. 628. 759. 925. 1013. 1071, ubi id eadem, quae in illis dissuasit, ratio suadet: nam probae sunt et usitatae ipsae *satine potine* formae (v. 1177 coll. Mil. IV, 4, 41), quas linguam praeter *uidene abine* admisisse non est mirum, cum hoc intersit quod hic longa, brevis illic vocalis *s* litteram praecedit. Nam quod certa quadam licentia veteris prosodiae etiam *viden abin* (nunquam *auden, audin*) correpta vocali pronuntiata sunt, id ad primitivam naturam eius syllabae nihil pertinet. Igitur ut complectar de *ne* particula disputata, illud studui, ut quantum possem inutile apostrophi artificium a Plauto prorsus removerem: non ausus tamen expellere, ubi graeci moris affectatio etiam notam Graecis probatam requireret. Quae genera ne discernere quidem potuissem,

si in hoc vellem veteres criticos Vergilianos sequi, quos sane Aeneidis x, 668 (*tanton' me crimine dignum*) probasse apostrophum e Diomedis p. 430, Prisciani p. 1287, Donati p. 1742, Maximi Victorini p. 1944 testimoniis cognoscitur. Verum eisdem de talibus, quale est *tanton honore,* in Vergilio omnino decernendum non erat.

Nihil autem in Plautinis comoediis latius patet quam *est* et *es* vocularum aphaeresis, quam codicum in longe plurimis exemplis sive manifestus sive variis corruptelis obscuratus consensus postulabat ut constanter ipsa scriptura exprimeremus. Cuius usum recte iam Niebuhrius in conspectu orthographiae codicis Vaticani, unde Ciceronis de republica fragmenta prodierunt, vidit nullis constructionis finibus coerceri, ut non minus usitate *quaest una relicta* et *quae unast relicta* quam *quae una relictast* dicantur: ut v. 484 *cena hac annonast sine sacris hereditas.* Itaque nihil caussae erat cur v. 310 sine aphaeresi scriberemus *tu si animum uicisti potius quam animus te, est quod gaudeas,* vel v. 508 *Philto, est ager:* sed talibus quidem exemplis admovendam apostrophum duximus, cuius praeter haec tam supervacanea adiectio in *st* fuit quam prorsus necessaria in aphaeresi secundae personae *nactu's nacta's,* qualia sine aliqua nota plane non habeas qui a *nactus nactas* discernas. Illa igitur sic: *te, 'st* et *Philto*, *'st,* scripsi eo confidentius, quo magis dubitari potest, *relictast* scriptura, quam ego ut simpliciorem praetuli, an *relicta st* praestet omnino, quippe quo facile illud ducat, quod tam frequens in Palatinis libris est *ft* litterarum in *fi* depravatio, hoc ut saepius quam illud offerant: ut v. 158. 208. 227. 319. 338.

368. 378. 411. 422. 430. 439. 445. 451. 511. 525. 526. 533. 542. 563. 595. 596. 869. 932. 1010: quibus adde *fit fiet fim* corruptelas v. 141. 364. 529, *umst* syllabae in *ust* vel *us* conversionem vel huic contrariam aliasque miras saepe depravationes v. 112. 264. 368. 542. 600. 830. 1005. 1043. 1058. 1173: perperam autem positum *meust* pro *meus est* v. 1055. Sed sane personae mutatione accedente non potuit aphaeresis teneri v. 934: *in ponto.* SY. *est, non illa.* Satis autem ineptum esse apparet, quod quibusdam placuit *nactus's* atque *nactus'st* scribere putida diligentia. Ceterum et tertiae personae et secundae aphaeresis vocalium quidem finalium communis est omnium, sive eae breves sunt sive longae: in *s* terminata vocabula utrumque genus admittere hac condicione solent, ut eam consonantem quae praecedit vocalis brevis sit: ab iis quae in *m* exeunt, alterum genus prorsus exclusum est solaque tertiae personae aphaeresis ascita. Neque enim eo linguae usus progressus est ut, quod posset profecto, etiam *nisi quidem's obnoxius* v. 1063 probaret pro *quidem es*, quanquam et *quidemst* et *quamst* v. 575. 801 et *quomst* et similia quaelibet probavit. In vocalibus autem non erat cur vel *quoquest* v. 429 vel *uictuRaquest* v. 56 vel *ita's* v. 46 vel *hercle's* v. 973 vel *homo's* v. 447 vel *test* v. 196 vel *eost* v. 323 vel *sist* v. 946 vel *mist* v. 895 vel *mi's* v. 94. 635 vel *tu's* v. 454 defugerem, quorum si quae e libris nihil praesidii in hac fabula habent, at habent in aliis. Denique in eis, quae *s* consonanti finiuntur, brevium vocalium fines nunquam secundae personae aphaeresis excessit, sed substitit in *bonu's, simili's:* ultra progressa est tertiae, sed raris exemplis nec semper dubi-

tatione vacuis, ut *rest* admisso pro *res est.* Quo tamen religiosius talia servanda fuerunt quale est in *A* exstare visum v. 537 *ut ad incitast redactus:* nam etsi usitatius sane praedicato in fine enuntiati posito *est* adhaeret, tamen non raro etiam aliud placuit. Velut Ambrosiani auctoritate v. 563 firmatur *quid hic est locutus tecum* pro *quis hic locutust tecum* (ut *tempust adeundi* pro *tempus adeundist* v. 432); *si est molestum* librorum vestigia tuentur v. 946; *satin tu's sanus* ad codicum fidem *ſat intuſ ſanuſ* v. 454 propius profecto accedit quam, quod esse usitatum scio, *satin tu sanu's.* Ita v. 365 nihil interest, *multa ei opera opust* scribas an *multa ei operast opus,* quanquam hoc esse durius sensi; nec v. 329 non potuit *omne autem meumst tuum* dici, etsi a numerorum in priore versus parte elegantia praestat *omne meum autem tuumst.* — Coniunctum est autem hoc genus universum cum syntacticae rationis observatione, quae in emendatione Plauti maximi est momenti. Nam quo is sermone utitur ad vitae usum communem composito, ab eo et *est* et *es* verbi omissionem, cum a poetis tum a scriptoribus frequentatam, sciendum est omnino esse alienam nec nisi rarissimis condicionibus probatam. Et alterius quidem personae exempla negotium nusquam facessunt, ut quibus exigui circuli adiectione *es* ubique nulla opera restituatur. Neque enim audiendi, si qui cum Bothio, cui Donatus praeivit in Andr. III, 2, 16, velut haec defendant in hac fabula: *habeas ut nactus* pro *nactu's* v. 63, *tute obiurgandus* 96, *numquid me rogaturus* 198, *si . . . tu hinc abiturus* 714, *iam recommentatus* 912, *quod te accepisse fassus* 969, *post tu factus Charmides* 975,

ut charmidatus 977, *nunc is factus* 980, *fassus Charmidem dedisse* 982, *quia perpessus* 1165. Sed ne in tertia quidem persona maioris vel laboris vel audaciae erat toties alibi a librariis obscuratum *ust* vel *umst* revocare, ubi contra Plautinum morem *us* vel *um* vulgabatur. Id igitur ut ducibus libris et, quod auget corrigendi confidentiam, saepe non omnibus, sed optimis tantum *A* et *B*, factum est velut his locis: *habiturust* v. 206, *tempust* 432, *patientissumumst* 542, *licitumst* 566, *gestandust* 596, et ter continuo ordine *ignorandust, abdendust, abstinendust* v. 264 (quando ne in talibus quidem semel posito *est* satisfit consuetudini [1]): ita sine libris haud cunctanter *adulescentulust* restituendum erat v. 366, *natust* 575, *uictust* 706, nullo autem modo contra libros v. 1131 cum Bothio inferendum *quod datum utendum* pro *utendumst*. Quo in genere vel Hermannus quaedam in Bacchidibus corrigenda reliquit, ut v. 299 ubi *Theotimust* scribendum, et 587 ubi *magist*. Quid? quod etiam in responsis, ubi satis erat ipsum nomen, quod in interrogatione fuerat, iterari, tamen *est* accessit v. 1176 sq.: *LE. quis homo tam tumultuoso sonitu me exciuit foras? LY beneuolens tuus atque amicust.* Ad cuius exempli similitudinem v. 1070 scripsimus: *ST. quis est qui mentionem homo hominis fecit optumi? CH. ipsus homo optumust.* Idemque in ea responsa cadit quae fiunt *ita* particula: *itast* v. 197, *non itast* 649: ut verear ne etiam v. 375 *itast* pro simplici *ita* a poeta scriptum sit. Exempta esse pauca videntur, quibus ad rhetoricum genus accedatur, in

---

1) Cf. simile Mercatoris exemplum, quod p. LXXXV. annot. tractavi.

quo propriam sibi sedem omissio verbi habet. Nam v. 127. 429 in *factum* sine *est* posito libri sane consentiunt: quamvis a numeris nihil impediat quominus priore loco scribatur *factumst neque facti piget*, alter autem versus non minus eleganter his accentibus incedat:

Factúmst. — Vt quídem illut périerit. — Factum íd quoquest.

A mutatione tamen cohibebat dubitantem, quod et utroque loco in Calliclis atque Lesbonici contumaciam apprime convenire participii tanquam praefracta brevitas videri potest, et alibi quoque ipsum illud *factum* sine *est* dicitur, ut Bacch. II, 3, 61 *sapienter factum a uobis*. Sed v. 1036 *nequam quidem* non est pro *nequam id quidem est*, quod admisit Hermannus, sed accusativus est neutri generis, prorsus ad eorum similitudinem quae praecedunt *morem improbum*. Certas autem nullique dubitationi obnoxias exceptiones satis alioqui constans lex has habet: primum *nudiussextus* cum similibus, quae ne apud Plautum quidem *t* litteram in fine asciverunt; deinde usu frequentatas *mirum ni* et *mirum quin* locutiones, ut v. 495; tertiam *potis* vel *pote* vocem, quae hoc habuit singulare, ut non pro *potest* tantum vel *potis est* usurparetur, sed etiam pro aliis formis eius verbi, etiam pro infinitivo. Quod etsi nunc non vacat longius persequi, tamen ex ipsa Trinummo designandum est, quod Ambrosiani praestantiae debetur, v. 352 *quándoquidem nec tibi bene esse póte pati neque álteri:* ubi vitiosum erat quod vulgabatur *potes*, quoniam in composito verbo non magis, quam in simplici, *es* syllaba corripitur apud Plautum. Hoc igitur duce exemplo asperiorem proceleusmaticum ab initio

versus 730 *potest fieri* removi cum Bothio. Potueram elegantiae etiam illud tribuere, ut versus 80 principium sic expolirem: *Non potis utrumque fieri* (quanquam licebat etiam *Non potis est fieri utrumque* vel fortasse *Non potis utrumquest fieri*), nisi nimia exemplorum multitudine correptae *est* vocis offensio omnis tolleretur, ut v. 3 *adest en*, 354 *is est immunis*, 906 *quid est negoti:* qualium auctoritate ne ea quidem unquam sollicitavi, quae perfacile erat ad maiorem scilicet elegantiam transposita *est* vocula adducere, velut v. 630 *quod facillumumst*, 668 *ita amor est*, 697 *is honos est*, et praeter cetera *quid eist nomen* v. 906: quod ut uno tamen versu 249 reapse facerem, propria dimetrorum concinnitas et numerorum lenitas exigebat. Ceterum quod in *potis*, *pote*, idem in *potine*, *potin* cadit, sat saepe pro ipso *potin' est* posita. — Dixi de prima et secunda persona singularis numeri. In reliquis etsi aliquoties verbo finito caret praedicati cum subiecto copulatio, tamen ne hic quidem id saepe factum nec de more potius quam praeter morem. A commotione animi excusationem habet in cantico positum *ego expertus* v. 826, quod tamen sine *ego* ne intelligi quidem potuerat: omisso *sumus* cum quadam gravitate dictum v. 492 *nos homunculi salillum animae* (si incorrupta scriptura): addito *sunt* supplenda participiorum constructio *alii emortui* v. 535 et *trapezitae mille drachumarum redditae* 426, quae enumerantis sunt, praeterea in relativo enuntiato *qui nil meriti* v. 1049. Aliquoties legitur non apposito *sunt* verbo *futura* participium, ut Amphitr. v, 2, 3 *quae futura et quae facta, eloquar*, Bacch. III, 4, 12 *quae futura, fabulor*, vel adeo *sint* coniunctivo omisso

Aulul. III, 2, 18 *meam salua futura:* nunquam autem tam insolens collocandorum verborum artificium offendi quam Trinummi v. 209: *quae neque futura neque sunt, tamen illi sciunt.* Tolerarem loquendi genus tale: *neque quae futura, neque quae sunt:* sed ex uno relativo suspensa *neque futura neque sunt* aspernatur Plautini sermonis simplicitas. Quo accedit simplicitas cogitandi, qua ut praesentis ante futurum tempus mentio fiat suadetur. Quae cum ita essent, et Ambrosiano testimonio et Bentleiano iudicio relicto sic illum versum eiecto *tamen* (non eiecto *illi*) ad communem consuetudinem revocandum existimavi:

Quae néque sunt neque futúra sunt, illí sciunt.

Ceterum ne in infinitivi quidem constructionem ea de qua agimus lex sermonis non aliqua ex parte cadit. Non loquor de *futurum* pro *futurum esse* posito, quod propemodum in infinitivi naturam abiit (e. c. Capt. II, 3, 67. Cas. prol. 57. IV, 2, 9. Epid. V, 1, 19. Most. I, 3, 43. 68), nec de talium frequentia qualia sunt *factum probo, dictum oportuit,* de quorum ratione pueris constat: sed non Plautinum fuerat v. 1156 *filiam meam tibi desponsatam audio,* ubi *desponsam esse B* praebuit; nec magis Plautinum Bacchid. II, 2, 40 *ut hanc rem natam intellego,* quamvis a Bentleio olim in Ter. Adelph. III, 1, 8 et ab Hermanno nuper probatum, pro quo e librorum scriptura *ut hanc rem natam esse intellego* efficiendum erat *ut rem esse hanc natam intellego* (vel fortasse *ut rem hanc natam esse int.*): nam etiam hiulcus Casinae versus II, 5, 35:

Tibi et Chalino: ita rem natam intellego

ipso immisso *esse* redintegrandus est. — Nullo autem mo-

nitore opus est, ut non posse aliorum praeter ipsum praesens temporum formas cogitatione addi intelligas: quod quidem commemoro propter insertum ab Hermanno v. 822 *fuit.*

Sed abripi me passus sum longius. Superest enim ut de eo loco dicatur, quem omnium constat et impeditissimum esse et infructuosissimum: qui quidem assimilatione (ut breviter loquar) praepositionum cum verbis compositarum continetur. Itaque in horum varietate certis legibus regunda nec ego volui operam perdere, qui nihil in eo genere posse profici intelligerem, nisi ut aut horridioris antiquitatis, at antiquitatis tamen vestigia abolerentur aut inauditarum formarum effingendarum periculum subiretur. Nihil igitur miram saepe inconstantiam propagare veritus e veterrimis codicibus volui singulis in locis pendere. Vnum est tamen quiddam, quod nec praepositionum finibus coercetur et scribendi constantiam non admittit tantum sed etiam postulat: parili enim norma *sc* litterarum societatem libri Plautini in *suscensere* (v. 1164. 1166. 1174), *sescenti* (791), *sesquipede* (903) ita tuentur, ut abhorreant a *succensere sexcenti sexquipede* formis. His igitur missis ut ad ea pergam, in quibus varietas regnat, etsi *ecfodiam* v. 453 ex *A* recepi, non tamen alibi a libris suppeditata *effugere efficere* sollicitavi. *Inpulsu inmoene inrigua inprudentem inprobis inportunam* servavi v. 10. 24. 31. 61. 281. 399, *immunis immortalis impoti improbus* alibi. Item *conlocem conlaudant conligi conrigis conrepserit* v. 159. 292. 735. 791. 118. 424, *commerita commendare corrigere* (653) *corrumpere* alibi: nusquam tamen in Trinummo vel *conm*— vel *coll*— repertum memini. *Adgrediar adcurare adsidui*

adprime adposita adferet adfigi adlegatu adlicere libri praebuerunt v. 45. 78. 202. 373. 470. 788. 1040. 1142. 383, contraria saepe, etiam *astas aspiciam astiterunt* 85. 589. 625, nunquam tamen nisi fallor vel *affinis* vel *adcusare adcipere adcedere adcommodare adparere:* quanquam de singulis nunc non spondeo fidentius. Reliquum est ut saepissime in *B* potissimum servata esse *ap* et *op* adnotem ante *s* et *t* litteras: qualia non erat qui maiore iure quam illa ad unius normae constantiam revocarem. Non potui igitur etsi vellem oculis parcere, quibus non mediocri offensioni futura suspicor modo *obsequi* scriptum modo *opsequi* v. 230, modo *abstinere* modo *apstinere* 289, pariterque *apsente* 167. 617, *opsecrauisset* 176, *opseri* 531, *opsit* 588, *apscessero* 625. 710, *opscurasse* 667, *opsignatas* 788 sqq. Consequens fuit ut ne *aps* quidem praepositionem extimescerem v. 279. 421. alibi. Sed compositorum haec finibus coercui, non progressus ad *ap se, ap stirpe,* quanquam talia quoque saepissime in libris reperiuntur, verum tamen nunquam nisi in unum binis vocabulis contractis *apse* 79, *apstirpe* 217. Sed satis de his nugis.

CAPVT X.

Qua autem brevitate de locis grammaticis in superioribus capitibus dixi, ut et ipsam rem qualis esset exponerem, non moratus in aliorum disputationibus vel laudandis vel refutandis, et quorundam diligentiorem disceptationem in futurum tempus differrem: eadem nunc brevitate atque adeo maiore in metricis utar et, quod gravius est,

in prosodiacis persequendis. Ac metricae prosodiacaeque artis Plautinae universae quam et debeo lectoribus et dudum paravi iustam plenamque enarrationem, tum edam cum aliquot fabularum emendationem absolvero: a quo tanquam fundamento profectus molestissimis de singulorum locorum scriptura disputationibus supersedebo, sine quibus nunc illiusmodi nihil tractari queat. Itaque in praesentia et capita tantum rei perstringam et Trinummi potissimum finibus me continebo. Quodsi operam meam omnem eorum volo rudi inertiae oppositam esse qui, ut Hermanni verba mea faciam, devoratas cum omni squallore sacras membranas et procusos ab sese confragosos numeros sine cruditate concoquunt: eius rei quas rationes habeam, cum supra significavi capite VII, tum olim in epistula illa Mediolanensi explicavi, tum paullo uberius eis persecutus sum quibus et legere et versus scandere nescientem nescio quo successu nuper conatus sum legere et scandere docere in Museo nostro philologico. Et in librorum quidem mss. fide qui fidem omnem metrorum esse repositam volunt, eorum satis demirari cum ignavia coniunctam inconstantiam non possumus: qui quo tandem argumento illud defendent, quod non etiam senarios potuisse quinis vel septenis pedibus componi crediderunt (e. c. quinis v. 752 ipsius adeo Ambrosiani auctoritate)? vel molossum pro pyrrhichio poni et monosyllaba vocabula pro proceleusmaticis? vel ut ad aliud genus eadem ratiocinatio accommodetur, genitivum ablativumve poni pro nominativo? vel primam personam pro secunda tertiave? quando talium nihil est quod non apertissimis codicum testimoniis nitatur. Scilicet in ipso tan-

quam principio, quod meram barbariem prae se ferret, subsistere veriti in media via substiterunt et mediam barbariem exosculati sunt, non reputantes ad ipsum finem, qui non coniunctae cum mediocri barbarie mediocris elegantiae est sed consummatae artis, penetrasse quorum opera unquam quicquam vel in grammatica disciplina vel in metrica profectum sit. Non ignoro equidem, quot quantasque hoc genus omne et cautiones et dubitationes habeat, quod facilius sit praeceptorum severitate regere quam, quem libertati locum legum necessitas concesserit, indagare: in quo non raro diligentissima demum exemplorum pervestigatione subtilissimaque caussarum consideratione eo perveniatur ut, quod sit probabile, ratiocinando efficiamus. Atque in hoc ipso cum laudabili consilio Fleckeisenus, Kampmannus, Iulius Brixius (cuius tamen falsis aliquoties de Ambrosiano testimoniis nolo sponsor haberi) elaborarint, tum de Lindemanni opella, qua ille post pinguiorem Chr. Wasii, aliquanto autem consideratiorem C. L. Schneideri laborem de explicanda prosodia Plautina bene merere studuit, haudquaquam possum tam honorifice sentire quam fieri a quibusdam solet: tam miro illic temperamento in singulis paginis et falsa veris mixta video nulloque ordine diversissima genera temere confusa, et maxime incredibilia credendo modum omnem excedi intelligo, velut cum *autem* vocabulum pro pyrrhichio esse sibi persuasit prorsus eorum exemplo, quos nuper non multum abesse dixi quin mox *est* et *sollicitudinibus* vocabulorum mensuram exaequantes habituri simus. Ipse autem tantum abest ut praeiudicatae de perfecta quadam elegantia Plautina opinioni videar ni-

mium tribuisse, illud ut potius verear ne asperiora quaedam nimia patientia reliquisse dicar, quae futura aetas non magis quam a me nunc expulsa toleratura sit. In quibus sunt de quibus iam nunc incipiam mihi ipse suscensere: velut quod non severius consului de *senectuti* v. 398 pro *senectae*, cum ei, quod aliquam excusationem admittit, praestet quod ne egeat quidem excusatione, peritique poetae sit de duabus formis bonitate paribus eam deligere quae suapte natura metro sit accommodatior. Quanquam in hac parte eo me aequiores iudices experturum confido, quo incertior ipsorum finium illorum descriptio est, quos ultra citraque nequeat consistere rectum.

Et initium quidem habeo cur a neglecta vi positionis capiam. Qua in re Plautinis criticis maximae fraudi sive Terentii sive Bentleiani Terentii exemplum fuit. Non quaeram nunc utrum asperiores sibi quam Plautus numeros Terentius indulserit, an huius comoediae, ut studiosius etiam quam Plautinae et lectitatae et a grammaticis tractatae, maioris integritatis speciem mentiantur tantum, reapse adeo graviorem interpolationem passae sint: quod ut credam non leves me caussae movent: tantum exploratissimum habeo, eam correptionum multitudinem, quam in schediasmate suo aequo animo Bentleius tulit, a Plautina quidem arte esse alienissimam. Quanquam etiam apud Terentium quantilli negotii aut quantillae quaeso audaciae est, velut in prima Andriae scena duriora illa *et id gratum, sed hŏc mihi* sic removere:

Et grátum id fuisse aduórsum te habeo grátiam.
Set hóc molestumst: nám istaec commemorátio.

Vel in prima scena Adelphon graviorem etiam horum offensionem: *amăt dabitur a me argentum, studĕt par referre,* quis dubitabit hac emendatione tollere:

Amat: á me argentum dábitur, dum erit cómmodum.

Studét referre: praésens absensque ídem erit:

praesertim cum compererit in aliis libris esse *par pari referre,* in aliis *par referre,* unde, quomodo creverit interpolatio, tanquam in oculos incurrit. De qualibus iam olim monui, cum 'de emendatione fabularum Terentianarum' Vratislaviae a. CIↃIↃCCCXXXVIII. commentatus sum *). His au-

*) Ibi, ut hoc addam, ne a codicum quidem auctoritate fidem habere velut hos horridulos versiculos docui Adelph. prol. 4 et I, 1, 15:

Indício de se ipse *érit, uos* eritis iúdices.

Atque éx me hic natus nón est, set *ex fratre.* ís adeo:

quorum posteriore ad intolerabilem quattuor consonantium correptionem accedit vitiosa admisso in quintum pedem dactylo diremptio vocabulorum – ◡́ || ◡ ◡ –, multo illa magis insolens quam haec – ◡́ ◡ ◡ | – in Trinummi v. 651: *ut solitus es*, vel Adelph. I, 1, 4: *ea satius est.* Quare ipsis librorum vestigiis eisque ex parte prorsus manifestis, et antiquissimorum quidem optimorumque librorum, usus sum ad hanc speciem versuum illorum commendandam:

Indício de se ipse, ét uos eritis iúdices.

Atque éx me hic natus nón est, set fratre éx meo:

Dissímili is studiost iam índe ab adulescéntia.

Aliud exemplum idque non patientius relictae potius quam perperam illatae correptionis in extrema scena II, 1 exstat:

Sèt nemo *dabit: frústra* has egomet mécum rationés puto:

ubi non modo optime Bembinus codex *frustra égomet mécum has rationés puto*, sed Basilicanus quoque (de quo tacet Faernus) sine neglectae positionis vitio *égo mecum hás rationes députo.* Omnino autem vix ullam scenam esse fabularum Terentianarum puto, in qua non aliquid turbatum sit gravius, criticae artis medicinam etiam post Bentleii curas exspectans. Velut in eodem

tem plane gemellum exemplum, quod Trinummi v. 109 exstabat:

---

principio Adelphon (ut in eo nunc subsistam) quemadmodum I, 1, v. 30. 31 iam olim sic restitui:

Nam qui mentiri aut fállere insuerít patrem,
Fraudáre tanto mágis audebit céteros

(vel *Decipere* tanto ....): ita ne illa quidem esse sana concedo v. 11 sqq.:

ne aut ille álserit,
Aut úspiam ceciderit, aut praefrégerit
Aliquíd. uah, quemquamne hóminem in animo instítuere, aut
Paráre, quod sit cárius quam ipse ést sibi.

Qui versus quot quantisque incommodis laborent, longum est tanquam in transcursu hac annotatione persequi: intelliges autem, ubi hos comparaveris nostra emendatione ut potuimus in integrum restitutos:

Aut céciderit aliqua átque aliquid praefrégerit.
Vah, quémquamne hominem in ánimum instituere aút sibi
Paráre *e. q. s.*

Nullum enim frequentius in Terentio corruptelae genus, quam quod ex interpretamentis nascitur: ascriptum est autem *uspiam* ab eo, qui paullo ante (v. 3) a poeta positum *uspiam* meminisset. Eum autem ipsum locum simili interpolatione foedatum esse, qua alibi integri versus non pauci conficti sunt, facile specie fallentes, sed tamen indigni Terentio, nuper demum monui Musei philol. nostri t. VI. p. 446, ubi eiusmodi exempla quaedam composita habes. Nec illud concedendum, recte se habere Ad. I, 2, 2 sq.:

MI. Quid trístis es? DE. rogás me, ubi nobis Aéschinus
Siét, quid tristis égo sim? MI. dixin' hóc fore?

ubi in expedienda *ubi* particula interpretes frustra se torserunt. Quae si posset, quod voluerunt, significare: *cum nobis sit Aeschinus*, tamen hoc ipsum tam languidum foret ut nihil supra. Repone:

rogás me? ubi nobis Aéschin*ust*?
Scin iám, quid tristis égo sim?

Nam in Terentio quidem tam aperta plurimis locis est, quam in

Videtque ípse ad paupertátem protractum ésse se,

ecquis tutabitur in tanta corrigendi evidentia, quantam Ambrosiani Veterisque in Stichi versu 1, 3, 22 scriptura praestat? Vbi cum in *CD* legatur numeris nullis *Propter paupertatem hoc adeo nomen repperi*, elegantissimus ex *AB* hic versiculus prodit:

Proptér pauperiem hoc ádeo nomen répperi.

Concedo talia quoque apud Plautum reperiri, quale est *videt* ante consonantem correptum (quanquam horum quoque pars alium potius explicatum habet): nego reperiri in senariis iambicis septenariisque cum trochaicis tum iambicis, nego etiam in creticis et bacchiacis. Nam hoc teneri praeter cetera volo, nimis neglectum a plerisque: nihil in indaganda prosodia Plautina profici nisi diligentissime inter se distinctis metrorum generibus. Ab illorum enim, quae dixi, severa concinnitate dici nequit quantum distet cum anapaesticorum tum octonariorum omnium licentia: in quibus non pauca admissa sint a senariorum septenariorumque elegantia prorsus abhorrentia. Huic autem alteram cautionem quandam addendam video: ut ne, quod certis exemplis factum esse constet, ad totum genus aliquod calidius transferatur, qualis ratiocinatio saepe fallacissima futura sit, sed de singulis ut et quaeratur singillatim et speciatim decernatur. Accedit tertium idque subtilius: reputandum est

---

Plauto rara fuit, correctricis manus opera in refingendis resarciendisque versibus consumpta, eaque ex antiquiore aetate repetenda quam qua ipse Bembinus liber scriptus est: longius autem a Terentiana integritate Bembinus, quam a Plautina Ambrosianus abest.

enim ne ea quidem, quae quia aliquando facta sunt, posse fieri concedendum sit, inferenda esse liberalius et cupidius amplectenda, sed potius sublata elegantiam numerorum saepe mirifice augere: id quod ita esse, nisi qui non sunt ad criticam artem factitandam nati, non ignorant.

His igitur praemissis, quibus ipsum aditum munire disputationis meae volui, ut ordine progrediar, primum de eis correptionibus dicam, quae in mediis vocabulis fiunt. Atque omnium frequentissime cum constet vitae usu detritas *ille iste esse eccum* voculas corripi, quibus aliquanto rarius correptum *ipse* accedit (ut v. 901. 902, non 928): tamen his mirum quantum abutatur qui geminatas consonantes omnes admittere correptionem sibi persuadeat cum G. A. Beckero, diligentissimo homine, sed cuius ea de re perversissima opinio fuit Quaest. de com. Rom. fab. p. 14 sqq. Verum hoc ut confido nullum defensorem nacturum esse, ita ne multo minus quidem dissimilia veri vera sunt. Nihil externa specie propinquius *ille* pronomini quam *illico*, ut plerique scribunt, vel potius *ilico* forma: cuius tamen antepaenultima nunquam non producitur. Contrariam mensuram nec Epidici versus III, 1, 4 nec Militis IV, 2, 39 testatur, nec Trinummi 627, ubi non plus offensionis *sta ilico* habet, quam clisione coalescens *quoi imperes* v. 1061: tametsi ab *neu seu* particulis similem abhorrere elisionem concedendum est *). Nec illud mirum,

*) Non tamen haec potius caussa fuit, cur et v. 816 et v. 755 *ne* pro *neu* reponeremus, quam ipsius ratio sententiae. Quid autem eis exemplis faciendum sit, quae passa esse *seu* particulae elisio-

cum nihil cum *ille* pronomine commune habeat *ilico,* factum ex *in loco:* pro quo prorsus commenticiam *eloco* formam, miro acumine a Gulielmo Verisim. II, 13 excogitatam, non minus autem miro iudicio a Gronovio in Epidic. I, 1, 137 probatam, temere in ipsum Plautum Bothius intulit. — Vnum illud Beckero concedendum est, quanquam non ab hoc demum perspectum, geminatam *l* litteram in longioribus quibusdam vocabulis accedente vi accentus correptionem passam esse, ut in *simĭllumae,* cui simillimum *sátĕllites* Trin. v. 833, ubi transpositione eo minus opus est, quod illud est in cantici versu octonario: quo accedunt *supĕllé-ctile, éxpapĭlláto:* nam de *cauillator cauillatio* aliter statuetur infra. Sed ne haec quidem licentia ultra paucorum vocabulorum certa exempla evagatur: nec ullo modo licet illorum societate velut *libĕllus, pĕllis* comprehendere, ac ne *ullus* quidem vel *nullus.* Multo minus licet ab *ĕsse* proficisci ad *pŏsse, iŭssit, dedĭsse* defendenda, aut adeo de correptis *ff, mm, nn, pp, rr, tt* litteris cogitare (nisi quod et singularem et constantem rationem esse *Philĭppi* vel *Philĭppei* nominis constat): quamvis talium ferax Schneideri p. 736 sqq. doctrina evaserit, ut *ăttentus ărraboni ănnona ăffinis* formis probatis, deditaque adeo opera *sagĭtta* Kampmannus de reb. milit. Pl. p. 36 defenderit in eo versu (Pers. I, 1, 25), cui unius syllabae transpositione iusta mensura restituatur:

---

nem videantur, satis supra significatum est annot. p. LXXXV. Quo minus de *si* in *seu* mutando cogitabis Capt. I, 2, 5:

Sinito ambulare, si foris, si intus uolent.

Sagítta cor Cupído meum transfíxit. Iam serui híc amant:

quanquam facilius etiam et numeri et sermo sic procedant: *Sagítta mihi Cupído cor transfíxit.* Ergo igitur sine ulla dubitatione transponenda erant v. 385 *sét ădde ad istam.* Nec quicquam praesidii ex *ĕccum* habet vitiosa prosodia *ăccumbe ŏccasum*, vel v. 964 *quód ăccepisti*, in *quód tu accepsti* a nobis mutatum ipso Ambrosiano duce quem alibi *tu dixti* pro *dixisti* praestare p. LXIV. vidimus. Praeter cetera comparari posse cum *ĕccum* videtur correptum *in ŏccultó iacébis* v. 664 et *níhil ego in ŏcculto ágere soleo* v. 712, sed si quid video videtur tantum. Non quod tollenda esse exempla putem (quamvis facili negotio in illorum posteriore *ego* deleatur): sed quod, nisi mea me coniectura fallit, ipsam *oculius* formam simplici *c* littera et pronuntiatam et scriptam antiquitas probavit, quemadmodum in *aperire* et *operire* verbis, quae esse composita ipsa notionum oppositio doceat, item extrita est una littera. Quae coniectura primum Decurtati scriptura commendatur utroque Trinummi versu *oculto* exhibentis, multo autem certius eo firmatur, quod IN OQUOLTOD (eo enim valet lapidarii vitio positum DQUOLTOD) in SC. de Bacanalibus scriptum exstat, quod non posse ullo modo pro *occulto* esse, sed pro *oculto* tantum, nemo non concedit. Quam formam si e tenebris probabiliter eruimus, Captivorum quoque versui I, 1, 15 iusta mensura sic constabit:

In ocúlto, miseri víctitant succó suo,

tametsi aliquot versibus ante non licet *cóchleae in ocultó latent* pronuntiare, sed necessaria haec est et scriptio et

recitatio *cóchleae in ócculto.* — Ad similitudinem *ĕccum* correptionis prope accedere visum *ĕcquis* cum v. 870 a nobis sublatum est tum alibi tolletur ascita *ēcqui* forma. — Non magis correptum est *atque,* nisi in liberiore metro ut v. 824, Rud. I, 4, 8. — Nec propterea quod certissima sunt *ĭste* et *ĕst* (in quod iam supra incidit oratio p. CXII), eandem licentiam ad *dedĭsti* pertinuisse credendum erat Trinummi versibus 127. 129:

Dedistín' argentum? — Fáctum neque factí piget.
Dedistíne hoc pacto ei gládium qui se occíderet.

Horum enim posteriore cum *facto* sit in *A, pacto* in reliquis, plurimum probabilitatis habet e glossemate esse utrumque, simplici autem *hoc* pronomine, ut iam Bothius suspicatus est, poetam usum esse eadem ratione paullo exquisitiore, qua velut v. 783 dixit *hoc suspicionem ab adulescente amoueris.* E posteriore autem versu facillime irrepere in superiorem *ne* particula potuit, ubi ea minime opus esse p. CV. diximus. Nam, ne quis ipsum Plautum antestetur, sciendum est nullum exstare correptae *dedisti* vocis certum exemplum. Ac primum prorsus hinc segreganda sunt *dedĭ* et *dedĭsse,* quorum hoc nihili est, illud diversissimam rationem habet, neutrum ad defendendum *dedĭsti* plus valiturum sit quam correptum, si dis placet, *dédĭt quadráginta* Mostellariae III, 1, 115, qui versus sic corrigendus:

Set árraboni has mnás quadragintá dedit.

Et ut hac opportunitate etiam ad *dedĭsse* removendum utar, in Amphitruonis versibus II, 2, 129:

'Obsecro, etiamne hóc negabis, te aúream paterám mihi
Dédisse dono hodié, qua te illic dónatum esse díxeras:

de vitio monere vel hoc potest quod, cum *dono hodie* in *B* sit, *hodie dono D* exhibet, interpretamenti indicio hic quoque manifesto. Deleto *dono* scribe

'Obsecro, etiamne hóc negabis, aúream paterám mihi
Té dedisse hodié, qua te illi dónatum esse díxeras:

nisi quis praestare dixerit *Hódie te dedísse, qua illi té d. d.* Ad *dedisti* ut redeam, hoc qui tuetur media correpta dictum, quaerere licet cur non etiam producta prima syllaba positum esse libris credat Trucul. II, 6, 36: *mágnum dédistí decus?* Nam mutilum ab initio esse Curculionis II, 3, 66 ipsa ratio sermonum arguit, qui addito sive *ibi* sive *ego* sic inter se distinguendi sunt:

'Ibi 'dedistin tu árgentum' inquam. "Immo aput trapezitám situmst.'

Ergone unum salvum esse Menaechm. IV, 3, 18 exemplum credes:

Túte ultro ad me détulisti, dédisti eam donó mihi,

prorsus illud solitarium in plus triginta legitimae prosodiae exemplis Plautinis Terentianisque, ut taceam *perdidĭsti, credidĭsti* formas? An nobis potius credes, aut *dóno mihi dedísti eam* transponentibus, aut lenius etiam sic emendantibus:

Túte ultro ad me tétulisti et dedísti eam donó mihi:

prorsus ad eum modum quo etiam Bacch. III, 3, 78. IV, 7, 13 et IV, 9, 36 *tetuli* corruptum est in *detuli?*

Praeter eas voculas, a quibus exorsi sumus, e vitae usu communi fluxerunt etiam *inde unde intus inter nempe* et *omnis* vocabula correpta paenultima, quanquam multo rarius, usurpata: quibus praeter veritatem existimata

sunt *hercle ergo quippe*, alia accedere. *Hercle* corripi iam Bentleius in Eun. v, 8, 43 'cras' inquit 'credam': Trinummi v. 52 pravam pronuntiationem, v. 507 ipsam vocem Ambrosianus sustulit; v. 559 aut *hercle* ex insequenti aut ex praecedentibus *quidem* irrepsit; simili errore vitiosissimum proceleusmaticum *hercle ille quidem* v. 717 efficiunt; producto *hercle* recte procedit v. 58. Ad cetera exempla, quae in corruptis versibus sunt omnia, nunc exspatiari longum est. — Correptum *ergo* Trinummi v. 926 vitiabat ante certissimam Reizii transpositionem. Transponendo etiam Militis iv, 2, 17 succurrendum:

'Ego continuo uxórem hanc ducam. — Ergo hánc quid dubitas cólloqui?

Persae i, 1, 26 ex Ambrosiano sic restituendus:

Quíd ego faciam? dĕisne aduorser? quási Titani cum ĕis belligerem,
Quíbus sat esse nón queam?

Ex *ego* ortum *ergo* eiusdem fabulae ii, 2, 3: item Poen. iv, 2, 71, quem sic emendo viam monstrante Ambrosiano:

Fácile. — Face ego id fácile noscam ergo, út ille possit nóscere.

Stichi v, 4, 45 delendum *age,* ut e praegressis illatum. In graviore mendo cubat Men. ii, 3, 84. — De correpto *ŭnde* etsi dubitari nequit, tamen Trinummi quidem v. 218 e librorum memoria *unde quídquid* eodem iure, quo *unde quídque* alii, nos effecimus cum Scaligero *undé quid,* quod in illud non alio errore transiit quam quo in Ambrosiano QUISQUISQUAM pro *quisquam* scriptum est v. 519. — Cor-

reptum *intus* non esse sollicitandum intellexi v. 1001 *sét intus narrabó tibi Et hóc et alia:* ubi ipsa ratio sententiae et nativum genus loquendi inversum ordinem *set narrabo intus tibi* respuit, plane ut Militis III, 1, 18:

Sét uolo scire, eodém consilio, quód intus meditatí
sumus:

ubi ad loquendi consuetudinem et facilitatem sermonis valde dura est quam Acidalius collocationem verborum commendabat *quod meditati intus sumus.* Ergo ne de Casinae quidem versu III, 3, 24 dubitandum, quin recte libri, etiam *A,* talem exhibeant:

I tu átque arcesse illam: égo intus, quod factóst opus.

Sed Aulul. II, 8, 19 parum sapiunt profecto qui *et strépitus ést ĭntus* amplectuntur pro *et strépitust intus.* — Non minus certa exempla correptae *inter* praepositionis haec habeto Capt. III, 4, 84. Cas. V, 4 init.:

Núnc ego inter sacrúm saxumque stó nec quid faciám scio.

Núnc ego inter sacrúm saxumque súm nec quo fugiám scio:

quorum versuum invicem sese tutantium alter ex Ambrosiano demum prodiit, recte lectus ab Angelo Maio. Imperitissime in priore Bothius *Nunc ego sacrum inter saxumque:* nam brevem vocalem ante mutam cum liquida nunquam vel apud Plautum vel in veteri poesi Latinorum corripi tam est pro certo et explorato habendum, ut de hac quidem re verbum non amplius additurus

sim in his prolegomenis *). Satis igitur praesidii paratum est Trinummi 709 in principio versus positis *Quid tibi interpellátio:* quando somnia sunt de monosyllaba *t'bi* pronuntiatione. A praepositione autem non est mirum eandem correptionem ad *interim* particulam perrexisse, ut Curcul. IV, 1, 25. Stichi V, 4, 23:

Sét interim forés crepúere: línguae moderandúmst meae.

Sét interim, stratége noster, cúr hic cessat cántharus:

et ut videtur Mostellariae V, 1, 45:

'Ego interim hanc aram óccupabo e. q. s.,

quamvis ibi facili opera *ego* deleatur. Nam Persae II, 1, 5 pro *interim* recte nunc restitutum est *interea*, eiusdem autem scenae v. 7 eiecto *interim* sic scribendum duce Ambrosiano codice:

Quom tu íngenium fans átque infans nondum étiam
meum edidicísti.

Verum haudquaquam vis positionis adeo nihili habita est, ut etiam tres consonantes litterae in *ĭntro* corriperentur: id quod non magis factum est quam in *hercle*. Vna *et* vocula abiecta Aululariae III, 3, 3 reconcinnatur:

'Ite sane núnc iam intro omnés coqui et tibícinae;

lenissima transpositione sanatur Stichi IV, 1, 29:

Dĕos salutatum átque uxorem intró modo deuortór
domum;

commodissime procedit in senarii speciem ab editoribus mi-

*) Tenendum hoc erat in eorum potissimum versuum tractatione, in quibus casus obliqui *ager* vocis locum habent, ut 560. 652. 687. 700: item in emendando v. 725, ubi est *pharĕtram*. In *cŏchleam* paullo ante oratio incidit.

sere detruncatus septenarius Aulul. II, 8, 23:

Nímirum occidór, nisi ego intro huc própere propero cúrrere,

qui non dubito quin in iambicam scenam aliquo casu irrepserit ex trochaica II, 2, ubi suam sibi sedem post v. 65 vindicat. Non est autem magis mirum, vitiosum *intro*, quam, quod non esse vitiosum vidimus, correptum *inter*, saepe solis vel librariis vel editoribus deberi, non poetae. Amphitruonis IV, 3, 1 simplicissimum omnium fuerit *ista* inseruisse:

Vós ista inter vós partite: ego ábeo, mihi negótiumst.

Nihil quicquam molestiae Cistellariae I, 1, 53 creat, temere tentatus a Bothio:

Equidem hércle addam operam sédulo. set quíd tu intér istaec uérba:

nec plus offensionis habet Poen. I, 2, 53:

Túrbast nunc aput áram: an tibi uis ínter istas uorsárier

quibus versibus fuerunt qui satis inepte ad probandam *inter* mensuram uterentur, ineptius etiam in auxilium vocato Capt. III, 5, 19:

Inter uós permutauístis. Fateor ómnia,

ubi *permutastis* ne egebat quidem, quam habet, Veteris auctoritate. Sed Epidici II, 2, 55 sic scribendus, ex parte duce Ambrosiano:

Dŭae sic post me fábulari intér se: ego abscessí uolens,

non *inter sese*. Militis II, 2, 70 delirarunt qui de *ĭntĕrcludito* cogitarunt. Mercatoris III, 1, 38 etsi per se sine offensione est quod editur:

Et ĭntér nos coniuráuimus, ego cúm illo et ille mécum,

tamen si transponendos esse versus recte vidit Acidalius necesse est exulet ab initio *Et.* Pseuduli I, 5, 129 sq. qui vulgantur:

Si súmus compecti seú consilium unquam íniimus
De istac re aut si de ea re unquam inter nos con-
uenimus:

eorum alterum manifestum est e meris interpretamentis miserrime consutum esse: nam et numeri refragantur et lingua et sententia et vero versuum computatio deperditis Ambrosiani membranis comprehensorum. Nihil editores viderunt Stichi V, 4, 20:

Sét amica mea et túa dum comit, dúm se exornat,
nós uolo
Tamen ludere inter nos: strategum té facio huic
conuíuio:

ubi uno deleto *tamen*, quod e v. 13 invectum est praeter rationem sententiae, omnia expedieris. Postremo qui aliquem sensum concinnitatis habeat, non admittet opinor *nos inter aliás* Poen. V, 4, 22, sed lenissima transpositione metri legibus sic consulet:

Sicút nos hodie intér alias praestítimus pulcritúdine.

Brevius, si potuero, absolvam cetera, postquam satis ut puto uno exemplo patuit, quam longum sit in hoc genere singula exhaurire cum pulvisculo. Ac de *nempe* particula etsi et certa res est et crebra exempla, tamen Trinummus quidem non quattuor, quae videtur, sed unum tantum neglectae positionis exemplum praestat v. 427 *Nempe quás spopondi:* alterum v. 328, quod iam p. LXVI. tetigimus, cum Ambrosiano sustulimus: tertium v. 196 *némpe*

aput tést, cui quartum nostra coniectura accessit v. 61 *nempe enim*, non hanc potius habent quam aliam quandam licentiam, de qua suo loco dicetur. — Postremo de *ŏmnis* non est ullo modo dubitandum. Certum est in Trinummo exemplum v. 621, quem misere pessumdant qui aliter quam sic metiuntur:

Quoí tuam quom rém credideris, síne omni cura dórmias:

atque hanc ipsam collocationem verborum (pro *sine cura omni*) et Terentianum illud tuetur Andr. II, 3, 17 *Sine ŏmni periclo*, et ipse Plautus Aul. IV, 1, 20:

Núnc sine omni suspícione in ára hic adsidám sacra.

Accedunt non minus certa alia, partim e versuum principiis ut Rud. I, 1, 5. V, 1, 5:

Ita omnís de tecto déturbavit tégulas.

Ita omnés mortales, sí quid est malí lenoni, gaúdent:

partim e mediis versibus, ut Cist. V, 1. Mil. I, 1, 55. III, 1, 65:

Quíd hoc negotist, quód omnes homines fábulantur pér uiam.

Quid tíbi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt.

Lépidiorem ad omnís res nec qui amíco sit amicús magis,

nam haec unice vera scriptura. Atque haec de severioribus generibus metrorum sumpta sunt: quo minus mirandum in liberioribus *omnis* corripi Cist. I, 1, 6. Pers. V, 1, 8:

'Ita omnibus relíctis rebus míhi frequentem operám dedistis.

'Vnde ego omnis hilarós lubentis laétificantis fáciam ut fiant.

Hinc iam iudicari de dubiis potest: velut Poen. v, 2, 95 non satis esse caussae apparet cur sic transpositis verbis, *di omnes tibi dent*, fides librorum relinquatur:

Vndé sum oriundus. Dí dent tibi omnes quaé uelis.

Minus etiam caussae est cur Andriae iv, 2, 11 *tibi* cum Bentleio deleatur:

Per omnís tibi adiuró deos, nunquam ĕam me desertúrum.

Ipsius Trinummi v. 78 nunc intelligitur nec esse de monosyllabo *quia* cogitandum, quod nescio an recte nuper Hermannus negaverit unquam locum habere, nec duriuscule *Quia ómnis bŏnos bonásque* pronuntiandum, sed sic metiendum *Quia ŏmnís bonós*. Sed latius etiam vis patet demonstratae *ŏmnis* mensurae. Nam quae liberioribus sane metris concessa est *ium*, *io* syllabarum synizesis, ut anapaesticis Trin. 1115:

Hic homóst omnium hominum praécipuos

(ubi transponendorum *hominum omnium* nulla necessitas): eam etsi nihil profecto impediat quominus in octonarios Trinummi 236 et Hecyrae v, 4, 27 accommodemus:

'Omnium primum amóris artis, quemádmodum expediant, éloquar:

Omnia ómnes ubi resciscunt. hic quos fúerat par resciscere:

tamen legitimis septenariis Trinummi 933, Stichi iv, 1, 21 et Cistellariae ii, 1, 50

'Omnium primum in Póntum aduecti ad 'Arabiam terrám sumus:

'Omnium me exilem átque inanem fécit aegritúdinum:

'Et quidem hercle nisi pedatu tértio omnis efflixero:

non licebit ullo modo tribuere, nisi quidem unam *omnium* formam exceptam esse ex affinium societate praeter rationem contenderis. Ergo pro anapaesto *omnium* in posteriore Trinummi Stichique versu necessario, in priore Trinummi probabiliter habendum: pro pyrrhichio *omnis* in Cistellaria: pro tribracho *omnia* in Hecyra, nulla autem necessitate in Rud. IV, 4, 56 *'Omnia ego istaec fácile patior,* et Trin. 655 *'Omnia ego istaec quaé tu dixti*, ubi nihil vitii dactylus habet. Sed alienus ab his Amphitruonis V, 1, 39, omisso *tibi* corrigendus:

'Omnium primum 'Alcumena géminos peperit fílios.

Vt igitur paucis complectamur quae rimando singula nobis videmur effecisse: neglecta in media voce vis positionis et paucorum vocabulorum bisyllaborum certis exemplis continetur, et illorum ita comparatorum ut nec tres unquam corripiantur sed tantum binae consonantes, et harum altera, si a *st* et geminatis discesseris, soleat liquida esse, ut in *inde unde intus inter interim nempe omnis.* Sed his cave ne defendi talia putes qualia legebantur Trin. 27. 386. 724 *né me id ĭnuitet, túte cŏncílies, quí meo ero ăduórsus uénerit**), vel alibi *in-*

*) Nam nisi corripuisse *ăduorsus* credas, qui in hac acquieverunt scriptura, quam tandem scandendi rationem inierint plane nescias. Quanquam alia quaedam sunt in Trinummo, quae reapse nesciam quam mensuram habere editoribus visa sint. Velut qui v. 934 Camerarii scripturam *non illaec* propagarunt, utrum corripuisse *non* particulam an *ae* diphthongum credemus? Illo autem versu 724 etiamsi corripere *ădvorsus* liceret, nihilo tamen magis *meo ero* verba adeo delitescere pronuntiando possent: *quí meo ero aduórsus.* Non inepte igitur pronomen Bothius expungebat: quod tamen transpositis *spolia ibi* vocibus sic servandum duximus:

sedere, pro quo plus semel antiqua *cedere* forma revocanda, vel v. 507 *ĕtsi,* vel ut uno verbo dicam, a Schneidero p. 718 sqq. allata pleraque omnia, ut *cŏntinuo ĭncommodus profĕcto ăbduc ŏbtuli ŏptume sĕptumus ŏstendo ăbsurde ŏbsequi ŭsquam nĕglegens stŭltitia,* quorum non dicam fidem nullam esse, sed ne umbram quidem fidei *). Nisi

---

'Et capturum ibi spólia illúm qui méo ero aduorsus uénerit. Nam de accentu in ultima *illum* vocabuli noli quicquam vereri. Eundem accentum habes ab initio versus 3 *adest*, *én illaé sunt aédes*, v. 373 *scin tu illúm quo génere,* v. 995 *íbo ad illúm renúntiabo;* in fine versuum 433 *né ego istúm uelim*, 455 *nam illúm tibi*, 811 *quid illúm putas;* in mediis versibus 923 *qui istúm di perdant*, 928 *pol illúm reliqui*, 957 *ét ego illúm nossem.* Quos quidem versus commemoravi, ut exemplorum multitudine Bothianam doctrinam quandam everterem: is enim in talibus aliquo fulcro opus esse ratus saepiuscule (neque enim sibi constitit) *illaec*, *illunc*, *istunc* formas et tacito et nulla prorsus necessitate invexit. Ex omnibus tamen exemplis ad illius, a quo profecti sumus, versus similitudinem nullum propius quam v. 351 accedit:

Quód habes, né habeás, et illúc quod nón habes, habeás, malum.

Quem qui sic metiendum putarunt: *Quód habes ne hábeas, ét illuc quód nunc nón h. h. m.*, elidendo *ne* commiserunt quod vis et perspicuitas sententiae nullo modo patiebatur: atque omisso *nunc* nostrae mensurae praeclare Ambrosianus succurrit.

*) Omnium maxime in transversum prava opinio eos egit, quos alicubi probare *cōnsilium* memini: parum illos M. Tullii memores, quo teste et *insanus* et *infelix* et *consueuit* et *confecit* producta ab initio vocali pronuntiata sunt cum similibus omnibus (Orat. c. 48.) — In talium autem, qualia supra posui, defensoribus miror etiam sani ceteroqui iudicii virum Kampmannum esse, qui de reb. milit. Pl. p. 39 non modo *ĕrgo*, sed *ărgentum* et multo etiam rigidiore, nullo modo sibi eripi passus tanquam in sinu fovit.

quod unusquisque sua sponte intelligit correptum *peristromata* non magis regulae repugnare quam *Philĭppi.* Nec

---

Adeone igitur inauditum est tantillum turbatum esse in libris quantilli mutatione laevis fit e scabro versiculo Curc. v, 2, 15:

Quod ărgentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu uirginem —?

Vbi *Quód tu argentum, quás mihi tricas* Bothius reposuit rectissime. An ne illud quidem quicquam suspicionis moveat, quod Pseud ɪ, 5, 127 cum eadem correptione coniuncta est etiam *qui* vocis correptio:

Quĭ me ărgénto circumuórtant. Quis me audácior —,

reapse igitur, id quod supra ridebamus, in iambi locum molossus substitutus? Nimirum nunquam factum est alibi, ut a male sedulo *me* vel *te* adscriberetur quod non posuisset poeta. At enim etiam amphibrachus in trochaei locum cessit Pers. ɪɪ, 2, 13:

'Abi modo. Ego laudábis faxo. Sét hăs tabéllas, Paégnium:

nam ne hoc quidem nimium visum Kampmanno. Cui rursus illud repono: hoc si licet, licent omnia. Ad talia autem occalluisse, hocine vero est σοφίζεσθαι et φιλυρανδρίζεσθαι? Quasi vero non aliquoties *tabellae* et *tabulae* formarum permutatio Plautinos versus corruperit, hac autem ipsa duce ille quoque facillima opera sic emaculetur:

'Abi modo. Ego laudábis faxo. Sét tu has tabulas Paégnium:

coll. Curc. ɪv, 3, 13:

Qui hás tabellas óbsignatas áttulit. Quas tú mihi
Tábulas, quos luscós libertos, quós Summanos sómnias?

sic enim haec diu est cum emendavi. Postremo quid esse illud dicamus, quod neglectae positionis exemplum Kampmannus sibi visus est etiam Capt. ɪɪ, 2, 84 deprehendere, qui versus ab *Sét is priuátam* incipit (quasi si nos *siquidem is nón sit* e Trin. 973 notemus ut aliquid inusitati habens)? itemque ɪɪ, 3, 66 initio *'Id ŭt sciás Iouém supremum*, quod non est laudi potius in *'Id ut scias* mutasse, quam non mutasse opprobrio. — Haec autem sunt, si recte seu pervorse allata sunt, quibus neglectae positionis licentiam Plauto satis esse vindicatam ille censuit.

ego *quámŏbrem* mensuram concedo vel necessitatem habere vel defensionem admittere: quid est enim tandem cur vel ingratius esse vel minus conveniens rationi *quamóbrem* quam *quemádmodum* dicamus? quod nondum exstitit qui *quémadmodum* proferri iuberet. Certius etiam est barbara, nec vel Plautina vel latina esse tribus adeo litteris correptis *ĭmprobus ĭmprudens ăstare*, *égo ŏbtruncábo, quíd ĕxprobras* Trin. 318. Quo pertineat etiam *quemádmodum ĕxpédiant* v. 235, nisi id sit in octonario: quanquam vel sic dubito num non *exp* potius corripiatur quam in unam syllabam *modum* coalescat. Ceterum non obliviscor simplicem *x* litteram aliquoties vi positionis pariter exutam esse atque *z* in *trapezita:* velut Trin. 1052 *si mage exigere,* nisi ibi aliam quoque ob caussam transponere praestet *mage si exigere.* Non autem huc pertinent, sed ad aliud omnino genus licentiae prosodiacae, quae vulgo dicuntur correpta syllaba pronuntiari *uolŭptas uenŭstas senĕctus iuuĕntus enĭmuero magĭstratus minĭster fenĕstra:* nec magis *senĕctus* unquam quam *profĕcto* vel *ăctum* dictum est. His igitur hinc seclusis sola restant invicem sese tuentia *ferĕntarius* et *tabĕrnaculo* Trin. v. 4̆6. 726: quae quam gravem excusationem habeant, perspicies ubi nullum vocabulum, in quo quattuor syllabae continuae antispasticam mensuram aequent, vel in iambicos vel in trochaicos numeros nisi aegerrime intrare reputaveris. Eaque caussa est, cur etiam simillimum *sedĕntárius* vocabulum in principio senarii locum habeat Aul. III, 5, 39.

Tantum de correptione in mediis vocibus admissa: quam cum certis nec adeo paucis exemplis usus

comoediae probarit, contra quam maxime improbavit eam quae fit in **binarum vocum concursu.** In quo genere prorsus singularis est interrogativae *ne* particulae ratio, cuius ea natura fuit, ut abiecta *e* vocali nulla oriretur *n* litterae et insequentis consonantis positio: ut *ităn tandem, hăbĕn tu id aurum* v. 642. 964 et saepissime alibi. Vnde tamen perdubium est num progredi liceat ad postpositi alii consonanti *ne* correptionem defendendam, ut in *ĭdne, quŏdne* Pseud. I, 5, 27. Curc. V, 3, 27. Contra affirmari confidenter potest, praeter *ne* illud reliqua vitiosa esse tantum non omnia. Vitiosa igitur, a qualibus hoc ipsum caput exordiebamur, *postulăt se, consulĭt blandiloquentulus* v. 237 sq., etsi quaedam huiusmodi anapaesticorum potissimum liberior prosodia admisit (quale futurum sit etiam *subĭt sŭbsequitur* illud v. 1118, nisi ibi alias ob caussas aliud praestet:) vitiosa in senariis septenariisque *erĭt tuum*, quo mendo versum 388 ipse Ambrosianus liberavit, *erăt dicto* 503, *pigĕt parum* 661, *dedĭt mi ipse* 902: vitiosa denique etiam monosyllaborum, quorum natura brevis vocalis, ante consonantem correptio, nisi quod de paucis exemplis, praeter cetera autem de *hĭc* et *hŏc* formarum ante *qu* sonum (ad similitudinem *ĕccum* vocis) in principio versuum correptione non videtur dubitandum esse, ut *hĭc quoque hinc* in arsi v. 718 (ubi perfacile erat *hinc* delere), *pŏl hĭc quidem* extra arsim v. 851: nam de *hĭc quidem* v. 557. 875. 1030. 1055 haud scio an aliter statuendum sit. Atque hoc cur in his potissimum voculis fiat, spero me olim ita patefacturum, ut e singulari quadam condicione propriaque ratione *hic* pronominis repetendum esse intelli-

gatur. Sed et in medio versu cave *quid hŏc quod té rogo,* praesertim in illa distributione personarum, probatum esse v. 930 tibi persuadeas, et in ipso principio *Set hŏc me únum* placuisse, quod v. 394 deterior in hoc Palatinis Ambrosianus exhibet. Porro autem nihili esse versus 595 initio mirificum scilicet proceleusmaticum *Set ĭd si álienátur,* ipsa grammatica arguit, quae saltem *is,* non *id* flagitatura sit. A sententia reiectaneum v. 85 *Quod ĭn cúlmine* facit ut etiam confidentius *Quód ĭn manu* v. 914 reiiciamus. Non plus fidei correptum ante consonantem *et* habet: nisi quod in octonariis sane licuerit fortasse tolerare *ĕt grátis* v. 821, ubi tamen nobis alia ratio probata est. Denique ferri non potuit v. 482 *uérum quód ăd uentrem áttinet.* Vbi cum deleta praepositione non satisfiat loquendi usui Plauti, qui soli accusativo iunctum *attinere* verbum ignorat, a manu poetae visum est *quod uentrem attigit* prodiisse, cui explicando ascribi potuit quod vulgatur. Postremo bono esse stomacho oportet, qui sine molestia concoquant quod v. 792 libros dedecorat *íllŭm quem hábuit,* recte iam a Camerario in *eum q. h.* mutatum, in meram autem barbariem a Bothio corruptum, cuius commentum *quem habivit* sui simile nihil habet nisi alibi ab eodem commendatum *constituvi.* Quanquam fieri potest ut e glossemate sit *illum,* revocata autem quae exciderit syllaba sic versus redintegrandus:

Quem ante hábuit, perdidit: álium post fecít nouom.

Vel *Quem olim hábuit.*

CAPVT XI.

Tam angustis cancellis circumscriptam esse binarum consonantium in confiniis verborum correptionem vidimus, ut non possit non maximae mirationi magna correptionis frequentia esse in certis vocabulis, si communem opinionem sequimur, admissae. Exemplis, quid spectem, monstrabo e Trin. v. 61. 705. 958. 989: 794. 810. 1067: 336. 678. 953:

Nempe *énim* tu, credo, me inprudentem obrépseris.
Nón *enim* possum quin exclamem: euge eúge, Lysitelés, πάλιν.
'*Enim*uero ego nunc súcophantae súcophantarí uolo.
'Abin hinc ab oculís. SY. *enim*uero séro quoniam huc áduenis.
Aput pórtitores ĕas resignatás sibi.
Aput pórtitores ésse inspectas: dénique.
Tíbi permitto: illam álteram *aput* me, quód bonist, appónito.
Quí *quidem* nusquam pér uirtutem rém confregit, átque eget.
Né scintillam *quidem* relinques, génus qui congliscát tuum.
Quí *quidem* non nouísse possim, quícum aetatem exégerim.

Quibus dubitari potest num haec addenda sint e v. 196. 478. 557. 875. 1030. 1055:

Set quíd ais? quid nunc uírgo? nempe *aput* tést? Itast.
Verécundari néminem *aput* mensám decet.
Quin híc *quidem* cúpit illum áb se abalienárier.
Mĕum gnatum hic *quidem* Lésbonicum quaérit et amicúm suum.

Di ímmortales, básilica hic *quidem* fácinora inceptát loqui.
Méus est hic *quidem* Stásimus seruos. Nam égo talentum mútuom:

quando horum versuum primo *nĕmpe aput* potest pro anapaesto esse, altero bisyllabum esse *neminem,* id quod post Bentleium in Eun. III, 2, 7 et Hec. III, 1, 1 nemo ignorat, reliquis correptum esse *hic* ante *qu.* Sed nec ambigua sunt superiora illa, et pauca e consimilium per omnes fabulas multitudine. Ergone correpta esse *mt*, *mp*, *mv*, *tp*, *tm*, *mn*, *mr* putabimus? Profecto hoc si licuit, nihil non licebit, nec bellus proceleusmaticus *illum quem habuit* sollicitandus erit, nec operae pretium fuerit omnino ad aliquam artem condendorum versuum indagandam vel tantillum laboris conferre. At cur non sibi licitum veteres poetae putarunt eadem correptione velut in *uerŭm tacet* uti vel in *năm pol, tandĕm uirum, erĭt pater, habĕt me, autĕm necesse, uirŭm res?* Luce clarius est mehercule in ipsis vocabulis illis aliquid esse, unde caussa correptionis repetenda sit. Quod tamen non posse in finalium natura consonantium positum esse, cum dissimilitudo *m* et *t* litterarum docet, tum aliorum quorundam exemplorum comparatio persuadet, qua eo ducimur, ut socianda esse unoque genere comprehendenda intelligamus, quae nec ignota vulgo et ex parte ne dubitata quidem diversis tamen generibus tribuerunt. An quis non alias tantum consonantes finales quaslibet, verum etiam cum his coniunctas vocales, non illas breves ut in *enim apud quidem,* sed natura longas corripi potuisse sibi persuadebit? Corripi velut *fores* potuisse v. 868:

non licebit ullo modo tribuere, nisi quidem unam *omnium* formam exceptam esse ex affinium societate praeter rationem contenderis. Ergo pro anapaesto *omnium* in posteriore Trinummi Stichique versu necessario, in priore Trinummi probabiliter habendum: pro pyrrhichio *omnis* in Cistellaria: pro tribracho *omnia* in Hecyra, nulla autem necessitate in Rud. IV, 4, 56 *'Omnia ego istaec fácile patior,* et Trin. 655 *'Omnia ego istaec quaé tu dixti*, ubi nihil vitii dactylus habet. Sed alienus ab his Amphitruonis V, 1, 39, omisso *tibi* corrigendus:

'Omnium primum 'Alcumena géminos peperit fílios.

Vt igitur paucis complectamur quae rimando singula nobis videmur effecisse: neglecta in media voce vis positionis et paucorum vocabulorum bisyllaborum certis exemplis continetur, et illorum ita comparatorum ut nec tres unquam corripiantur sed tantum binae consonantes, et harum altera, si a *st* et geminatis discesseris, soleat liquida esse, ut in *inde unde intus inter interim nempe omnis.* Sed his cave ne defendi talia putes qualia legebantur Trin. 27. 386. 724 *né me id ĭnuitet, túte cŏncílies, qui meo ero ădvórsus uénerit**), vel alibi *in-*

*) Nam nisi corripuisse *ădvorsus* credas, qui in hac acquieverunt scriptura, quam tandem scandendi rationem inierint plane nesciam. Quanquam alia quaedam sunt in Trinummo, quae reapse nesciam quam mensuram habere editoribus visa sint. Velut qui v. 934 Camerarii scripturam *non illaec* propagarunt, utrum corripuisse *non* particulam an *ae* diphthongum credemus? Illo autem versu 724 etiamsi corripere *ădvorsus* liceret, nihilo tamen magis *meo ero* verba adeo delitescere pronuntiando possent: *qui meo ero advórsus.* Non inepte igitur pronomen Bothius expungebat: quod tamen transpositis *spolia ibi* vocibus sic servandum duximus:

cedere, pro quo plus semel antiqua *cedere* forma revocanda, vel v. 507 *ĕtsi,* vel ut uno verbo dicam, a Schneidero p. 718 sqq. allata pleraque omnia, ut *cŏntinuo ĭncommodus profĕcto ăbduc ŏbtuli ŏptume sĕptumus ŏstendo ăbsurde ŏbsequi ŭsquam nĕglegens stŭltitia,* quorum non dicam fidem nullam esse, sed ne umbram quidem fidei *). Nisi

---

'Et capturum ibi spólia illúm qui méo ero aduorsus uénerit. Nam de accentu in ultima *illum* vocabuli noli quicquam vereri. Eundem accentum habes ab initio versus 3 *adest*, *én illaé sunt aédes*, v. 373 *scín tu illúm quo génere,* v. 995 *ibo ad illúm renúntiabo;* in fine versuum 433 *né ego istúm uelim*, 455 *nam illúm tibi,* 811 *quid illúm putas;* in mediis versibus 923 *qui istúm di perdant*, 928 *pol illúm reliqui,* 957 *ét ego illúm nossem.* Quos quidem versus commemoravi, ut exemplorum multitudine Bothianam doctrinam quandam everterem: is enim in talibus aliquo fulcro opus esse ratus saepiuscule (neque enim sibi constitit) *illaec*, *illunc*, *istunc* formas et tacito et nulla prorsus necessitate invexit. Ex omnibus tamen exemplis ad illius, a quo profecti sumus, versus similitudinem nullum propius quam v. 351 accedit:

Quód habes, né habeás, et illúc quod nón habes, habeás, malum.

Quem qui sic metiendum putarunt: *Quód habes ne hábeas, ét illuc quód nunc nón h. h. m.*, elidendo *ne* commiserunt quod vis et perspicuitas sententiae nullo modo patiebatur: atque omisso *nunc* nostrae mensurae praeclare Ambrosianus succurrit.

*) Omnium maxime in transversum prava opinio eos egit, quos alicubi probare *cŏnsilium* memini: parum illos M. Tullii memores, quo teste et *insanus* et *infelix* et *consueuit* et *confecit* producta ab initio vocali pronuntiata sunt cum similibus omnibus (Orat. c. 48.) — In talium autem, qualia supra posui, defensoribus miror etiam sani ceteroqui iudicii virum Kampmannum esse, qui de reb. milit. Pl. p. 39 non modo *ĕrgo*, sed *ărgentum* et multo etiam rigidiora nullo modo sibi eripi passus tanquam in sinu fovit.

quod unusquisque sua sponte intelligit correptum *perĭstromata* non magis regulae repugnare quam *Philĭppi.* Nec

---

Adeone igitur inauditum est tantillum turbatum esse in libris quantilli mutatione laevis fit e scabro versiculo Curc. v, 2, 15:

Quod ărgentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu uirginem —?

Vbi *Quód tu argentum, quás mihi tricas* Bothius reposuit rectissime. An ne illud quidem quicquam suspicionis moveat, quod Pseud ı, 5, 127 cum eadem correptione coniuncta est etiam qui vocis correptio:

Quĭ me ărgénto circumuórtant. Quis me audácior —,

reapse igitur, id quod supra ridebamus, in iambi locum molossus substitutus? Nimirum nunquam factum est alibi, ut a male sedulo *me* vel *te* adscriberetur quod non posuisset poeta. At enim etiam amphibrachus in trochaei locum cessit Pers. ıı, 2, 13:

'Abi modo. Ego laudábis faxo. Sét hăs tabéllas, Paégnium:

nam ne hoc quidem nimium visum Kampmanno. Cui rursus illud repono: hoc si licet, licent omnia. Ad talia autem occalluisse, hocine vero est σοφίζεσθαι et φιλυραvδρίζεσθαι? Quasi vero non aliquoties *tabellae* et *tabulae* formarum permutatio Plautinos versus corruperit, hac autem ipsa duce ille quoque facillima opera sic emaculetur:

'Abi modo. Ego laudábis faxo. Sét tu has tabulas Paégnium:

coll. Curc. ıv, 3, 13:

Qui hás tabellas óbsignatas áttulit. Quas tú mihi
Tábulas, quos luscós libertos, quós Summanos sómnias?

sic enim haec diu est cum emendavi. Postremo quid esse illud dicamus, quod neglectae positionis exemplum Kampmannus sibi visus est etiam Capt. ıı, 2, 84 deprehendere, qui versus ab *Sét in priuátam* incipit (quasi si nos *siquidem is nón sit* e Trin. 978 notemus ut aliquid inusitati habens)? itemque ıı, 3, 66 initio '*Id ŭt sciás Iouém supremum*, quod non est laudi potius in '*Id ut scias* mutasse, quam non mutasse opprobrio. — Haec autem sunt, si recte seu pervorse allata sunt, quibus neglectae positionis licentiam Plauto satis esse vindicatam ille censuit.

ego *quámŏbrem* mensuram concedo vel necessitatem habere vel defensionem admittere: quid est enim tandem cur vel ingratius esse vel minus conveniens rationi *quamóbrem* quam *quemádmodum* dicamus? quod nondum exstitit qui *quémadmodum* proferri iuberet. Certius etiam est barbara, nec vel Plautina vel latina esse tribus adeo litteris correptis *ĭmprobus ĭmprudens ăstare, égo ŏbtruncábo, quid ĕxprobras* Trin. 318. Quo pertineat etiam *quemádmodum ĕxpédiant* v. 235, nisi id sit in octonario: quanquam vel sic dubito num non *exp* potius corripiatur quam in unam syllabam *modum* coalescat. Ceterum non obliviscor simplicem *x* litteram aliquoties vi positionis pariter exutam esse atque *z* in *trapezita:* velut Trin. 1052 *si mage exigere,* nisi ibi aliam quoque ob caussam transponere praestet *mage si exigere.* Non autem huc pertinent, sed ad aliud omnino genus licentiae prosodiacae, quae vulgo dicuntur correpta syllaba pronuntiari *uolŭptas uenŭstas senĕctus iuuĕntus enĭmuero magĭstratus minĭster fenĕstra:* nec magis *senĕctus* unquam quam *profĕcto* vel *ăctum* dictum est. His igitur hinc seclusis sola restant invicem sese tuentia *ferĕntarius* et *tabĕrnaculo* Trin. v. 456. 726: quae quam gravem excusationem habeant, perspicies ubi nullum vocabulum, in quo quattuor syllabae continuae antispasticam mensuram aequent, vel in iambicos vel in trochaicos numeros nisi aegerrime intrare reputaveris. Eaque caussa est, cur etiam simillimum *sedĕntárius* vocabulum in principio senarii locum habeat Aul. III, 5, 39.

Tantum de correptione in mediis vocibus admissa: quam cum certis nec adeo paucis exemplis usus

comoediae probarit, contra quam maxime improbavit eam quae fit in binarum vocum concursu. In quo genere prorsus singularis est interrogativae *ne* particulae ratio, cuius ea natura fuit, ut abiecta *e* vocali nulla oriretur *n* litterae et insequentis consonantis positio: ut *ităn tandem, hábĕn tu id aurum* v. 642. 964 et saepissime alibi. Vnde tamen perdubium est num progredi liceat ad postpositi alii consonanti *ne* correptionem defendendam, ut in *ĭdne, quŏdne* Pseud. I, 5, 27. Curc. V, 3, 27. Contra affirmari confidenter potest, praeter *ne* illud reliqua vitiosa esse tantum non omnia. Vitiosa igitur, a qualibus hoc ipsum caput exordiebamur, *postulăt se, consulĭt blandiloquentulus* v. 237 sq., etsi quaedam huiusmodi anapaesticorum potissimum liberior prosodia admisit (quale futurum sit etiam *subĭt súbsequitur* illud v. 1118, nisi ibi alias ob caussas aliud praestet:) vitiosa in senariis septenariisque *erĭt tuum*, quo mendo versum 388 ipse Ambrosianus liberavit, *erăt dicto* 503, *pigĕt parum* 661, *dedĭt mi ipse* 902: vitiosa denique etiam monosyllaborum, quorum natura brevis vocalis, ante consonantem correptio, nisi quod de paucis exemplis, praeter cetera autem de *hĭc* et *hŏc* formarum ante *qu* sonum (ad similitudinem *ĕccum* vocis) in principio versuum correptione non videtur dubitandum esse, ut *hĭc quoque hinc* in arsi v. 718 (ubi perfacile erat *hinc* delere), *pól hĭc quidem* extra arsim v. 851: nam de *hic quidem* v. 557. 875. 1030. 1055 haud scio an aliter statuendum sit. Atque hoc cur in his potissimum voculis fiat, spero me olim ita patefacturum, ut e singulari quadam condicione propriaque ratione *hic* pronominis repetendum esse intelli-

gatur. Sed et in medio versu cave *quid hŏc quod té rogo,* praesertim in illa distributione personarum, probatum esse v. 930 tibi persuadeas, et in ipso principio *Set hŏc me únum* placuisse, quod v. 394 deterior in hoc Palatinis Ambrosianus exhibet. Porro autem nihili esse versus 595 initio mirificum scilicet proceleusmaticum *Set ĭd si álienátur,* ipsa grammatica arguit, quae saltem *is,* non *id* flagitatura sit. A sententia reiectaneum v. 85 *Quod ĭn cúlmine* facit ut etiam confidentius *Quód ĭn manu* v. 914 reiiciamus. Non plus fidei correptum ante consonantem *et* habet: nisi quod in octonariis sane licuerit fortasse tolerare *ĕt grátis* v. 821, ubi tamen nobis alia ratio probata est. Denique ferri non potuit v. 482 *uérum quód ăd uentrem áttinet.* Vbi cum deleta praepositione non satisfiat loquendi usui Plauti, qui soli accusativo iunctum *attinere* verbum ignorat, a manu poetae visum est *quod uentrem attigit* prodiisse, cui explicando ascribi potuit quod vulgatur. Postremo bono esse stomacho oportet, qui sine molestia concoquant quod v. 792 libros dedecorat *ĭllŭm quem hábuit,* recte iam a Camerario in *eum q. h.* mutatum, in meram autem barbariem a Bothio corruptum, cuius commentum *quem habivit* sui simile nihil habet nisi alibi ab eodem commendatum *constituvi.* Quanquam fieri potest ut e glossemate sit *illum,* revocata autem quae exciderit syllaba sic versus redintegrandus:

Quem ante hábuit, perdidit: álium post fecít nouom.

Vel *Quem olim hábuit.*

CAPVT XI.

Tam augustis cancellis circumscriptam esse binarum consonantium in confiniis verborum correptionem vidimus, ut non possit non maximae mirationi magna correptionis frequentia esse in certis vocabulis, si communem opinionem sequimur, admissae. Exemplis, quid spectem, monstrabo e Trin. v. 61. 705. 958. 989: 794. 810. 1067: 336. 678. 953:

Nempe *énim* tu, credo, me íuprudentem obrépseris.
Nón *enim* possum quín exclamem: euge eúge, Lysiteléз, πάλιν.
'*Enim*uero ego nunc súcophantae súcophantarí uolo.
'Abin hinc ab oculís. SY. *enim*uero séro quoniam huc áduenis.
Aput pórtitores ĕas resignatás sibi.
Aput pórtitores ésse inspectas: dénique.
Tíbi permitto: illam álteram *aput* me, quód bonist, appónito.
Quí *quidem* nusquam pér uirtutem rém confregit, átque eget.
Né scintillam *quidem* relinques, génus qui congliscát tuum.
Quí *quidem* non nouísse possim, quícum aetatem exégerim.

Quibus dubitari potest num haec addenda sint e v. 196. 478. 557. 875. 1030. 1055:

Set quíd ais? quid nunc uírgo? nempe *aput* tést? Ita st.
Verécundari néminem *aput* mensám decet.
Quin híc *quidem* cúpit illum áb se abalienárier.
Mĕum gnatum hic *quidem* Lésbonicum quaérit et amícúm suum.

Di ímmortales, básilica hic *quidem* fácinora inceptát loqui.
Méus est hic *quidem* Stásimus seruos. Nam égo talentum mútuom:

quando horum versuum primo *nĕmpe aput* potest pro anapaesto esse, altero bisyllabum esse *neminem*, id quod post Bentleium in Eun. III, 2, 7 et Hec. III, 1, 1 nemo ignorat, reliquis correptum esse *hic* ante *qu*. Sed nec ambigua sunt superiora illa, et pauca e consimilium per omnes fabulas multitudine. Ergone correpta esse *mt*, *mp*, *mv*, *tp*, *tm*, *mn*, *mr* putabimus? Profecto hoc si licuit, nihil non licebit, nec bellus proceleusmaticus *illum quem habuit* sollicitandus erit, nec operae pretium fuerit omnino ad aliquam artem condendorum versuum indagandam vel tantillum laboris conferre. At cur non sibi licitum veteres poetae putarunt eadem correptione velut in *uerŭm tacet* uti vel in *năm pol, tandĕm uirum, erĭt pater, habĕt me, autĕm necesse, uirŭm res?* Luce clarius est mehercule in ipsis vocabulis illis aliquid esse, unde caussa correptionis repetenda sit. Quod tamen non posse in finalium natura consonantium positum esse, cum dissimilitudo *m* et *t* litterarum docet, tum aliorum quorundam exemplorum comparatio persuadet, qua eo ducimur, ut socianda esse unoque genere comprehendenda intelligamus, quae nec ignota vulgo et ex parte ne dubitata quidem diversis tamen generibus tribuerunt. An quis non alias tantum consonantes finales quaslibet, verum etiam cum his coniunctas vocales, non illas breves ut in *enim aput quidem*, sed natura longas corripi potuisse sibi persuadebit? Corripi velut *fores* potuisse v. 868:

Fórĕs pultabo. Ad nóstras aedis híc quidem habet
rectám uiam —?

Vel accusativum *manus* pluralemve nominativum Bacch. III, 3, 76. Milit. II, 3, 54:

Mánŭs ferat ad papíllas, nusquam á labris labra aúferat:

(sive transponere sic praestat:

'Ad papillas mánŭs ferat, labra á labris nusquam aúferat:)

Túm mihi súnt manŭs ínquinatae. Quídum? Quia
ludó luto —?

et horum primo cum pinguissimo quidem procceleusmatico? Tam autem mira natura hoc ipsum (ut in eo paullisper subsistam) *manus* nomen fuisse, ut ultimam syllabam, sive eam brevem sive longam, sive consonanti sive adeo vocali terminatam, susque deque habita ratione corripere liceret? quando et *manum* correptum habes Bacch. I, 1, 54. Pseud. III, 2, 71:

Mánŭm da et sequere. Ah mínume. Quid ita? . . . .
Manŭm sí protollet, páriter profertó manum:

et sine consonanti ablativum Trin. 288:

Tíbi uti caueas: quód manŭ nequeunt . . . .

Ecquis est autem quaeso, quem haec non illorum statim commonefaciant de quibus in vulgus constat: *bonus bonum malos mali bene male domum domi domo?* Quae quis tam pravo iudicio est ut correptis potius ultimis syllabis quam pronuntiando elisis primis dicta esse contendat? Inter illa autem et *manus* et *enim* et *tamen* et *senem* et *simul,* et si quae his sunt affinia, quid tandem discriminis intercedit vel quid potius propinquitatis non intercedit? Quorum unum, *tamen,* etsi scribendo quoque

in monosyllabam *tam* formam transiit *), id quod non factum est in reliquis, idemque unius syllabae mensuram sat saepe aequat, ut Trin. 260:

*) Quanquam in Plautinis libris, quod sciam, praeter compositum *tametsi* verbum nulla illius formae exempla supersunt. Multo autem minus Plauto tribuendum *tame* erat, ex ultimo antiquitatis recessu petitum Saliisque et Arvalibus una cum *cume* relinquendum. Omninoque nihil magis cavendum est quam ne casca vocabula formasve vocabulorum in Plautum cupidius inferas, a quibus illius sive aetas sive ars et usus abhorruerit. E quorum numero velut *quamde*, *indu* (cuius in uno *indaudire* verbo vestigium relictum: nam diversissima *d* littera *prodeo* et *antideo* et *antidit* et *antidhac* et *antidea* et *postidea* utuntur) et perperam a Reizio invectum *aliuta* sunt, vel *topper* et *antigerio*, vel *molas* genitivus et *hemonem* forma: quorum ille nihil unquam admisit. Ac recte hoc genus universum Ladewigius iudicavit in Zimmermanni Diurn. antiqu. a. 1842. p. 1067 sqq., merita severitate Bothii in illo intemperantiam et vix credibilia commenta castigans. Quodsi quaedam solitaria exstant testimoniorum fidem habentia, ut semel positum *noenum* pro *non*, semel *sirempse*, in his subsistendum, nec eis abutendum licentius. Quam autem multa, quae prisca sibi latinitas vindicat, iam Plautina aetate non potuerint non obsoleta esse, intelligi vel hoc argumento potest, quod multitudinem Plautinarum formarum ipsa Terentiana aetas repudiavit, vix viginti annorum intervallo a morte Plauti distans. Velut nec *med ted* formas nec distractum *malaï* genitivum Terentius novit, nec alia quae nunc persequi longum est, e. c. *simitu* pro *simul* dictum, quo decies Plautus usus: octo enim exemplis a Kampmanno compositis duo versus accedunt Most. III, 2, 104 et Stich. II, 2, 66, sic illi Ambrosiano duce conformandi:

Ego híc esse et ílli simítu hau potíui.

'Immo uenisse ĕum símitu aiébant ílli: ego húc citus.

Quanto autem aetatis intervallo a Terentio, tanto vel simili artis intervallo Plautus ab aequali epici generis poeta Ennio discretus est: et artis et aetatis a Lucretio, cuius sermo non est ullo modo

Amór amari dát tamen satís, quod sit aégre,

tamen ne hoc quidem ad simillimam *enim* vocis pronuntiationem comprobandam est adhibitum. Quid? quod ne usu recepta quidem monosyllaba scriptura alius vocis cuiusdam de vera ratione admonuit? Nam quid est quo a monosyllaba *bonas* vel *senem* forma *mnas* differat pro *minas* scribi solitum? Quodsi haec exempla omnia quaeris quid inter se commune habeant, facile eo pervenies, ut certis condicionibus regi hoc genus universum intelligas, quod binarum syllabarum (non binarum vocalium sese excipientium) in unam contractione continetur. Etenim et nomina sunt omnia vel particulae, non verba: et iambicam mensuram aequant omnia, vel quod eodem redit, pyrrhichiacam: et unam tantum inter binas vocales consonantem habent eamque tantum non semper liquidam. In talibus igitur vocibus bisyllabis eam fuisse vim litterae liquidae contendimus, ut aliquo modo extrita brevi quae praecederet vocali una tantum syllaba audiretur, id quod quadam nota singulari sic significamus *dǒmi, tǎmen.* Non hoc ullo modo contendimus, factum id esse in illiusmodi omnibus, sed potuisse fieri, acri autem exemplorum pervestigatione a nobis eruendum esse, in quibus factum sit reapse. Nam e perspecta lege Plautina criticae artis lex consectaria haec est ut, sicubi

---

cum Plautino temerius conferendus. Nec fere minus discrimen inter loquendi genus Plauti publicorumque monumentorum sollennem consuetudinem intercessisse non tantum ante mortem poetae factum SC. de Bacanalibus sed etiam posterioris aetatis leges et tabulae testatum faciunt.

suspectis numeris vel specie labanti metro defensio aut excusatio ab illius naturae vocabulo parata sit, non sit librorum scriptura temere sollicitanda. Itaque cum aliorum satis frequens sit monosyllaba pronuntiatio, tamen ne in illa quidem festinantius consulendum est, quae cum condicionibus supra explicatis satisfaciant, pauca habeant vel singula tantum exempla. Frequens est *fores* monosyllabum: unde non tantum *fŏras* formae Trin. v. 276 certum praesidium praesto est, praesertim cum praeter alia exempla in Sticho quoque IV, 2, 17 sit

Quíd forás? Foras hércle uero . . . .,

et in Poenulo V, 5, 4:

'Ipse abiít foras, mé reliquit . . . .:

sed nisi fallimur etiam *fŏrum* vocabulo: quod etsi nec alibi repperi nec in senariis septenariisque facile concesserim in unam syllabam contractum (nam Pseud. IV, 7, 132 tollendum *hac*), tamen a liberioribus cantici numeris non esse alienum putavi v. 261. Dubitationem non habet *decem mĭnas:* nec tamen ad *minas,* quod est a *minando,* unquam ea contractio traducta est, nec ad comparativum *minus.* Certis documentis constat de *sĭmul:* cuius similitudinem non memini nunc *semel* quoque sequi, quanquam id si in anapaesticis octonariisve offeratur neglecta vi positionis usurpatum, non sim dubitaturus adhibita potius monosyllaba pronuntiatione defendere. Ceterum quod identidem monui caute et circumspecte etiam in eis versandum esse, de quorum ratione universa satis constet, id ipsius *simul* particulae exemplo comprobare licet. Nam Mercatoris II, 4, 7 cum vulgo sic legatur:

Túus amicus ét sodalis, sĭmul uicinus próxumus, inveteratum vitium Ambrosianus prodit *et* praestans pro *simul.* Nec plus probabilitatis habere Stichi II, 2, 23 tralaticium *sĭmulque harúndinem* crediderim quam hanc versus formam longe elegantiorem:

Múnditias uolo fíeri. ecferte huc scópas: simul harúndinem,

commendatam a me Mus. philol. IV, p. 575. Non magis tuto licebit Pseuduli versu uti II, 1, 14:

Inde me et simul participes omnis meos praedă onerabo atque explebo.

Qui si anapaesticus est, scribi ita poterit:

Inde me ét simul omnis párticipes meos praéda onerabo atque éxplebo:

sin, quod malo, trochaicus octonarius (eos enim versus excipit, quorum trochaicam mensuram firmavi Philologi t. I, p. 304 sq.), sic redintegrandus una cum proximo erit:

'Inde me et simúl participes mĕos praeda onerabo átque opplebo.
Metum ét fugam perdŭellibus meis fáciam: me ut gnatúm sciant,
Quó sum genere gnátus e. q. s.

Sine ulla autem necessitate *Múlta rogitas símul, nescio quid* Trinummi versui 880 Hermannus olim tribuit, ubi nec *Múlta simúl rogás* nec fortasse *Múlta simúl rogitás* habet cur displiceat. Sed allata omnia cum ita se habere possint uti dixi (neque enim de singulis nunc contendo pertinacius): at prorsus certa duo exempla restant Aul. IV, 3, 2 et Mil. IV, 4, 1:

Sĕmul rádebat pédibus terram et uóce crocibát sua.

Séquimini: simul círcumspicite, né quis adsit árbiter:

in quibus non magis correptionem passae sunt sociatae *lr* et *lc* litterae, quam Eunuchi II, 2, 10 et Hec. IV, 1, 60 *lc* et *lv* in *simul consilium* et *simul uereor*, quae Bentleii opinio fuit. Quodsi de senariis septenariisque certa res est, multo minus de anapaesticis dubitandi locus relictus est. Quo pertinet Persae II, 1, 3, corruptis numeris sic proditus in libris:

Quanquam ego uinum bibo, at mandata non consueui
simul bibere una,

facili autem opera pristino nitori sic restituendus:

Quanquam égo uinum bibo, mándata haut consuéui
sĭmul bibere úna.

Nolo hic pertractare reliqua: e paucis vel iudicium vel coniectura fieri de omnibus potest. Tantum effectum esse ante disputatis arbitror, ut non modo *senex*, de quo nemo dubitat, sed ne parilia quidem *canem colos amor soror uiros meri erum**) eis in locis, qui et a libris mss. fidem

*) Nisi in his *amor* (Andr. I, 5, 26) et *erum* (Bacch. IV, 4, 3. Mil. II, 4, 9) essent, et supra *enim*, ceteris condicionibus, quibus hanc licentiam passa vocabula astrinxi, hanc adiecissem, ut a consonanti incipere debere dicerem: id quod in longe plurima cadit profecto. Et aliquid interest sane, utrum tanquam *m'lum*, *d'mi*, *m'nus*, *s'nex*, *s'mul*, *c'nem*, *c'los*, *s'ror*, *v'ros* pronuntiemus, an *amor* et *erum* et *enim* vocabulorum monosyllabam pronuntiationem aliquo modo imitemur, cum haec vix possint priore vocali extrita proferri, sed sic potius ut videtur: *am'r*, *er'm*, *en'm*. Verum difficile est et lubricum, quid vitae consuetudo veterum probare vel potuerit vel non potuerit, assequi ratiocinando et comminiscendo velle. — Ceterum quaerendum erit, num forte etiam ad

nec aliunde aliquid suspicionis habent, temere esse in dubitationem vocanda concedatur. Sed nomina, ut dixi, vel particulas oportet esse, non verba, a quibus hoc genus licentiae, si quid video, prorsus exclusum fuit. De Plauto loquor, ad Terentium alio tempore rediturus. Rationem quaeris? experientiam oppono: nec enim vel *amet* vel *uelim* vel *feras* vel *sinam* vel *mones* vel eiusmodi quicquam similem ecthlipsim passum unquam observavi. Nisi quod non esse e corruptis argumentandum sua sponte intelligitur: qualibus earum potissimum formarum, quae sunt *uelle* verbi, monosyllabam pronuntiationem probatum ierunt*).

---

sine praepositionem eadem ecthlipsis pertinuerit, ut Pseud. I, 3, 144:

Sét sine argénto frústra's, qui me tuí misereri póstulas:

sic enim ibi *A*. Nam de obsoleto *se* frustra sit qui apud Plautum cogitet. Adde Andriae senarium I, 1, 39 a *Sine inuídia laudem* exordientem. Quod si probabilitatem habeat, ex eorum societate, quibus supra *ŏmnis* vocabuli correptionem probavimus p. CXXXII, tria exempla prima eximenda fuerint, ut necessitatem non habentia.

*) Nedum ut monosyllaba esse *negas*, *rogat* et similia possint, quae liquidam non habeant. Ita Menaechm. V, 7, 39 transpositione opus esse iam Bothius perspexit, quanquam non cum illo *si tuum esse negas me* collocandum est, sed arti convenienter

Sic sine igitur, si *negas* me túum esse, abire liberum.

Magis turbati versus Capt. III, 4, 39 nescio an sic reconcinnentur:

Tén *negas* Tyndárum esse. — Nego ego. — Tún te Philo-
cratem ésse ais? —
Égo vero inquam. — Túne huic credis? e. q. s.

Pseuduli I, 3, 60 sqq. recte iam ordinavit Bothius. Rudentis autem IV, 6, 8, Curculionisque II, 3, 83 et 60 sq. a mendis sic nisi fallor liberandi sunt:

Eŭm *roga* ut relinquat alias rés et huc ueniát. Licet.
Rógitant serui, quó eam. Dico me íre quo saturí solent. —
Préndit dexterám, seducit: *rógitat*, quid ego in Cáriam
Véniam. Dico me íllo uenisse ánimi causa. ibi mé *rogat*:

Velut Captivorum versum II, 2, 93 quis credet a poetae manu talem prodiisse:

Qui tua quae tu miseris mandata ita ut *uelis* perferat —?

Vbi cum in *B* non *miserif* sit, sed *iufferif*, probabile est scripsisse Plautum

Quí tua, quae iussís, mandata ita, út uelis, ei pérferat,

coll. II, 3, 17. Cistellariae autem I, 1, 47 quis, nisi qui ignorantiam prodat suam, aliter quam sic dimetietur:

Necéssest, quo tu mé modo *uolés* esse, íta esse, máter:

ubi minime praestat *uoles modo* transponere. Contra transponendi non pauciores quam quinque viae patent in Bacch. I, 1, 50 verbis *Vbi tu lepide uoles esse tibi:*

'Vbi uoles tu lépide esse tibi:
'Vbi uoles tu essé tibi lepide:
'Vbi uoles tu tíbi esse lepide:

---

ad quas emendationes ex parte ipsorum vestigiis librorum ducimur. Eiusdem scenae v. 78 transponendum *quáttuor uólturiós iacit.* Monosyllaba, si dis placet, *uides* forma a Wasio p. 197 affertur e Stichi IV, 2 tribus versibus continuis 52. 53. 54, quibus quis non videat ter reddendum esse *uiden?*

Égone? Tu ne. Míhine? Tibi ne. *uiden* ut annonást grauis?
Viden benignitátes hominum ut périere et prothýmiae?
Víden ridiculos níhili fieri atque ípsos parasitárier?

Nec igitur de monosyllabis *lubet*, *pudet*, *piget* cogitandum: quorum hoc omnium minime locum in septenario habiturum erat Trin. 661, illa non in unam syllabam contracta potius, quam neglecta positione (velut Bacch. v. 893 Herm. *lubet lamentari*, 946 *lubet perlegere*, 1116 *pudet dicere*) dicta sunt in octonariis iambicis, trochaicis, anapaesticis. Nam his quidem cum talem licentiam, alienissimam a severioribus metris, iam ab initio concesserim, tum anapaesticos potissimum fatendum est condidisse Plautum saepe asperrimos.

'Vbi uoles tibi ésse lepide:
'Vbi uoles essé tibi lepide.

Et quoniam eiusdem rei alia exempla a Wasio p. 195 sq. video ex Amph. II, 2, 71. Asin. I, 2, 26. Cist. I, 1, 46. Pseud. IV, 1, 2. Poen. III, 1, 31. Truc. II, 6, 27. IV, 4, 7. III, 1, 7 allata, ne in infinitum crescat demonstratio, statim omnia infra posui emendatius scripta, ex parte ipsorum codicum auxilio:

Nón tu scis, Bacchaé bacchanti sí *uis* aduorsárier.
Mĕo modo loquár quae *uólam* ego, quom íntus non licitúmst mihi.
Dí me perdant: quódcunque optes, tíbi *uelim* contíngere.
Túm mihi Calidorúm *uolunt* seruátum esse et lenónem extinctum.
'Vbi bibas, edás de alieno quántum usqué *uelis* áffatim.
Iámne magnust? iám legionem eléctat, quam spoliáre *uolt*?
Scío mecastor quíd *uis* et quid póstulas et quíd petis. —
Quaerít patrem. dico ésse in urbe: quíd *uelit*,
Rogo. hómo crumenam síbi de collo détrahit.

Sed de *uolo* forma longe alia res est, ut patescet infra: ubi aliquid narrabo, cuius non minus ratio lateat, cadens illud in verba sola, exclusum a nominibus.

Non infirmat autem legem, sed confirmat, quod ab eisdem bisyllabis ducta polysyllaba probatam in illis contractionem servant. Itaque ut *bene* et *male*, sic etiam *maleficus* et *beneficium* pronuntiata sunt: ut *domi*, ita

domicilium quattuor syllabis Milit. II, 5, 41: ut *senex*, ita *senectutem* plus semel. Rursum ad huius vocabuli similitudinem prorsus rationi convenienter accommodata sunt *uoluptatem, uoluntate* (Trin. 1166), *uenustates*, facta a *uolup, uolens, uenus*, quae etsi in unam syllabam correpta hodie quod sciam non exstant, tamen vel potuerunt corripi vel certe eas condiciones implent, quibus munita correptio posset in derivatis admitti. Nam qui in quattuor vocabulis illis quadrisyllabis neglectam esse positionem *ct, pt, nt, st* litterarum contendunt, ne istos probabilem rationem reddere iubemus, cur ionici mensuram nunquam talia sequent, qualia sunt *profecturum, adeptorum, gerundarum, facultatem, egestatem, honestatem* (nam de *uetustate* Poen. III, 3, 87 habeo cur magnopere dubitem). Nec verendum est ne quis *iuventutem* opponat, in quo propter singularem *v* litterae naturam in unam primae syllabae coalescunt ut in pervulgatis illis *nauem* (Trin. 835), *boues**),

*) Monosyllabum *boues* praestat Pseud. III, 2, 23: — item Aul. II, 2, 57, qui sic scribendus est una cum proximo:

'Asini mordicús me scindant, bŏues incursent córnibus:
Hóc magnumst períclum ab asinis me ád boues transcéndere: —

item Pers. II, 3, 10, adiecta demum syllaba integer:

Nám ego hoc argentum álibi abutar: bŏues quos emerem, nón erant

(vel *Nám hoc argentum ego*): — denique eiusdem scenae v. 7, quem sic reconcinnamus:

Nam érus meus Éretriám me misit, dómitos boues ut síbi mercarer

(vel *Nám erus Eretriam*): quando *Éretriam* pronuntiari, non *Erétriam*, et ratio et consuetudo iubet, ut factum est II, 5, 22:

Nunc mi Éretria erit haec túa domus. Nimis tú facete lóquere:

ouis, Iouem, nouo, breui (Mil. IV, 2, 29), *auonculus, obliuisci, caueto, cauillatio* (non *cauĭllatio*), in quibus vivum sonum pronuntiantium non est secuta scriptio ut in *dites, nauta, aetas, aeternus, noris, nosse.* Quanquam id nec ad *uiuit* et similia unquam valuit, in quibus non brevis, sed longa vocalis *v* litteram praecedit (nam quod unum *nauis* exceptum est, graecum exemplum effecit), nec quae multorum prava opinio fuit, tralatum est ad perfectorum primam et tertiam personam singularis ut *inhiauit* Trin. 169, *penetrauit* 276, *exturbauit* 601, quae certissime negandum est unquam in ternas syllabas contracta esse. — At vero *ministremus,* at *magistratus* opponent. Verum *minister* unde nisi a *manus* venit? e quo consequens est ut, quemadmodum una syllaba *manus*, ita tanquam *m'nistremus* pronuntiatum sit, non *minĭstremus.* Nec magis credibile tres consonantes longam syllabam non effecisse in *magistratus:* cuius pronuntiationem trisyllabam iam alii suspicati sunt e propria quadam in *magis*

---

atque etiam Merc. III, 4, 61, nisi quod vitiosus ibi hiatus *Megara Eretriam* aut transpositis nominibus tollendus est:

Mégara Sicyoném Corinthum Chálcidem Cretám Cyprum
Éretriam Cnidúm Zacynthum Lésbumne an Boeótiam

(non videtur enim *Lesbiam* vel *Lesbiam an* defendi posse), ast fortasse rariore forma e librorum vestigiis *Megare. feretriam, megare feretriam* eruta in hunc modum:

Mégares Eretriám Corinthum Ch. Cr. C.
Sicyonem e. q. s.,

cui formae non mediocre praesidium Plautino ablativo *Megaribus* Pers. I, 3, 57 paratum est. Superest ut Persae II, 5, 21 sic perpoliamus:

Quid tú ais? dominus me Éretriam boués mercatum misit,
ubi *boues mercatum Eretriam* collócatur vulgo.

voce *g* litterae natura repetendam esse. Atque eiusmodi quiddam habuisse illam hinc intelligitur, quod e *magius* fieri *maius* potuit. Quodsi ad *i* consonantis similitudinem aliquam *g* illud accedebat, idem fere accidisse in *ma'istratus* (ut sic imiter scribendo) accidisse perspicimus quod in monosyllabis *eius*, *cuius*, *huius*, quae rursum cum *nauem*, *Dauos* prorsus esse comparanda apparet.

Sed redeundum, unde exorsi sumus, ad *quidem* et *apud* particulas. Quae sane liquidam non habent inter breves vocales duas interiectam. Verum quod fieri in omni genere rerum videmus, ut non tam certis et immutabilibus finibus singulorum inter se ordinum diremptio regatur, quin quaedam redundent et liberiore vinculo annexa potius quam connexa fluctuent inter duo genera, id quid mirum si hic quoque locum habuit? Id igitur cadere in eas duas particulas credendum est, quae cum reliquas condiciones admissae ecthlipsis, sive syncopam dicere males, omnes expleant et una tantum ex parte a consimilium societate recedant, facile potuerunt ipso quotidiani sermonis usu et incredibili frequentia in breviorum *qu'dem ap't* formarum speciem pronuntiando deteri. Quod simul atque intellectum est, non aliquammultos, sed centenos senarios septenariosque, in quibus tanta regnare elegantia numerorum solet, a neglectae positionis scabritie purgatos habes: aliquot versus etiam a corruptelae suspicione vindicatos, ut Trin. 58. Quippe nihil quicquam impedimenti esse constat, quominus, quae synizesi binae syllabae in unam coeunt, ante vocalem elidantur delitescantque pronuntiando prorsus ad rationem simplicium vocalium vel diphthongorum.

Quemadmodum igitur fit ut pro nulla syllaba monosyllabum *rei* sit in *ei rei óperam* v. 119, *ei rei árguménta* 522, *ĕi rei operúm* 865, (quanquam in his potest sane *re* scriptum fuisse), vel *eo* in *nón eo haec díco* 341, *hóminis eo órnatu* 852, *cleméntem eo usqué modo* 827, *ei* in *toleráre ei egéstatem* 338, *meo* in *uápulábis meo árbitratu* 990, *tuum* in *indícium tuum íncendes* 675, *suam* in *despondísse suam in* 1130, *fui* in *caúsa fui hác* 1090: ita nihil profecto offensionis habere delitescens *quidem* vel alibi non raro vel Trin. v. 58 potest:

Dum quidem hércle tecum núpta sit, sané uelim.

Quanquam modus in his tenendus est: ineptus sit enim qui versus 569 principium *Meus quidem hercle* tali artificio defensum eat, ut sive anapaestum sive spondeum effici *meu* et *her* syllabis dicat, inter quas *quidem* delitescat. Sed de v. 806 haud scio an immerito dubitaverim, satisne eleganter *enim* in unam syllabam sic coiret:

Ita fáciam. At ĕnim nimis lóngo sermone útimur,

an delendum *at* esset: nam ab anapaesto quidem *at enim* non posse proceleusmaticum excipi non fugit peritos. In illis autem exemplis, ut hoc addam, quae possunt synizesim pati, aliquoties non mediocriter fluctuat iudicium, admissamne revera synizesim dicas an ipsum metrum una syllaba auctum. Non fluctuat velut v. 652. 1130 et 185, ubi *relínqui ob e-am, -dísse su-* et *fa-cta meam én* tribus syllabis elata sine ulla necessitate dactylos ante caesuram trochaici versus et geminos in senario anapaestos inferunt, similiter atque v. 338 non depressum *ei* geminos pro trochaeis dactylos: quae omnia etsi non sunt vitiosa, at inlegantiora

sunt elegantioribus: id quod etiam in bisyllabum v. 1134 *enim* cadit. Nec de v. 230 fluctuat, ubi ipsa perspicuitas sententiae et vis oppositorum non patitur *rei* sic devorari:

Amórine me áu rei obsequí potius pár sit,

sed acui productam paenultimam iubet:

Amórin me an réi obsequí potius pár sit;

nec de v. 307, ubi prae *eum ésse* nemo non sentit praestare *éum esse.* Sed v. 552. 688. 868. 899. 904 nec profecto interest quicquam, utrum in *quí quidem i-stíus* et *quí meam e-géstatem* et *híc quidem ha-bét* et *alte-rám suo a-míco* et *sí quidem e-go ábsens* dactylum esse an trochaeum putes, nec utrum poeta voluerit ullo argumento decerni potest. Quae ambiguitas etiam ad alia pertinet ut v. 337 *eiusmodi*, quod aut choriambus esse aut creticus potest. — Ceterum de *siquidem* iam apparet quam errarint qui insolentissime correpta antepaenultima a Plauto frequentatum putarunt.

Similitudinis speciem externam, quamvis expertem rationis, concedendum est fortasse in caussa fuisse, cur ad *aput* vocabuli exemplum accommodaretur *caput* nomen: non quod ab eo et Bacchidum versus 1155. H. incipit: *Caput prúrit, perii, uix negitó,* qui est anapaesticus, et Merc. I, 2, 42: *Căput tibi faciám,* ubi etiam aliam ob caussam transponendum *Tibi caput faciám:* sed propter unum Curculionis septenarium II, 3, 81:

Căput deponit, cóndormiscit: égo ei subduco ánulum.

Sed hoc addito iam exhausta est multitudo exemplorum. In quibus si etiam *pater* habitum est, eius rei et rationem et documenta desidero. Et omnium minime ex eo argumentandum esse, quod, ut e *soror* monosyllabum *soeur*,

ita e *pater* similiter factum esse *père* dicunt, vel hinc intelligitur quod, etsi *frère* quoque et *mère* e *frater* et *mater* contracta sunt, tamen haec latina nec contendit quisquam nec potuit contendere unquam monosyllaba fuisse. Omninoque tam esse lubricum hoc genus comparationis arbitror, quo praeter ceteros Wasius delectatur, nihil ut inde proficias: quando ne Lingianum *uomo* quidem illud ad illustrandum *homo* vocabuli sonum ulli me iudice usui fuit. Ergo exempla dispicienda: quae aut nulla esse apparebit aut incerta: certa enim ea tantum dico, quibus non levidensi unius alicuius syllabae vel transpositione vel omissione iusta mensura facili negotio restituatur. Ordiar a notabili caecitatis exemplo. Epidici enim III, 2, 16 sq.:

Nam léno omne argentum ábstulit pro fídicina: ego resólui,
Manibus his dinumeraui, pater suam natam quam esse credidit.
Nunc íterum ut fallatúr pater tibique aúxilium apparétur:

num credibile videbitur medium versum vel monstrum potius versus quoddam potuisse Plautinum haberi? qui nec *Manibus his* in *His manibus* nec *credidit* in *credit* mutato vel metrum habeat vel constructionem, atque longe evidentissima interpolatione ex eis consutus sit quae inferius sequuntur v. 29 sqq.:

Si qui ád eum adueniant, út sibi datum ésse argentum dícat
Pro fídicina: argentí minas se habére quinquagínta.
Quippe égo qui nudiustértius *meis mánibus dinumeráui*

Pro illá tua amica, *quám pater suam filiam esse rétur.*

Poenuli autem v, 4, 90 non esse sanam hanc scripturam:

salue ínsperate nóbis,

Pater: té complecti nós sine:

colligi hinc poterat, quod in Palatinis non est *te complecti*, sed *ecomplecti*. Vnde certissima haec est emendatio:

salue ínsperate nóbis,

Pater, ét complecti nós sine.

Tam incerta autem Curc. v, 2, 5 et scriptura est et sententia, tali exemplo ut probetur nihil: ubi quanquam ne *Bothius* quidem credi potest verum esse assecutus, qui haec posuit in exitu septenarii: *páter eius rursúm mihi*, tamen multo ineptiora sunt quae vulgantur: *pater tuus rursum tibi*, pro quo in *B* est *pater uo if rifum tibi.* Ne a libris quidem ulla fides huic collocationi verborum est in Captiv. v, 4, 26 et v, 5, 4:

Quási per nebulam Hégionem pătrem meum uocárier:

Néque ubi amans aduléscens scortum líberet clam pătrem suum:

ubi id ipsum, quod postulat ratio et reponi etiam sine libris iubebat, Vetus testatur: *meum patrem* et *suum patrem.* Denique Trin. 372 non recte sic demetiuntur:

Eó pater pol ego istám uolo me rátionem edoceás.

Licet,

cuius numeri hi sint potius:

Ĕo patér pol égo istam uólo me e. q. s.

Haec igitur exempla nulla sunt. Incerta tria habes, ita autem comparata singula, ut non unum admittant, sed plu-

res corrigendi modos longe facillimos: Most. II, 1, 31. Trinummique 316 et 361:

Quíd ego agam? pater iam híc me offendet míserum aduenieus ébrium.
Né tibi aegritúdinem, pater, párerem parsi sédulo.
Ne éxprobra, pater: múlta eueniunt hómini, quae uolt quaé neuolt.

Quorum primo deleto *me* aut *pater hic iam offendet* aut *iam hic páter offendet* scribe: altero vel *Né pater aegritúdinem tibi* licet vel lenius *Ne aégritudiném tibí pater* transponere, vel rectissime omnium *Ne aégritudiném pater tibi:* tertio vel *pater hómini eueniunt múlta* vel aliquanto et gratius et modestius *patér multa homini euéniunt.* Restant duo sola: quae non possunt saue eadem ratione incerta dici, Bacchid. III, 6, 3 et III, 2, 20:

Sét ueniam mihi quám grauate păter dedit de Chrýsalo.
Pătrem sodalis ét magistrum. hinc aúscultabo, quám rem agant.

Hiscine igitur duobus versibus id factum esse praeter rationem credemus, quod in exemplis per viginti fabulas circiter quingentis factum sit praeterea nunquam? atque id in primo ne ab initio quidem versus, in altero magis etiam suspecta ecthlipsi, quod a duabus consonantibus altera syllaba incipit? Credat qui poterit. Et illi quidem versui sat concinnam speciem iam Hermannus restituit:

Sét ille ueniam quám grauate míhi dedit de Chrýsalo:

alterum fors fuat an poeta sic dederit:

Mĕi patrem sodális et magístrum. ausculto, quám rem agant.

Postremo Phormionis IV, 2, 11:

Pater uénit. set quid pértimui autem bélua

non dubito quin aut *set* aut *autem* particula deleta *Patér uĕnit* pronuntiandum sit.

Quodsi praeter *pater* illud quibusdam in locis pauca quaedam alia bisyllaba, ut *nimis modus miser*, in eorum quae adhuc tractavimus societatem esse ascita videantur: de his etsi quaerendum est amplius, tamen in praesens breviter dici hoc potest, et in liberioribus metris esse omnia et maximam partem vel propterea ambigua, quod, cum in his metris etiam correptio inter binas voces media admissa sit, saepe parum liqueat ad utrum illa genus pertinere dicamus. Senarios septenariosque cum trochaicos tum iambicos ab illis omnibus abhorruisse certissimum est. Apage autem eorum et putida et indocta artificia, qui etiam *u'l, s't, p'r, propt'r, t'bi, s'bi, n'que, er't, ad'st, l'bello, conc'binam, exp'riri, imp'ritum, exp'di* et similia commenti sunt pro *uel set per* et reliquis, atque adeo *nemp' Phormionem, ind' sumam, imm' uerọ*, vel *'n, 't, 'b, 'go, 'bi* pro *in et ob ego ibi*, et quod summum est, *qu'* pro *quid* et *quod:* quae merae praestigiae sunt et glaucomata.

CAPVT XII.

Postquam inveteratum de neglecta vi positionis errorem, quo nihil plus obfuit Plautinae prosodiae recte iudicandae, radicitus evellisse videmur, reliqua capita licebit

ita perstringere, ut in eis potissimum, de quibus ab aliorum placitis mihi esse dissentiendum videam, nunc subsistat disputatio, praeter cetera autem certioribus finibus ea circumcumscribat, quae non ignorata vulgo tamen nimis vagantur plurimorum opinione. Et quoniam in usitatissimam binarum vocalium synizesim paullo ante oratio incidit, hic quoque illud observandum est praeter cetera, ut et metrorum genera et genera vocabulorum diligentissime discernantur. Mitto nunc *dein deinde dehinc proin proinde deorsum seorsum praeut praeoptare* (Trin. 648) *coire anteit antehac introire* (v. 10) *quoniam*, alia, quae numquam nisi contracte dicta sunt: nam *introibis*, de quo vere iam Bentleius in Andr. v, 2, 9 sensit, ne Bacch. IV, 8, 66 quidem quattuor esse syllabarum credo, sed aliquid excidisse huiusmodi:

Nam quíd eo introibis? 'Vt eum dictis plúrumis.

Metrorum autem diversitati quantum tribuendum sit, luculentissime eorum vocabulorum exemplo apparet, quorum terminatio *i* vocalem habet alii vocali praemissam. Satis constat de monosyllabis *dies, diu* (Trin. 65. 578. 685. 843): nunquam autem, id quod asseveranter affirmare licet, synizesim in senariis quidem septenariisque ullius alius nominis ullus casus (praeter genitivum secundae declinationis) admisit, nec *mendacium* nec *mendacia* nec *mendaciorum*, sive haec substantiva sunt sive adiectiva, nec *mendacio* nec *mendaciis* nec *mendacior certiores mortalium*, nec vel *sapientia gloria* vel *acies* vel *factio oratio* cum suis casibus, nec *nescius tertius obnoxius* nec *obnoxiosus* vel *impendiosus*. Contra ab illis metris simulatque transitus factus est ad

octonarios anapaesticosque, continuo offensio omnis talis synizesis dilabitur. Vitiosum erat in senario 658 *ótio cáptus:* spondiacam mensuram ne ubi potuerat quidem poeta defugit in octonario 838 *ótio dáre me.* Nunquam per reliquam fabulam bisyllaba sunt *gaudium gaudio filius filiam* et similia: in paucissimis anapaesticis 1116 sqq. cumulantur *omnium gaudiis gaudium gaudiis* synizesim passa (nisi quidem *gaudiis* esse dactylum Lindemanno credes), quibus ex octonario 839 adde *filio.* Falsum igitur quod vulgabatur v. 1156:

Fíliam mĕam tibi désponsatam esse aúdio. Nisi tú neuis.

Certissima haec lex: quam cum reliquae fabulae comprobant tum Bacchides, cuius item sola anapaestica multitudinem bisyllabarum formarum praebent: *filio filios filium filio filii filiis* v. 1125. 1129. 1136. 1159. 1165. 1167 ed. Herm. Vsitatiorum autem metrorum tantam quantam diximus severitatem esse mirum est ne eos quidem satis perspexisse, qui tanto demonstrandi apparatu usi sunt quo *gratis* et *ingratis* formas a Plauto abiudicarent rectissime. Qui si ne haec quidem admisit, in quibus contractio constanti posterioris aetatis usu probata ipsa scribendi forma exprimeretur, multo minus credibile videri debuerat binis syllabis ab illo *gaudiis* et *filiis* elata esse. Ceterum non repugnare genitivorum vere contractorum exempla, ut *cluentum* pro *cluentium* Men. IV, 2, 6, quivis perspicit, nisi qui ex eo, quod etiam *celatum* genitivo et *deum* Plautus usus, concludat *celatorum* et *deorum* formas ita pronuntiatas esse ut tres tantum et duae syllabae audirentur. Quanquam

si volumus verum fateri, non aliud sane faciunt qui velut *diuitiis* in exitu versus scribunt vel *sciebam* in principio trochaici. — Vt autem in nominibus *i* litterae synizesim sibi propriam habet *dies*, cui addendus *trium* genitivus Trin. 847 (nam de *lien* et *dierectus* rectissime nuper Hermannus statuit), ita in verbis prope unum *scio*: cuius formae bisyllabae omnes monosyllabam pronuntiationem, bisyllabam trisyllabae passae sunt saepissime. Accedunt his *ais ait* monosyllaba, bisyllabum *aibam* cum ceteris personis*), nunquam autem ad similitudinem *scio* et *sciunt* formarum etiam *aio* et *aiunt* monosyllaba. Horum autem omnium nihil ad cetera verba quartae coniugationis tralatum est, nec praeter imperfectum *audibam*, in quo ut in *scibam* synizesis novam eamque constantem formam procreavit ipsa scriptura expressam, ullam fidem bisyllaba *audiam audias audiat audiant* habent vel trisyllaba *audiamus audiatis*, nec plus fidei *faciam* et *accipias* cum ceteris: nedum ut *nuntiabo* et similia contracta sint. Afferunt e Captivis III, 5, 3

Nam sémper occant prius quam sárriunt rústici:

nemini in mentem venit *sarire* formae simplici *r* scriptae, quae non dubito quin breve *a* habeat: unde reddendum Plauto *sáriunt*. Viderint igitur quam convenienter rationi agant, qui cum tribus syllabis a Plauto dictos esse verborum a *uenio* compositorum coniunctivos negare nequeant, tamen nescio qua timiditate non ausi *peruenas euenat conuenant* scribere plenas formas in *ias iat iant* ex-

*) De Bentleiano praecepto, quo solam contractam formam *aibam* probavit damnata trisyllaba (in Heaut. V, 1, 51. Phorm. IV, 1, 6) alibi dicam.

euntes tenent, synizesi nimirum trisyllabas factas e quadrisyllabis. — Ceterum etsi *scio* quoque et *sciam* monosyllaba, ut *meo* vel *meam*, ante vocalem aliquoties prorsus devorantur, tamen diligenter cavendum est ne, quod refelli rationis necessitate nequeat, ad elevandam elegantiam obscurandamque perspicuitatem adhibeatur. Ei cautioni cum alibi locus est tum Trin. v. 96 sq., quorum versuum etsi hanc descriptionem

Si id nón me accusas, túte ipse obiurgándus es.
Scio et si ália huc causa ad te ádueni, aequom póstulas:

ita defendas licet cum Wasio p. 112, ut *scio et* pro una esse syllaba dicas, id quod factum est alibi (ut Men. IV, 3, 3: *Scin quid est quod ego ád te uenio: scio út tibi ex me sít uolup*), tamen quam fallax sit insolentioris asperitatis approbatio, vel illud docet quod, cum alibi a nobis demum eiusmodi *scio* ab eo, cui in libris agglutinatum est, versu divellendum sit et cum contiguo sociandum, illo loco *scio* priori versui in ipso *B* adhaeret. Item v. 937 ut defendi aliqua ratione possit, quod fuit qui proponeret, *quód ego sciam átque hic nésciat,* tamen malae tantum interpretationi haec ipsa mutatio debetur. Nam cum integer versus hic sit:

Qui, égomet unde rédeam, hunc rogitem, quae égo sciam atque hic nésciat:

facile intelligitur non illud unum Charmidem sciscitari in quo loco postremum commoratus sit sucophanta, sed quae loca ante reditum suum peragraverit: eoque pluralis *quae* spectat.

Praeter *i* litteram synizesim *e* et *u* vocales ascivere

aliis vocalibus insidentes, et *e* quidem non in nominibus tantum *deus meus* et *is idem* pronominum formis omnibus*), sed etiam in *ire* verbi formis item omnibus: *eo eam eas eat eamus* (v. 1078) *eatis eant* et *eunt*. Quo firmius illud tenendum, numquam similem contractionem vel in secundae coniugationis formas *moneo moneas* ceterasque personas cadere vel ad ipsa composita a simplici *ire* verba pertinuisse: inaudita enim sunt bisyllaba *abeo adeam ineas subeat pereant redeunt:* quemadmodum ne pronomen quidem vel adverbium *eo* monosyllabam pronuntiationem unquam in composita *adeo* particula servavit. Nisi quod, excepta esse ea videntur, quae longam syllabam et ante et post *e* habent, ut fortasse *transeuntem* Mil. III, 1, 82, de quo versu nunc cohibendum iudicium, et eiusd. I, 1, 69 bisyllabum *ambiunt:* in quo verbo etsi consuetudo *i* vocalem pro *e* probavit, tamen ratio eadem est. Sed *antideo, intereunt* et similia trisyllaba non fuere.

Denique *u* vocalem nemo ignorat coire cum insequenti non tantum in *duellum*, sed etiam in *tuus, suus, duo duas* (Trin. 775. 1052), *quattuor:* etiam in *puer, puella,* nunquam tamen in *pueri puero* et ceteris casibus: praeterea in *fui* (102. 1090) cum reliquis formis quae *r* litteram non habent omnibus, nisi ubi eam litteram producta *e* vocalis praecedit ut in *fuerunt:* nam nec *fuerit* nec *fueras* nec *fuero* in binas syllabas unquam coaluerunt. Atque his finibus ita ea synizesis coercetur, ut et a *lues patruus*

---

*) Quod etsi etiam ad composita *antea* et *postea* pertinuit, tamen aliquoties illorum in locum *ante* et ignoratum vulgo *poste* substituenda esse olim probabo.

et ab *acuo instruit imbuas metuebam* et a *timui potuit palluerunt* et vero etiam a *tueri* sit alienissima: quocirca *tŭĕris* v. 708 a *tuor*, non *tŭēris* a *tueor* scribendum erat.

Tertium genus habes licentiae prosodiacae in bisyllaba potissimum vocabula accommodatae, quorum finibus maxime contineri cum neglectam positionem tum brevis vocalis ecthlipsim vidimus cap. x. et xi. Nam si a compositis illis *deinde seorsum* et similibus recesseris, simplicium quidem vocabulorum, in quibus propriam sibi sedem synizesis fixit, simplex et principalis forma, h. e. nominum nominativus verborumque prima persona, binarum syllabarum mensuram non solet excedere: trisyllabum *quattuor* sibi sociarunt affinia *duo* et *trium* numeralia. Aptiore etiam vinculo inter se alterum et tertium genus continentur, ut quae in bisyllabas formas iambicae vel pyrrhichiacae mensurae cadant. Atque hoc eis commune est cum quarto genere, ad quod iam est transeundum.

CAPVT XIIII.

Sequitur enim ut de correptione longarum syllabarum dicatur, et primum quidem de correptione vocalium finalium. Licebit autem in hoc quoque genere multitudinem exemplorum partim confessorum partim vel addubitatorum vel sine regula vagantium unius legis communi societate comprehendere. In vulgus constat de correptis imperativis *roga iube abi*, qui eam prosodiam servant etiam cum addita *ne* particula crescunt in *rogan iuben abin:* cur numquam correptam ultimam *damna ride*

audi inuoca edoce adueni habuerunt? Designatum est *dedi* ut pyrrhichii mensuram habens: cur non brevi *i* vocali *reddidi amaui feci* dicta sunt? Non dubitatur de *uolŏ agŏ erŏ:* cur nemodum correpta *dicŏ ducŏ cogitŏ postulŏ censeŏ amabŏ* protulit? Vt uno verbo dicam: in vocalem exeuntes verborum formas iambicas quaslibet vitae consuetudo passa est correpta ultima pronuntiari. Atque hoc illud est, quod supra significavi verborum limitibus finitum a nominibus excludi: nisi quod solum ex omnibus casibus nominativum tertiae declinationis in *o* desinentem in illorum societatem ascitum esse *homo* vox ostendit, saepissime correpta ultima posita. Verum nunquam pyrrhichii mensuram vel *nemo sermo*, vel *loco metu probi* et similia aequant: nam quod Bacch. v, 2, 47 legebatur *probri pérlecebrae*, post praeclaram Hermanni emendationem non plus valet quam pauca quaedam vel ambigua vel vitiosa alia, e quorum numero iam supra exemimus *eri meri cani* una cum *seni domi bono malā*, item *nouo breui*, hinc alienissima omnia, quamvis a quibusdam temere permista atque confusa. Ergo, illuc ut redeam, non ex imperativi potissimum natura repetendum est quod corripere *uide uale* et cetera licuit, sed e prosodiaca natura temporum vel modorum quorumlibet. Ac ne saepius quidem quam reliquas formas verbi ipsos esse imperativos correptos hinc intelligitur, quod aut latius aut non minus late primae personae correptio patet praesentis futurique communis. Neque enim dubitandum quin huius formae iusta ac primitiva prosodia haec sit ut producatur *o*, ut Trin. 696 *néque uolo neque póstulo neque cénseo,*

uerùm tamen, item *dicō* 468. 662, *uolō* 1155. 1167. alibi, *sciō* et *nesciō* non raro, *uetō* et *putō* Bacch. IV, 9, 120. V, 2, 41, *bibō* ib. IV, 4, 5 (610 H.), *sinō* ib. III, 3, 15, *dabō* ibid. IV, 4, 56, *amabō* ib. I, 1, 10. 19. Sed hanc primitivam prosodiam cum nunquam *dico postulo amabo* deposuerint, contra licuit deponere omnibus quae sunt bisyllaba brevi paenultima. Hinc igitur est quod toties correptum *uolo* reperitur (etiam Trin. 372, de quo p. CLVII. dictum), toties *scio* ut v. 655. 666, vel *ago* v. 821, vel *nego* Bacch. III, 3, 18, vel similia omnino omnia, in his *ero* quoque, quod etsi non posuimus correptum v. 716, iure tamen nostro diximus potuisse poni: ad quorum similitudinem v. 1059 *éo* potius quam *ĕo* notavimus. Quanquam de *scio* non minus quam de *nescio* (quod non mirum si simplicis verbi prosodiam servarit) concedendum est ambiguum esse plerumque, duasne breves habeant an unam longam synizesi effectam: nullo autem modo concedendum est accentum compositum *nescio* verbum unquam in media syllaba habuisse, quae Kampmanni opinio fuit de AB praep. p. 20 sq., cum nulla prorsus exputari caussa possit, cur usitatissimae synizesi insolentissimum accentum esse praelatum dicamus. E quo consequens est ut aut pro cretico sit *nescio* aut pro spondeo aut fortasse pro vero dactylo h. e. ⏑́ ⏑ ⏑, non pro anapaestico dactylo — ⏑́ ⏑: quapropter *nescĭo* scribendum fuit v. 880, non vel hic vel usquam alibi (ut Bacch. 76. 756 H.) *nescío*. Porro autem ex eadem, e qua *agŏ*, caussa repetendum est *dabŏ* Bacch. I, 1, 70:

Méus ille quidemst. tíbi nunc operam dábo de Mnesilochó soror.

Nec substitit tamen correptio in praesentis prima persona atque futuri: nec enim aliam rationem *d e d ĭ* perfectum habet, pravissimo iudicio a quibusdam cum correptis si dis placet *dedisti* et *dedisse* formis collatum quas p. cxxv. sq. removimus: velut Trin. 728. Mil. ii, 1, 53. Poen. i, 3, 7. Capt. ii, 3, 4:

Dédi, reposcam ut hábeam mecum quód feram uiáticum.
Dedi mércatori quoídam, qui ad illum déferat.
Dedi dúdum priusquam me éuocauistí foras.
Nam ego aéstumatum te huíc dedi uigintí minis,

nisi ibi pro *te aestumatum huic dedi,* quod est in libris, sic potius collocandum: *aéstumatum huic dédi te.* Et mirifice hanc mensuram omnemque legem a nobis indagatam illud confirmat quod, qua ratione simplicis *habe* imperativi prosodiam compositum *haben* servat, cadem *d e d i n* dictum est duabus brevibus Epid. v, 2, 38:

Dédin tibi minás triginta ob fíliam. Fateór datas.

Ab his autem, quae sunt certissima, proficisci ad rariora quaedam tutanda licebit: nam rara esse non est mirum, cum praeter allatas formas paucissima in ipsa lingua similia exempla exstent. Itaque nec *d a t ŏ* imperativum nunc sollicito Bacch.. i, 1, 51:

Dáto qui bene sit: égo, ubi bene sit, tíbi locum lepidúm dabo:

nec *d a r ĭ* obstinatius nego corripi potuisse Rud. iv, 3, 20 (coll. Adelph. iii, 2, 13. Phorm. ii, 1, 31): hoc autem nescio an uti liceat ad *p a t ĭ* defendendum in Aulul. iv, 9, 16, et *loquĭ* in Bacch. v, 1, 18:

Certe híc prope me mihi néscio quis loqui uísust. set quem uídeo.

Quanquam non obliviscendum in liberioribus haec esse metris omnia.

Praeterea quemadmodum ecthlipsim cum nominibus, ita cum verbis hanc correptionem particulae quaedam et breviculae voculae vitae usu detritae communem habuerunt, item illae et bisyllabae et paenultimam brevem habentes. Nam cum semper correpta ultima *nisi quasi modo*, et correpta autem et producta *cito ibi ubi* (non *uti*) *mihi tibi sibi* et *ego* usurpentur: quoniam natura breves syllabas fieri longas credi ratione destitutum est: consequitur ancipitis mensurae illius hanc vim esse, ut origine sua longa vocalis paullatim attenuaretur pronuntiando, prorsus ut factum in *uolo ago dabo dedi:* quo accedit, quod non tantum in dativis et ablativis veterique locativo *i* finale esse longum constat, a casibus autem ductae vel ad casuum similitudinem formatae sunt *ibi* et *ubi* particulae, sed etiam *egō* prius quam *egŏ* fuisse et graecae linguae comparatio persuadet et quae inter *ego* primamque personam verbi cognatio intercedit. Quae autem in *i* exeunt, de eis dubitationem omnem ipsa vetustissima monumenta eximunt, in quibus VBEI IBEI SIBEI NISEI constanter scriptum ut SEI et VTEI et QVEI. At vero quae valde confinia sunt ratione, ea tamen usus non mediocriter esse discreta voluit. Nam non tantum rara apud Plautum in illis voculis, si a *cito* recesseris, omnibus ultimae syllabae productio est, sed in senariis septenariisque, quicquid quidam obloquuntur, nunquam probata, nisi ubi pausa fit vocis vel orationis, qua ratione praeter cetera productum *modo* frequentatur: contra sine ulla offensione admissa in altera arsi creticorum, ut

qui numerus tanquam catalecticis ordinibus compositus singulorum pedum quasdam pausas habeat. Non recte igitur me iudice Bacch. v. 28 relictum est *huic mihique haud faciet,* quorum tam, quam facilis, certa emendatio *huíce míhique:* eademque caussa fuit cur nec Trin. 480 *nón tibí dicám dolo,* nec v. 761 *Mihi quoque hércle nón est* tolerarem in senariis. Quid? quod ne brevem quidem ultimam acui in arsi positam Plautina elegantia voluit, quamvis usitato alioqui accentus genere: quapropter et v. 316 illam quam p. CLVIII. memorabam collocationem verborum reieci *Ne aégritudiném tibí pater fácerem,* et v. 1124 pro *Haé sonitu suó mihi moram* cum Guyeto Hermannoque *suó morám mihi* non tantum vitandi hiatus caussa scripsi, et v. 440 Ambrosiani scripturam *Egó quoque essé uolo* improbavi prae vulgata *Ego quóque uolo ésse.* Quanquam nec in *ego* tam severus usus quam in *mihi tibi* fuisse videtur, et ipsum *mihi* excusationem habere in cantici versu 233: *De hac ré mihi satis haú liquet* (*mihi sa-* ut pro tribracho sit), quamvis exigua ibi mutatione *mihi haú satis* scribatur. Idem prorsus, quod de *mihi tibi* valet, cadere in *quasi* et *nisi* putato. At vero excusatione carebat productum *ego* v. 515 *Tibi egó ratiónem réddam,* quod vitium addito ex Ambrosiano *ne* sustuli. Contra non plus offensionis in creticis v. 281. 293 *egō* habet:

Nólo *ego* cum ímprobis té uiris guáte mi:
Hís *ego* de ártibus grátiam fácio —,

vel *mihī* Most. III, 2, 1. 3:

Mélius anno hóc *mihi* nón fuit domi:
Prándium uxór *mihi* pérbonum dedit —,

quam in mutatione personarum productum *tibi* v. 982:

CH. Fássu's Charmidém dedisse aurúm *tibi.* SY. scriptúm quidem.

Et tantum quidem de bisyllabis.

Non magis autem quam in his quae tractavimus, in mediis vocabulis brevium syllabarum productio potius quam correptio longarum locum habuit. Nec enim produci brevis syllaba dicenda est in *Acheruns* per Plautinas fabulas novem, sed longa corripi in Poenulo. Item servatam longam vocalem, quae paullatim in brevitatem abierit, dici oportet in *coxendīcis*, in *fūi fūimus*, in *rēi diēi*, plus viginti autem exemplis Plautinis Terentianisque in *ēi* dativo qui fit a nominativo *is ea id:* quae exempla in prooemio schol. hib. Bonn. a. CIↃIↃCCCXLI. composui. Quam formam qui vel *eii* scribunt vel ad similitudinem *eius* genitivi *eji*, etsi qua ratiocinatione utantur intelligo, tamen nescio qua se auctoritate tutentur: nam quod in lege Servilia bis scriptum est EIEI, id aut in utraque syllaba imitandum aut in neutra. Quanquam magis etiam, ut hoc in transcursu commemorem, *reffert* scripturam miror pro *rēfert* non commendatam tantum, sed introductam. Sed ab *ei* dativi mensura spondiaca prorsus esse segregandas *huic* et *quoi* formas contendo, quas in duas syllabas distractas esse plane nego, nedum ut *huiic quoii* scripturam ulla ratione niti concedam. Ac de *quoi* pronomine Fleckeisenum Exerc. Plaut. p. 36 prorsus opinio fefellit: quod non magis producta quam correpta paenultima unquam bisyllabum fuit. Cui ille opinioni probandae quae ex Aul. II, 2, 12. Curc. IV, 4, 1. Men. III, 2, 9. Trin. 604 exempla ad-

hibuit, allata miror, ut in quibus *quoi homini* verborum tres syllabae primae vel *quoi ego* (etiam Trin. 876) tribrachum eadem ratione efficiant qua *mĕ habet, sĭ ego.* His errore mixtum Rudentis versum IV, 5, 3 ipse non negabit sic metiendum esse:

Satín si quoi homini dí esse benefactúm uolunt.

Amphitruonis I, 3, 22 uno reposito *hoce* pro *hoc,* transposito verbo nullo, facillime sic instauratur:

Quoí ego iam hoce scípione. Ah nóli. Muttitó modo:

(nisi praestat *Quém ego,* tametsi in *B* est *Quolego,* in *Da Quodlego.*) Aulularine II, 8, 26 non est dubitandum quin (et versui quidem 25 praepositus) addito *tu* sic demum recte procedat:

Quoi tu ín re tali iám subuenisti ántidhac.

Bacchidum II, 2, 47 *nec ego quoiquam* Hermanno Bothius praeivit: eodem iure scribi aut *nec quoiquam homini* poterit, aut fortasse, cum in *B* lacuna e rasura orta ante *nec* sit, sic potius:

Domíst: non metuo *míhi* nec quoiquam súpplico.

Denique in Asinaria qui corruptela vacare hos versus crediderit IV, 1, 33. 34:

Spectandum ne quoi anulum det neque roget,
Talos ne quoiquam homini admoueat nisi tibi:

num illos quoque defendat quaerimus qui praecedunt 30. 31:

Neque illaec ulli pede pedem homini premat:
Quom surgat, neque in lectum inscendat proxumum —?

Ad hos enim omnes similis depravatio pertinuit e sat levi caussa oriunda, qua sic non incommode liberabuntur:

Neque íllaec ulli péde pedem *usquam* hominí premat,
Quom súrgat, neque *illa* in léctum insceudat próxumum:
Neque quóm descendat íude, det quoiquám manum:
Spectándum ne quoi*quam* ánulum det néque roget:
Talós ne quoiquam *admóueat homini* nísi tibi.

Aliquanto propius ad *ei* vocis similitudinem videri potest bisyllabum *huic* accedere: sed tamen fidem, si quid video, ne hoc quidem habet. Nam quemadmodum *hunce hoce* et consimiles formae alibi a librariis oblitteratae sunt et cum usitatis *hunc hoc* permutatae, ita mihi quidem prorsus persuasum est *huice* quoque non paucis locis pro *huic* restituendum esse (ut p. CLXX). Qua forma reposita actum est de his exemplis a Fleckeiseno allatis Amph. II, 2, 70. Asin. prol. 10. Bacch. III, 3, 80. IV, 5, 7:

Étiam tu quoque ássentaris huíce? Quid uis fíeri?
Dicam: huíce nomen graéce Onagost fábulae.
Míhi discipulus, tíbi sodalis, huíce periit fílius.
Nam nón conducit huíce sucophántiae.

E reliquis autem misere ab ipsis numeris laborat Menaechm. prol. 40:

Immútat nomen áuos huïc gemino álteri:

nam praeter delitescens *gemino* ipsum *huic*, etiamsi bisyllabum esse concedatur, accentum in ultima habere non magis potest, quam unquam pronuntiatum est *eï* (quod sustulimus Trin. arg. 6.) Quare confidenter transponendum

Immútat gemino nómen auos huic álteri.

De Capt. I, 2, 49 Bentleio assentiendum videtur: Rudentis prol. 39 non erat valde probabilis haec emendatio reiicienda:

Huic fília olim uírgo periit páruola:

Poenuli autem I, 2, 183 *aut* inserendum est:

'Vt tu huic aut iráta ne sis, aút-si id fieri nón po-
test —:

nisi males *Huíc uti tu iráta* vel fortasse simplicius etiam '*Vt tute huic iráta* —.

Ad syllabas vocabulorum finales redeo, sed consonantibus terminatas: in quibus item sunt, quae cum a principio longam vocalem habuissent, paullatim elevatae sunt pronuntiando et ad brevitatem depressae. Ordior a bacchiaco versu Trinummi 226:

Magíster mihi *éxercitór* animus núnc est.

Nam nec dubitandum de talibus et vero sic statuendum est, ut per ternas tanquam successiones ex producta *os* syllaba fieret productum *or* et ex hoc demum illud, quod posterioris aetatis consuetudo probavit, *ŏr*. Nam ab *ōs* terminatione horum nominum formationem omnium profectam esse, relicta in *lepos honos labos colos clamos odos uapos* (*amos*) *ianitos* antiquitatis vestigia satis demonstrant: persuadent praeterea monosyllaba, quae *or* nunquam asciverunt, *mos flos glos ros* et *os*. Nec a comparativis illam terminationem alienam fuisse, talium comparatio docet qualia Varro et Festus testantur *maiosibus meliosibus arbosem*: quando eodem societatis vinculo, quo *arbosem* et *arbos*, contineri etiam *maiosibus* et *maios* consentaneum est. E producto autem genitivo *ōris* de *ōr* nominativo item producto eo probabilior coniectura fit, quod longam vocalem vel eorum nominativus monosyllaborum servavit, quae correptum habent genitivum ut *lar* et *par*. Itaque non tantum

Acidalium Divin. in Rud. cap. 6 rectissime defendisse haec puto Rud. IV, 3, 75. Poen. I, 2, 15f. Stich. I, 2, 83:

Sí tu proreta ísti naui's, égo *gubernatór* ero.

'I *soror*, abscéde tu a me. Périi: quid agis Mílphio:

(quo versu insertum vulgo *eho* post *perii* cum Ambrosiano delevi, similiter atque Trin. 943:)

Hóstis est *uxór* inuita quae ád uirum nuptúm datur:

quibus addi possunt Amph. I, 1, 68. 74. Asin. V, 2, 77. Bacch. V, 2, 44:

Dĕinde uterque *imperatór* in medium éxeunt.

'*Imperatór* uterque hínc et illínc Ioui.

Módo quom dicta in me íngerebas, ódium, non *uxór* eram.

Tune, hómo putíde, *amatór* istac fieri aétate audes? Quí non:

(nam probandi vim nullam Epid. V, 1, 50 habet, dubiam Merc. IV, 4, 60:

Séquere hoc me *sorór*. EP. Ego ad uos Théspriouem iússero:

Vxór, heus uxor, quáuquam tu iratá's mihi:)

addendus erit etiam, ut cap. XV. docebo, Trinummi v. 1016 sic verbis leniter transpositis:

Gúrguliost *exércitór*, is hóminem hunc cursurám docet:

sed ne de illis quidem ullam dubitandi caussam video Bacch. I, 2, 15. Capt. IV, 2, 2. Epid. III, 2, 35. Amph. I, 3, 50:

I *stúltior* es bárbaro Potítio.

Tantó mi aegritúdo *auctiór* est in ánimo.

Vorsútior es quám rota figuláris. Iam ego parábo.

'Atque quanto nóx fuisti *lóngior* hac próxuma:

(nam ex Asin. III, 2, 11 nihil consequitur, ubi *fortior* est

in caesura iambici septenarii.). Verum egregio Acidalii invento (quod possim Naevii quoque, Ennii atque adeo Vergilii usu confirmare, nisi unius me Plauti finibus consulto contineam) cum alios tum ipsum esse abusos existimo, cum eandem productionem etiam ad verborum formas quaslibet transtulerunt, ut *loquar fateor moror machinor*. Videtur id de *ar* syllaba concedendum esse, ut quae longam vocalem servet in ceteris personis *legar legaris legatur legeris legetur:* parem autem fuisse *or* syllabae rationem, a qua fiunt *legĕris, legĭtŭr,* eo minus credibile est, quo apertius est in illud ipsum ingenita indole latinam linguam inclinasse, ut *r* littera finitas syllabas (non minus quam *t* littera finitas) omnes corriperet: nam hinc demum perspicitur qui tandem factum sit ut productus masculinorum nominativus *oratōr* paullatim in constantem corripiendi consuetudinem abiret. Ergo cum liceat sane idem in aliis quoque factum suspicari, tamen rationem in promptu esse debere pristinae productionis intelligitur, nisi alucinari potius qaam persuadere velis. Quemadmodum igitur de productis olim *ter quater quattuor feliciter* et similibus nemo cogitabit, ita nec *loquōr* vel *pater* facile fidem inventura sint. An *pauper* quoque, cuius est genitivus *paupĕris*, Bothio credemus spondeum efficere Men. IV, 2, 8? qui versus pridem immisso *is* sanatus est:

Si is ést pauper átque haut malús, nequam habétur:

vel *circiter* ante vocalem pro cretico positum Cist. IV, 2, 8 in eis versibus, quorum nec mensuram nec numeros quisquam explicarit? qui quidem concitatissimi sunt anapaestici, sic fere describendi:

Nisi quíd mi opis di dant, dísperii: neque unde aúxilium expetam ego hábeo.
Ita pétulantia miseram hábet animi: quae in térgum meum ne uéniat,
Male fórmido, si era résciscat tam sócordem esse mé quám sum.
Quam in máuibus tenui atque áccepi- hic ánte aedis cistéllam,
Vbi eást, nescio: nisi, ut égo opinor, loca *circiter* excidit haéc mi.

Multo minus producta ultima *igitur* afferendum erat ex Amphitruonis (II, 2, 87) eo loco, in quo personae mutantur: vel *dicitur* e medio septenario iambico Asin. II, 3, 2: vel *agitur* e Stich. IV, 1, 23, ubi in trochaici initio *Quid agitur Epignóme* non, quod Lingius dicit de hiatu p. 48 (qui in hac omni caussa nihil profecit disputando), productio excusationem a contiguo nomine proprio habet, quae excusatio nulla est, sed secundum pedem tribrachus efficit. Sublato autem *paupēr* illo nec *pater*, cuius vocis tanta in familiari sermone frequentia, semel in viginti comoediis producta ultima positum credèmus Aulul. IV, 10, 53, quem adiecta *hinc* vocula redintegro:

Méus fuit pater hínc Antimachus, égo vocor Lycónides:

ea quidem *hinc* particulae potestate, qua Trin. 326 scripsi *adulescenti hinc genere summo*, debebam ut sero video etiam v. 358 *Lesbonico hinc adulescenti* scribere. Semel exstare productum *pater* dixi: nam Asin. IV, 2, 1 mutatio fit personarum, Trinummi autem v. 645 etsi *Tíbi patér auósque* in Ambrosiano est, tamen per librarii tantum negli-

gentiam *que* excidisse credendum est Palatinis. Ad verba ut redeam, quod in *agitur,* id etiam in *agor* et *amabor* cadere ratiocinatus, habeo quod addam praeterea, infinitivum in *ier* syllabas exeuntem: nam quod *dicier fungier* in mediis versibus non solent dactylum aequare, id non inde repetendum esse, quod illae formae cretici mensuram primitivam habuerint, correpta in anapaesticis ultima syllaba docet, quam iure suo Hermannus et defendit in Iahnii Annal. phil. t. xxxv. p. 194 et admisit in Bacchid. 1131: *hoc éxorárier ábs te.* Sed post ratiocinationem videndum de exemplis. A quibus rursum segreganda quae incidens personae mutatio segregat, ut Aul. II, 2, 39 *arbitror,* Bacch. V, 1, 30 *moror,* Cas. IV, 2, 12 *speculor:* vel gravior interpunctio, ut Rud. III, 6, 14 *moror* (item *igitur* Bacch. I, 1, 56). Mercatoris autem II, 3, 77 cum in libris sic scriptus sit

Hércle quin tu récte dicis et tibi adsentior,

quis vel cum Camerario *tibi ássentíor ego* vel cum Bothio *tibi ássentór ego* amplectatur? In promptu multa sunt: nihil simplicius quam *ét tibi equidem adséntior.* Item quis incorruptum habebit quem Capt. IV, 2, 11 Vetus talem exhibet numeris quidem nullis:

Eminor interminorque ne quis mihi obstiterit obuiam — ?

Vbi perraro exemplo aliquid vidit qui *eminor* verbum, prorsus illud solitarium atque adeo rationis expers, dixit ex *E. minor* h. e. *Minor* et ERGASILI personae nota ortum: unde unius syllabae adiectione sic totus versus integritati restituendus:

Mínor interminórque ne quis núnc mi opstiterit óbuiam

vel *míhi iam obstiterit óbuiam.* Nec profecto satis certum dici Asinariae exemplum potest I, 1, 48:

Fateor eam esse importunam atque incommodam: sive enim *mi* vel post *eam* vel post *importunam* inserueris, sive *ego* post *fateor*, non reiectaneum ab initio proceleusmaticum habebis, sive *mi* ante *eam* addideris, mensuram prorsus legitimam. Plus scrupuli fateor Captivorum versum III, 3, 15 iniicere his vulgo vérbis terminatum: *máchinór astútiam*. Verum illius scenae exitum ego quidem persuasum habeo longe gravissimis vulneribus afflictum esse. Nec enim vel sententiae in ipso fine recte procedunt nec singulorum pedum mensura constat, nec ullo modo noviciis editoribus illud credendum est, post inchoatum v. 10 legitimum metrum trochaicum per mixtos e trochaico et iambico genere versus, eosque adeo senarios, breviculam scenam ad finem perduci nullo animi praeter solitum concitati affectu variatam. Qualis metrorum descriptio quo est insolentior, eo fidentius aliquid audendum est potius, quam defendendum ignavius quod probabilitate careat. Itaque cum illorum versuum in *B* haec species sit:

Neque iam salus seruare si uolt me potest nec copia est
Nisi si aliquam corde machinor astuciam.
Qua malum quid machiner quid comminiscar maximas
Nugas ineptias incipisse haereo:

quemadmodum certissimum omnium puto *maximas* et *haereo* vocabulorum sedes permutatas esse, ita ad secundum quoque versum aliquid turbarum pertinuisse intelligo. Vide igitur num luxata membra non inepte hoc exemplo reconcinnentur:

Néque Salus seruáre, si uolt, mé potest: nec cópiast
[Me éxpediundi,] nísi si astutiam áliquam corde máchinor.

Quám, malum? quid máchiner, quid cómminiscar, haéreo.
[Nísi] nugas inéptias[que iam] íncipisso máxumas.

Nisi i. e. 'nisi quod certum est maximas me nugas et ineptias incipissere', non insolito eius particulae usu. Quodsi cui *copiast* carere posse genitivo videbitur, alterum versum sic restituere poterit: *Nísi si idm [ego astútam] astútiam a. c. m.* Postquam igitur hoc quoque exemplum remotum est, unum (nisi quod me fugit) superest e Rudente afferri solitum IV, 7, 22:

Ego, nísi quom lusi, níl moror ullúm lucrum:

nam *nisi* pro *mihi* scribendum esse Bothius vidit. Quem versum et Reizius male tractavit, nec melius tractaturus sit qui vel *nil ullum moror lucrum* vel *nullum mihi moror lucrum* proponat. Non levi autem mihi offensioni esse ipsum *lusi* perfectum fateor: pro quo *ludo* potius vel *ludam* vel *luserim* exspectetur. Quapropter persanari illum versiculum sic demum arbitror:

Ego, nísi quom *lusim*, níl *morer* ullúm lucrum.

Nam si veram, cur producere *loquār* licuerit, non licuerit *loquōr*, caussam supra investigavi, huius quidem vim facile intelligitur etiam ad *amēr* et *sequerer* pertinere, quia ab his *amēris* et *sequerēris* et similiter cetera fiunt. Quanquam exempla mihi nunc unius *ar* syllabae in promptu sunt, de cuius productione verissimum, ut iam apparet, sensum suum nobis Hermannus olim significavit, commemoratus a me Parerg. I, p. 493. Cuius de Most. III, 1, 93 iudicium, quo ille hanc scripturam commendabat:

Perfácile ego ictus *pérpetiar* argénteos,

nunc reliquis quae infra posui exemplis confirmatum accipe. Et Amphitruonis quidem prol. v. 38

Nunc iam ánimum huc omnes, quaé loquar, aduórtite

nescio an defendi possit *huc quae loquar* dictum pro *ad haec quae loquar:* quod si nihil sit, deleto *omnes* scribi poterit

Nunc iam ánimum huc ád ea, quae loquar, aduórtite:

nam omnium minime placiturum sit

Nunc iam ómnes animum ad éa quae loquar aduórtite.

Sine omni autem dubitatione haec sunt Amph. II, 1, 9. V, 1, 4:

Tamén quin *loquár* haec utí facta súnt hic.

Iam ut *ópprimar,* ut énicer: me míseram, quid agam néscio.

Quibus nunc, postquam de productione satis constat, addere suapte natura ambiguum exemplum licebit Poen. V, 6, 4:

Vt mé suspendam, ne *áddicar* Agorástocli:

parum enim elegans vel potius horridus iste sit tribrachus ex *āddī-'căr ăgĕ-* compositus. Sed Menaechm. II, 3, 10 recte ut videtur Hermannus Elem. doctr. metr. p. 395 anapaesticum descripsit *nunc éum adibo, alloquar últro.* — Iam vero melius opinor perspicies, quam corrigendi opera ei successerit, qui dum se vult criticum haberi, hunc in Trinummo bellum versiculum 540 procudit:

Sués angina móriunt*ur* acérrumo.

Satis puto apparuit, nihil sibi proprium habere naturam *r* litterae finalis, quo praegressae vocalis brevitas intenderetur. Nec magis id in alias consonantes cadit. Quodsi *faxis feceris* producta ultima usurpata sunt, contra atque in *facis facitis fecistis amabis* factum, ex ipsius vocalis

natura illud pariter atque in *uelis sis edis duis ames legas leges legeres*, atque adeo in *loquar morer* repeti et ratio cogit et productae *dixerīmus dixerītis* formae iubent antiquitatis propriae. Nec productionem potius *t* littera finitae breves syllabae, quam item primitus productae correptionem passae sunt. Nam nisi mea me coniectura vel potius ratiocinatio fallit, idem, quod in primam et secundam, etiam in tertiam personam coniunctivorum cadit. Vnde efficitur multo latius patere, quod non prorsus fugit grammaticos, ut Boppium Gramm. compar. p. 928 sqq. et G. Curtium nostrum de format. temp. et modor. p. 259 sqq.: legemque constantem formandorum coniunctivorum omnium hanc fuisse, ut origine sua longa vocali fierent (cuius primitiva species non dubitandum quin *ī* fuerit), sive eam vocalem *s* littera sive *r* sive *t* sive *m* excipiebat: decursu autem temporis demum factum esse, ut servatae etiamtum Plauti aetate longae vocalis correptio ita increbresceret, ut post Plautina tempora in certae consuetudinis constantiam ipsa brevitas abiret, earum personarum quae in *m* et *r* et *t* exeunt communis: una enim *s* correptioni semper restitit. Exempla tertiae personae habes primum *sit* Asin. IV, 1, 17. Men. V, 7, 55. Mil. II, 2, 87 (nam de Bacch. I, 2, 32 perdubia res):

Ne epístula quidem illi úlla *sit* in aédibus.
Né tum, quando sánus factus *sít*, a me argentúm petat.
'Vt, si illanc concríminatus *sít* aduorsum mílitem.

Verissime enim observatum est nunquam *síet* formam accentum habere in paenultima: cuius rei melius iam caussa et ratio perspicietur. Non magis id *fúat* et *duit* formae

passae sunt: quare haud scio an non sollicitanda sint producti *det* coniunctivi exempla Pers. I, 2, 16. II, 5, 26:

Set légirupam qui dámnet, *det* in públicum:

Et múlier ut sit líbera atque ipse últro *det* argéntum:

Captivorum autem versus II, 2, 10 sic restituendus:

Néque te nobis, si hínc abeamus, sí *fuat* occásio.

Eadem ratio *uelit* verbi Men. prol. 49:

Velít, audacter ímperato et dícito:

item Trin. 306, ut capite XV. planum fiet:

'Vtrum itane esse *máuelit* ut eum ánimus aequom céuseat.

Haec si fidem habent, simul hanc vim habere necesse est, ut a metri quidem vitiati suspicione Militis versum IV, 6, 29 liberent:

Sine últro ueniat, quaéritet, desíder*et*, exspéctet.

Rursum his exemplis fretus, quoniam par ratio inter *leges leget* atque inter *des det* intercedit, non dubito etiam *audiet* creticum potius tueri in Bacch. IV, 8, 70:

Satin' ést, si plura ex me aúdiet hodié mala,

quam tribrachum quartum pedem, iambum autem pro anapaesto quintum interpretari. — His autem fundamentis iactis audeo progredi longius et ultra coniunctivi formas investigatae rationis fines promovere: quanquam fateor non sine timiditate me audere, et rationi obtemperantem magis quam morigerantem sensui. Nam quo affinitatis vinculo *uelis* et *uelit*, *sis* et *sit*, *des* et *det*, quo *legas legamus* et *legat*, quo *loquaris loquatur* et *loquar*, eodem contineri *amas* et *amat*, *mones* et *monet*, *audis* et *audit* concedendum est. Igitur quod in illis factum, ad hos quoque indi-

cativos pertinuisse tam est consentaneum, quam rationi repugnans productum *legis* vel *legit*. Atque nata esse illa omnia aliqua contractione binarum vocalium constat, e. c. *amās* ex *amă-ĭ-s*, *amāt* ex *amă-ĭ-t*, *amāre* ex *amă-ĕ-re*: nihil autem contractum est in *leg-ĭ-s*, *leg-ĭ-t*, *leg-ĕre*. Ergo non aliqua licentia productum est *s et*, si est productum, sed prosodiam e contractione consectariam servavit: *fit* autem, quod a *fīo* (non *fĭo*) ducitur, ne potuit quidem brevi vocali *fĭt* dici, ut nihil prorsus singulare sit in Capt. prol. v. 25:

Vt *fít* in bello, cápitur alter fílius.

Sed ut *scit*, ita posteriore aetate corripi solitum *it* longam syllabam habet Curc. IV, 2, 3:

Nemo *ít* infitias. 'Attamen meliúsculumst monére:

eademque ratione *solet* et *lubet* et *afflictat* Merc. III, 4, 63. IV, 2, 5. Rud. V, 2, 46:

Cúr istuc coeptás consilium? Quía enim me afflict*át* amor.

Sol*ét* hortator rémiges hortárier.

Quod tíbi *lubet*, id mi ímpera. Tange áram hanc Veneris. Tángo.

Quare a metro quidem nec Bacchidum versui II, 2, 51 litem moverim:

Negótium ad me hoc áttin*et* aurárium:

Trinummi autem v. 330 verum esse iambum *eget* credo:

Quíd is? egetne? *Egét*. Habuitne rem? Hábuit. Qui eam pérdidit?

Quae si probabilitatem habent, simul intelligitur non sollicitandum fuisse Trin. 206:

Quod quísque in animo habét aut habiturúst, sciunt: cui versui quo tempore inserto *aut* succurrendum putavi, omnem legem illam nondum investigaveram. Dubitare tamen quam quicquam confidentius affirmare de producta *dat* forma praestabit: cuius etsi unum exemplum libri Rud. IV, 1, 9 praebent, de quo in Parergis dictum t. I. p. 430, alterum, sed id non uno nomíne ambiguum, prolatum est e Most. III, 1, 72:

Moléstus ne sis: némo dat: age quód lubet:

tamen brevis in *dare damus datis* vocalis facit ut sat gravis scrupulus animo insideat, quanquam non impediit illa sane quominus et *das* et *det* produceretur. Sed quae ne rationis quidem societate ulla cum exemplis adhuc tractatis continentur, ea noli vel defendere vel excusare. Apage igitur *uendidīt uenibīt uidīt percipīt obtigīt seruabīt* et si quae sunt similia. Nec enim arsis, cuius in hac caussa iactari potestas solet, ullam ad producendum vim habuit in Plautinis versibus veterique Latinorum poesi universa, nec omnino tale quid unquam nisi eis condicionibus factum est, quibus licuit et quamlibet brevem syllabam pro longa substituere et plerumque etiam hiatum admittere h. e. cum in mediis tetrametris iambicis et anapaesticis, item in creticis*), tum ubicunque fortior interpunctio (quo potest etiam exclamatio pertinere, sed nequaquam quaelibet exclamatio pertinet), praesertim cum personarum mutatione coniuncta, pausam fieri pronuntiandi sive iubet sive patitur. Vnde intelligitur non tam ad prosodiacam doctrinam hoc spectare quam ad ipsam metricam. Velut Trinummi v. 584. 586:

*) Quo pertinent de *mihī egō* et similibus supra disputata p. CLXX.

Nam cértumst sine dote haút *dare*. ST. quin tu í modo.
Meam néglegentiam. ST. í *modo*. LE. nulló modo.

Quo illa quoque exempla refero, in quibus si illiusmodi syllabas pro brevibus haberemus, valde ingrata diremptio tribrachi fieret, ut v. 941. 1179:

Súb solio *Iouis*? SY. ita dico. CH. e caélo? SY. atque e medió quidem.
Quís id *ait*? LY. ego. LE. tún uidisti? LY. et túte item uideás licet.

Quorum versuum priorem non sine summo elegantiae detrimento sic dimetiare una syllaba auctum:

Súb solio Iouis: íta dico: e caelóne: atque e medió quidem. —

Aut talia autem vel cognata, aut corrupta, quae allata vidi, sunt omnia. Quid enim mirum si in centenis versibus multis modis corruptis aliquoties corruptela etiam eo valuit, ut brevem pro longa syllaba librarii inferrent? Et plerumque tam est prompta atque evidens emendatio, ut mirere quenquam fugere potuisse. Velut cum Capt. prol. 9

Eumque hínc profugiens uéndidit in 'Alide

egregie Beckerus de com. Rom. fab. p. 108 emaculavit revocato *uenum dedit*, quod similiter a librariis obscuratum est atque alibi *uenire* pro *uenum ire* substituerunt: id quod subtiliter Fleckeisenus nuper docuit. Non maiore opera Stichi II, 2, 60 restituitur:

Iám *ego* non facio aúctionem: *nam* óbtigit *mi* heréditas.

In Menaechm. v, 5, 22 autem pro *percipit insania* ipso reposito coniunctivo scribe:

quid cessás dare
Pótionis aliquid, príusquam pércipi*at* insánia.

Alia exempla ceterarum emendatione fabularum tollentur. Sed ad Terentianum *aúgeát indústria* defendendum non utar hac demonstratione: ubi cum Bentleio prorsus desidero *uostra* pronominis notionem, elapsi autem versiculi alicuius video etiam alia exempla proponi posse, ut

Bonitasque adiutans, quae antehac in uobis fuit:
Bonitasque uostra, quae alias adiutrix fuit.

Nunc autem, postquam cum locum, qui est de correptione longarum vocalium, ita uti fecimus pertractavimus, simul apparet cur brevium vocalium productioni nullum omnino locum in prosodia quidem Plautina concedamus, sed tantum aliquem in metrica.

CAPVT XIV.

Quibus autem condicionibus syllabam ancipitem, eisdem admitti hiatum constat. Nihil igitur suspicionis Trinummi haec exempla habent, quibus proditum in libris hiatum partim servavi partim revocavi, v. 273. 432. 907. 1059. 1071. 1185:

Glóriam et *grátiam: hóc* probis prétiumst.
Tempúst *adeundi.* LE. *éstne* hic Philto qui áduenit.
Lúbet audire. SY. illi édepol *illi* — *illi* — uae miseró mihi.
Éo domum. CH. heus tu, asta ílico. *audi, heús* tu. ST. non sto. CH. té uolo.
Sátin' ego oculis pláne *uideo? éstne* hic an non ést? is est.

Míseria una uní quidem hominist *áffatim*. CH. *immo*
huíc parumst:

quo versu qui verbis transpositis *immo huic est parum* scripserunt, suaserunt quod concinnitas dissuadet inter hunc et proximum versum intercedens: *Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parumst.* Servari hiatus etiam v. 790 potuerat:

Patérni signum *nósse*. ME. *etiam* tú taces:

nisi tam frequens in codicibus *nosse* et *nouisse* (ut v. 957), *noris* et *noueris* (ut v. 952) formarum permutatio esset eaque in utramque partem valens, ut ista quidem vix ulla mutatio esset.

Omnino enim qui recte iudicare de hiatu volet, hoc imprimis teneat oportet, non aliquam elegantiam hiatum interpretandum esse, qua delectati sint poetae et quam dedita opera sectati sint, sed licentiam quam indulserint sibi, ubi non nimis habere offensionis videretur. Cum autem hiatus omnis nulla alia in re consistat nisi in neglecta contiguorum vocabulorum ea sive elisione sive synaloepha, qua adeo assueuisse linguam latinam scimus, *nemo ut tam rusticus esset qui vocales nollet coniungere,* ut ait Cicero Orat. §. 150: consequitur minus offensionis hiatum ibi habere, ubi illiusmodi synaloepham ipsius vocis pausa aut non patiatur fieri aut patiatur non fieri. Quanquam hanc bipertitam consecutionem, quam ratiocinatio commendat, fatendum est non comprobare usum. Nam ut uno verbo dicam, etiam quae nobis quam maxime necessaria videatur pronuntiandi pausa, tamen necessitatem quidem negligendae elisionis vix unquam habuit. Causa enim intermissae pronuntiandi con-

tinuitatis cum aut in sententiae aut in numerorum rationibus posita sit: numeri quidem pausas nemo nescit eam tantum vim habere ut admittant hiatum, non ut requirant unquam. Sed ne a sententia quidem plus quam excusationem hiatui paratum esse evidentissime eorum exemplorum multitudo docet, in quibus vel fortissima interpunctio minime impediit quominus vocales coalescerent. Non potest (si a singularibus quibusdam exemplis recesseris) gravius divortium sermonum cogitari quam quod fit mutatione personarum: et tamen haec ipsa tantum abest ut non admittat elisionem, ut raro neglectionem elisionis admiserit. Duo triave e Trinummo exempla supra posui: in contrariam partem eiusdem fabulae circiter quinquaginta valent huiusmodi:

Quid edímus nosmet *póstea?* LE. *etiam* tú taces?
Si quíd uis *Stasime.* ST. *huc* cóncede aliquantúm. PH. licet.
Ei rei árgumenta *dícam.* PH. *audire* edepól lubet.
Quíd is? *egetne?* LY. egét. PH. habuitne *rem?* LY. hábuit. PH. qui eam pérdidit.

Atque talium frequentia eo maiorem ad hanc caussam universam recte iudicandam vim habet, quo aegrius nos hodie perspicimus, qui tandem veterum ars illud praestiterit omnino, ut non unius hominis ore prolatae vocales coirent pronuntiando: quod quidem nunc non persequar.

Similis autem, quanquam non tam evidens argumentatio duci ex exclamationibus poterit. Nam etsi nunquam sane vel monosyllaba *o oh ah ha uah heu hei au eu* vel *aha vaha eheu* (Trin. 503) elisa sunt: tamen non talia

tantum, quale est *hercle*, sed etiam *eho* et *eia* vel *heia*, quae suapte natura iubent inhiberi vocem, haud raro cum insequenti vocali coalüerunt. Velut *eho* cum alibi tum Epid. IV, 1, 40 *eho istinc*, Poen. I, 2, 51 *eho amabo*, ib. 121 *eho an irata's*, IV, 3, 14 *eho an iam*, Rud. II, 7, 20 *eho an te paenitet:* nam Trin. 943 insiticia est ea particula ut alibi aliquoties, Poenuli autem V, 3, 17:

Eho, an hŭius sunt illae fíliae? GI. ita uti praédicas

(sic enim scribendum) probandi vi caret, quod non raro *eho* ut epiphonema extra versum positum est, ut Trin. 934. 942. Pariter elisum *eia* habes velut Cas. III, 6, 4. Truc. I, 2, 91, quem Ambrosianus iubet ita restitui una cum proximo:

AS. *Eia*, haút itast res. DI. ăin tu eam me amáre?
AS. immo unice únum.
DI. Peperísse eam audíui. AS. ah, óbsecro, tace Diniarche. DI. quíd iam.

Quo tamen non retulerim cum LACHMANNO prooem. ind. lect. Berol. aest. a. CIƆIƆCCCXXXXVII. p. 6 Persae versum II, 2, 30, quem ille sic dimetitur*): *Heía. heiá. tuo éx ingenio,* ego sic potius:

*) Cum eodem Lachmanno aegre fero mihi etiam de aliorum versuum quorundam mensura non satis convenire. Velut parum expedio qua mensura decurrere hunc voluerit: *Pecuniae accipiter auide atque liuide.* Nec, si quid video, probabiliter ille Amph. I, 1, 188 et Most. IV, 2, 59 descripsit, qui mihi videntur his accentibus notandi fuisse:

'Aine uero? 'Aio enimuero. Vérbero. Mentíre nunc:
'Aio. Atque eam manu émisisse. 'Aio. Et postquam eius hinc pater:

nisi quod in priore non fero *aine*, sed reponendum puto *Ăin tu uero.* Commemoravi autem haec propterea ut, si forte de eis ratio me fefellerit, quam fateor adhuc me credidisse certissimam, meliora a praestantissimo eodemque carissimo viro edocear.

Heia, heia, tuo éx ingenio móres alienós probas:
quando in longam syllabam non magis demonstrari potest *heia* exiisse quam *eho,* pro quo *eho tu* Ambrosianus praebuit Trin. 55. Ceterum cum cessare vocem etiam ante interiectionem consentaneum sit, tamen vel sic elisio haud cunctanter admissa est, ut Trin. v. 536. 870. 963. 1072. 1059:

Alii se *suspendére. en* núnc hic, quoius est.
'Aperite hoc, *aperíte. heus,* ecqui his fóribus tutelám gerit?
'Adgrediundust híc homo mi *astu. heus,* Páx, te tribus uerbís uolo.
Cérte is est, is ést *profecto. o* mí ere exoptatíssume.
'Eo *domum.* CH. *heus tu, asta ílico: audi* e. q. s.

Quorum versuum extremo nec mutatio personae nec vis exclamationis nec f i n i s s e n t e n t i a e obstitit elisioni. Nam profecto etiam cum mutatae personae vel exclamationis pausa non coniunctus ipsius enuntiationis finis, si rationem consulimus, non suadere tantum, sed flagitare pronuntiationis intervallum videtur: et tamen in hoc quoque tertio genere elisionem tantum abest ut reformidarint poetae, ut rara sint hiatus exempla. Et in Trinummo quidem nullum: in contrariam partem valentia circiter viginti quinque, velut (praeter antea allata, in quibus exclamatio accedit) v. 195. 376. 681. 692. 717. 795. 826. 996. 1018. 1139. 1150:

Istúc uolebam *scíre. i* sane núnc iam.
Tŭa re *salua. hoc* pácto ab illo súmmam inibis grátiam
Mĕam sororem tíbi dem suades *sine dote. at* non cónuenit.

Quis me improbior pérhibeatur *ésse? haec* famigerátio.
'Abiit hercle *ille. écquid* audis, Lýsiteles? ego té uolo.
Inspéctasque *esse. in* hŭiusmodi negótio.
Spúrcificum, immanem, íntolerandum, *uésanum. ego* contra ópera expertus.
'Vt sciat se *pérdidisse. ego* ábeo. male uiue ét uale.
Mémoriae esse *oblitum? an* uero, quía tu cum frugi hóminibus.
Nímis pergraphicus *súcophanta. is* mille nummum se aúreum.
Sólus sto, nec quód conatus sum ágere, *ago? homines* cónloquar.

Quibus propinqua haec sunt: v. 391. 590. 624. 704. 746. 799. 1068. 1108.

Ergone, qui tam rarus hiatus ibi fuit, ubi pausa quaedam vocis non tantum offensionis nihil sed adeo plurimum commendationis haberet, eumne, ubi ab eadem parte ne excusationis quidem quicquam paratum est, patienter toleratum esse existimabimus et praeter rationem pausam pronuntiandi placuisse ubi sententiae nulla esset? Et hoc ut artis fuerit? et Plautinae artis, cuius tantam in reliquis partibus senariorum septenariorumque condendorum omnibus elegantiam merito admiramur? Aut hoc praeposterum et incredibile, aut nihil. Nec vero diversa ratio est eorum exemplorum, in quibus vocis intervallum quoddam non e sententia, sed e numeris aptum est. Longe creberrimum esse hiatum in mediis tetrametris iambicis constat: non rarum in anapaesticis creticisque: nec eundem a mediis trochaicis septenariis artis consuetudo exclusit. Ve-

rum hic qua eum temperantia admiserit, multo etiam manifestius similis, quam qua supra utebamur, computatio versuum ostendit. Septenarios enim trochaicos cum Trinummus plus quingentos complectatur, quoties in tanta multitudine poetam putas ea, qua licebat sat saepe, libertate reapse usum esse? Tria huc exempla e supra allatis referre poteris v. 907. 1059. 1071: quorum ambigua vis est, quoniam cum numerorum pausa coniuncta est, qua sola satis defenditur hiatus, orationis institio. Praeter illa in tota fabula non plures quam sex septemve versus exstant, in quorum caesura hiatum scripti libri testentur vel potius testari videantur: e quibus ubi eos dempseris, quorum aut nulla aut suspecta fides, aliquanto etiam pauciores restabunt. Pari utrumque genus proportione in Bacchidibus est: in qua fabula e plus trecentis septenariis trochaicis hiatum ex Hermanni recensione sex admiserunt: v. 55. 362. 396. 399. 414. 415, praeterea octonarii duo 580. 582. Vnde satis puto apparet, quam non sit in deliciis habitus vel maxime legitimus hiatus. Quo magis cauto opus esse intelligitur, ne quod fieri potuisse concedendum sit, cupidius credatur factum esse revera. Quae cautio quas in partes valeat quamque subtilem diiudicationem habeat, ipsius Trinummi exemplis declarare licet, quae haec sunt v. 311. 606. 613. 652. 990. 1025. 1124:

Nímio satiust, út opust, te *ita ésse,* quam ut animó lubet.
Nón credibile dícis. At *tu édepol* nullus créduas.
Póstremo edepol égo istam rem ad *me áttinere* intéllego.
'Atque istum ego agrum tíbi *relinqui ób* eam rem enixe éxpeto.
Vápulabis meo *árbitratu ét* nouorum aedílium.

> Nísi etiam labórem ad *damnum áppenam* epitheeam
> ínsuper.
>
> Haé sonitu suó mihi *moram óbiciunt* incómmode.

Ex his exemplis tam certum, ut non possit sat leni mutatione removeri, nullum est praeter sextum, cui ego quintum socio, quantumvis ibi facilis sit *arbitratu meo* transpositio: de reliquis omnibus varias ob caussas esse dubitandum puto. Atque septimus versus cur sit sine mora hinc relegandus, supra docui p. CLXX. De quarto non dubitarem, nisi aliud ipsa codicum vestigia suaderent, de quibus p. LXXII. dictum. Tres autem primos versus nego hiatui admittendo omnino sat commodos esse: ad quem etsi minime requiro graviorem aliquam orationis institionem, tamen altera ex parte consentaneum est repugnare hiătui i. e. cessationi vocis tales verborum constructiones enuntiatorumque conformationes, quibus eae ipsae voces, quas discriminet hiatus, ligentur potius et continuae pronuntiationis necessitate vinciantur. Nihil eiusmodi in reliquis vel Trinummi vel his Bacchidum exemplis hiatui obstat:

> 'Atque ecastor áput hunc *fluuium áliquid* perdundúmst
> tibi:
>
> 'Ibi cursu luctándo, *disco, hásta,* pugitatú, pila:
>
> 'Inde de hippodromo ét *palaestra úbi* reuenissés domum:
>
> 'It magister quási *lucerna úncto* exspreta linteo:

immo aptissima hiatui esse membra orationis apparet. Contra dispesci *te ita esse* et *at tu edepol* eo minus licebat, quod haec verba fortissima interpunctio praecedit, illa lenior, sed interpunctio tamen sequitur. Itaque etsi nullo negotio transponi *nullus edepol* potuit, tamen ad elapsam po-

tius syllabam librorum scriptura *tua edepol* spectare visa est (nam *aedepol* pro *edepol* quam frequens est in noviciis *FZ* libris, tam est in antiquis insolens), e qua *tute* cum Bothio effecimus. Illa autem, *út opust té ita esse,* ipsa vis sententiae et artis ratio flagitabat ut sic collocarentur mutato accentu *út opust íta te esse:* reliquum igitur erat ut *d* adiiceretur. Eiusdem litterae adiumento licebat tertio versu, quae ipsa constructione iuncta sunt, pronuntiando quoque coartare *istam rem ad med attinere:* elegantius tamen visum est *ad me* verba intendi ante *rem* collocata. Dubitari potest de Bacch. 430:

Vérum ingenium plús *triginta ánnis* maiust quam álteri,

ubi nec tam commoda, quam in *lucerna uncto exspreta*, vocabulorum inter se constructorum diremptio est, et perfacilis transpositio *maiust annis*.

Tanta igitur cum fuga hiatus fuerit locupletissima excusatione muniti, quibus tandem machinis non excusabilem hiatum tamen defensum ibis? Scilicet quod a c a e s u r a tetrametris, idem ab eadem caesura praesidium fuerunt qui paratum esse hiantibus senariis vellent. Qua comparatione nihil cogitari alienius potest. Adeo enim nihil similitudinis inter utramque caesuram intercedit, quod quidem ad minuendam hiatus offensionem valeat, ut diversissimis generibus discretae sint. Quod discrimen recte senserunt qui alteram tantum caesuram, diaeresim alteram vocarunt, quanquam nec veterum auctoritate et aliam ob caussam meo iudicio non satis probabiliter. Sed de nomine utcunque statues, re interesse plurimum apparet, versus incisione aliqua ordines rhythmici serventur an consulto dissecentur. Quodsi ser-

vantur, ut in tetrametris omnibus, nihil offensionis vel hiatus vel in arsi syllaba anceps habet, quippe in exitum ordinis rhythmici incidens: contra in senarii iambici caesura, ut quae in medium ordinem rhythmicum incidat (quando iambicos esse iambici versus ordines oportet, non trochaicos), hiatus locum non habuit. Quam caesurae vel vim vel non vim ficticiam non esse luculenter hinc apparet, quod sicubi caesuram vel trochaicus vel longe plurimis exemplis iambicus tetrameter non post octavam habet sed post nonam syllabam h. e. non in fine rhythmici ordinis sed in medio ordine, non unquam hiatui locus concessus est. Quodsi in creticis versibus hiatum vel syllabam ancipitem non principalis tantum caesura totius versus, sed singulae caesurae podicae admiserunt, quod factum esse constat*), hoc e singulari natura cretici numeri repetendum est, cuius singuli pedes tanquam catalecticos ordines efficiunt, sed ad iambicorum versuum trochaicorumve ordines nullo pacto transferendum. Quo tamen gravi errore irretiri se Lingius passus, dum trochaicis ordinibus iambicos versus dimetitur, eo pervenit ut non modo in caesura senariorum, sed in fine cuiusque dipodiae trochaicae sive iambicorum sive trochaicorum versuum legitimum esse hiatum sibi persuaderet. Qua

*) Quanquam non est quovis pacto factum. Nam etsi in Hermanniana descriptione eorum versuum, qui nobis sunt Trin. 247 sq., recte hic se creticus habet:

'Ibi pendentém ferit: iam *ámplius* órat,

tamen in brevem vocalem desinens vox dactylica non potuit pro cretico substitui v. 251:

Nóx datur: dúcitur *fámilia* tóta:

quod genus elegantia artis respuit.

doctrina etsi modum veritatis prorsus excessit, tamen etiam longius progrediendum esse Beckerus (p. 106) ratus calidius praecepisse Lingium dixit: addendam enim penthemimeri certe hephthemimerem esse, ut in qua non plus quam in illa offensionis hiatus haberet. Reliquum erat ut ea doctrina perficeretur et omnino nullus in ullo versu locus esse diceretur, quin ab elegantiae nimirum et concinnitatis et perspicuitatis studiosis poetis legitimi scilicet hiatus ornamento aliquando condecoratus esset. Atque hoc quicquid est laudis sibi non sunt eripi passi Lindemannus cum suis congerronibus: quos posteaquam leniter perstrinxi Musei philol. t. v. a p. 136 ad 142, nunc iterum defricare nolo. In quos apprime conveniunt quae ante hos CXXII. annos iusta indignatione, et tamen frustra ut nunc apparet, Bentleius pronuntiavit: 'Nimirum hi non ipsos poetas, non artem et rhythmi genium, sed librarios sibi duces sumunt: et tot fere licentiarum species sibi fingunt, quot in toto Plauto Terentioque vitiosae lectiones nunc restant, unique loco qui emendandus erat, ex altero aeque mendoso patrocinium quaerunt.' Qui quidem viderint, qui se civibus suis commendare potuisse eum poetam dicant, cuius ars cum vitae usum et familiaris sermonis consuetudinem repraesentaret, illud tamen negligeret quod Cicero Orat. §. 152 dicit '*nobis ne si cupiamus quidem distrahere uoces conceditur*.'

His autem verbis quae continuat Cicero: 'Indicant orationes illae ipsae horridulae Catonis, indicant omnes poetae praeter eos, qui ut versum facerent saepe hiabant: ut Naevius *Vos qui accolitis Histrum fluuium atque algidam*, et

ibidem *Quam nunquam uobis Graii atque barbari.* at Ennius semel *Scipio inuicte.* et quidem nos *Hoc motu radiantis etesiae in uada ponti.* hoc idem nostri saepius non tulissent, quod Graeci laudare etiam solent': haec igitur Ciceronis verba cave ne omni lege solutis versibus Plautinis et hiantium vocalium multitudine deformibus ullo modo patrocinari putes. Et Naevium quidem illos in senariis (tragicis ut videtur) revera admisisse hiatus credendum esse Ciceroni videtur: tametsi facile fuerat vitato hiatu scribere *Graii uobis* *) nec testimonia desunt quibus, quam corruptis codicibus iam Tulliana aetas usa sit, doceamur: tam enim insciti poetae ille potissimum hiatus est *qui accolitis,* ut qui de mendo scripturae suspicetur, non sit me iudice inclementius increpandus. Sed esto, ut sic hiaverit Naevius. Opponi autem bonorum peritorumque poetarum multitudini, qui non nisi consulto et certis condicionibus rarum hiatum ut Ennius sibi indulgeant, tales poetas apparet, quos artis inopia eo adegerit ut si vellent versus efficere omnino, et crebros hiatus et promiscuos etiam nolontes sibi elabi paterentur: qualis fuisse Naevius dicitur. Nam etiam genere prorsus diversi sunt Naeviani hiatus illi *quí accólitis* et *Gráiĭ átque,* atque Graecorum exemplo probati *Scípiŏ inuicte* (quae verba vocalis sequebatur) et *etésiæ in:* ad quod genus solum ultima verba Ciceronis spectant *hoc idem nostri . . . . sólent.* Iam vero quid est tandem, quaeso, cur cum Naevio potius quam cum eis, qui non sordere Nae-

*) Nam ex eo, quod talia ut *Grai* Lachmannus nuper docuit non esse solita elisionem pati, minime consequitur ut pati hiatum sine artis offensione potuerint.

viano more maluerunt, Plautum vel nos sociemus vel cogitatione sociasse Ciceronem putemus h. e. eum scriptorem qui negligentioris artis exemplo Naevio utatur, non utatur Plauto? Nam ex eo, quod cum ipso Ennio nec poesis genus nec cum hoc coniunctum genus hiatus Plautus commune habet, non consequitur profecto negligentiam eum cum eo poeta communem habuisse, quocum poesis genere, sed ut recentior cum vetustiore coniunctus est. An similem atque in Naevio fuit artis inopiam vel in hiatuum licentia vel in aliis partibus poeticae non centeni, sed milleni versus Plautini produnt tanta et facilitate fusi et concinnitate elaborati, ut meo sensu etiam superent Terentianam industriam et aliquanto molestiorem lucubrationem? In quibus, si nihil a Naevianis differrent, quid tandem admiratos esse illos existimabimus, de quibus Horatius:

At nostri proaui Plautinos et numeros et
Laudauere sales —?

Cui iudicio etsi non subscripsit Horatius cum eis omnibus, quorum in diversissimis rationibus innixa nova ars prorsus opposita veterum arti fuit, tamen ex ipsis veteribus veterumve artis studiosis quis unquam simili atque Plautum elegantiae laude Naevium cumulavit? quis Naevianos numeros admiratus est? Qui quidem poeta quid mirum si ab Saturniorum rudi et inculta specie profectus, in quibus huiusmodi multa admisisset, ut

Onerári*aé o*nústae stábant ín flústris

(v. Mus. Rh. nov. v, p. 247), aliquid consolitae asperitatis ad politius genus transtulit? Nec enim ullo modo, qui Naevio Plautum citius compararunt, quanto utriusque poetae ars universa intervallo distet, satis reputasse videntur.

Paullo diligentius enarranda esse Ciceronis verba putavimus quam factum est a Lomano Speciminis critici in Plautum et Terentium, quod Amstelodami a. CIƆIƆCCCXXXXV. edidit, p. 21 et 25: ubi tamen de hiatu saniora praecepit quam post Bentleium et Hermannum a quoquam prolata vidi. Ceterum nec vitiosum et frequentissimum illum esse hiatum inter omnes constat, cum monosyllabae voces, sive in longam vocalem*) sive in *m* consonantem exeuntes, dum priorem syllabam solutae in duas breves arsis efficiunt, accentu intensae corripiuntur. Quod genus hiatus tam certam in veteri poesi Latinorum omni sedem habuit tantaeque ipsis poetis voluptati fuisse videtur, ut etiam ubi eius necessitas nulla esset, tamen liquescenti vocalium pronuntiationi haud cunctanter praetulerim, idque eo confidentius, quod ea ratione simul licebat longe usitatissimam *ille iste esse* vocabulorum correptionem servare**): nam talia sunt, quae illam mensurae ambiguitatem admittant. Ergo cum per se nihil intersit, *quem ésse corruptúm uides* an *quém ěsse corruptúm uides* v. 116 pronunties, hoc tamen visum est praeferendum esse, eademque ratione *cúm illis*, non *cum illis* v. 203, *dúm illut* 211, *quóm illi* 342, *quém istas*

*) Longis vocalibus etiam diphthongos comprehensas esse volo ut *quae* et *quoi*, de quo p. CLXXII. dictum. Nec fortasse hinc exclusam esse *seu* particulam significavi p. LXXXV.

**) Quae una caussa satis fuit, cur etiam, ubi nullus vocalium concursus, sed similis pronuntiandi ambiguitas, probarem velut v. 371 *si quid áb illo accéperis* prae hac mensura *si quid ab íllo accéperis*, item v. 372 *eo patér: pol égo istam* prae *pol ego istam*, 866 *míhi ille* prae *mi ílli:* quanquam a sententia hic plena *mihi* forma non ut alibi requiritur, e. c. v. 588 in verbis *potissumum mihi id óbsit*, ubi absonum sit delitescere pronominis notionem.

951, *quóm ille itast* 1170, item *dé illo* 134, *né ille ex* 318, *dé istoc* 567, *né istaec* 738, *né ille exaudiat* 754. Quid? quod fortasse (nec enim dubitationem ipse celo) illorum societate licuerit etiam bisyllaba comprehendere, quae synizesi monosyllaba facta, ut monosyllaborum exemplo elisionem, ita hunc quoque hiatum passa sint. De quo ut quaerendum esse significarem, v. 636 verba sic notavi *mĕam ego cónspició mihi,* ubi potueram sane sine ulla offensione *méam ego*. Et haec quidem omnia ἀδιάφορα: nisi quod nemo non sentit clumbi versus principio *Quom ille itást* praestare *Quóm ille itást*. Quemadmodum autem in quibusdam exemplis non elidi monosyllabam vocem ipsa ratio iubet: quis enim haec quae infra posui (v. 979. 1092. 1104) aliter nisi sic intensis notionibus pronuntiabit:

Dúm ille ne sis quem égo esse nolo, sís mea causa quí lubet:
Tíbi petam. Res quom ánimam agebat, *túm esse* offusam opórtuit:
Vidébis *iám illic* náuem qua aduectí sumus:

ita alia sunt quae vix patiantur negligi elisionem. Nam et v. 30 perversum sit *dum* intendere depresso *illi,* in quo est vis oppositionis:

Set *dum illi* aegrotant, ínterim morés mali:

et v. 1005 vi omni carens *qui* pronomen non magis sinit *quí ˘illut* pronuntiari quam *éum ĕsse* v. 1170:

Quóm ille itast ut eum ésse nolo, id crúcior . . . . .:

ubi etsi de meo addidi *eum,* tamen id prorsus flagitat loquendi consuetudo Plautina, plane ut v. 307:

Vtrum itane esse mauelit, ut eum animus aequom censeat,

An ita potius ut parentes eum esse et cognati uelint.
Simul autem et *Quóm ille itast* illud et *Dúm ille ne sis* v. 979 documento esse possunt, severius quam verius sic statui, ut proxima post solutam arsim syllaba necessario esse longa dicatur. Est ea plerumque longa: sed nec necessitatem hec habet nec aliam caussam, quam quod omnino in trochaicis tribracho longe frequentior est anapaestus, in iambicis tribracho ipsoque iambo frequentior spondeus vel dactylus.

Perraro autem monosyllaborum licentia illa videtur etiam ad polysyllaba translata esse. Non Plautus fuit, sed recentior aliquis, a quo prol. Merc. 4 *uidí amatóres fácere* profectum esse non ausus sum negare Parerg. I, p. 18. Ab Hermanno probari video correptum in bacchiaco ante vocalem trisyllabum *cogita* Poen. I, 2, 31:

Sorór cogit*á a*mabo, itém nos perhibéri.

Hinc defendi potuerat in Trin. 272:

Bŏni sibi haec éxpetunt: rém, fid*em*, *ho*nórem,

ut -*dĕm ho*- sint pro una longa: nisi perfacile post *em* excidere *et* potuerit. In Mostellariae versu IV, 2, 33:

Quoí homin*i*? PH. *e*ro nóstro: quaeso, quótiens dicundúmst tibi

non sunt pro anapaesto -*ni ero* syllabae, sed *ni* producitur, una autem syllaba pronuntiatur *ero*, ut in anapaestico Stichi II, 1, 40:

Nimis uéllem hae fores *erum* fúgissent:

de quo cap. XI. dictum.

Atque hi quidem hiatus in a r s i, si modo fiunt, fiunt omnes: quibus multo etiam incertiores sunt qui admissi esse

in *thesi* putantur. E quibus minus dubitationis quam reliqui illi habent, cum anapaesticae anacrusis prior syllaba monosyllaba voce constat in longam vocalem desinenti, quae ante insequentem vocalem, sed in ipsis anapaesticis versibus, corripiatur. Assentiendum enim Hermanno videtur tales correptiones cum hiatu coniunctas defendenti Stich. II, 1, 50. Aul. IV, 9, 3. 5. Bacch. 1126. 1154:

Quid istúc est? Quas *tŭ* edés colubras? . . . . .
. . . . equidém *quŏ* eam aut ubi sim aút qui sim.
. . . . demónstretis *quĭ* eam ábstulerit.
. . . . *sĭ* amánt, sapienter fáciunt.
. . . . *tĕ* amábo atque amplexábor.

Sed etiam in trochaicis iambicisque versibus alteram solutae arsis syllabam sic esse cum hiatu correptam nondum potui mihi persuadere: non id aliam ob caussam, quam quod talium exemplorum nimia in circiter viginti milibus versuum paucitas est. Itaque vehementer dubito num *dúă unum* et *túă infamia* satis fidei habeant Bacch. I, 2, 17 et III, 1, 14, qui versus nescio an sic non incommode scribantur:

Dŭae *me* unum expetitís palumbem: *iám* arundo alas uérberat:

Tŭa *tu* infamiá fecisti gérulifigulos flágiti:

nam in priore *perii* potest interpretis esse proverbium explicantis. Non difficilius est inserto *ego* Merc. V, 2, 4 tollere *dómĭ erat:*

Dómi erat quod ego quaéritabam: séx sodalis répperi.

Quanquam de hoc singularem ob caussam cautius iudicandum est. Nam cum eadem ratio, qua continentur *mé habes* et *nám habes,* inter *dómĭ est* et *dómŭm est* intercedat, ta-

men cum hoc postremo quod comparari queat, ex undeviginti fabulis Plautinis nihil recordor, in una Mercatore scio tria exempla exstare I, 2, 69. II, 4, 11. V, 2, 47:

Túam amicam. Quíd eam? Vidit. Vídit? uae miseró mihi.

Túam amicam. Nímium multum scís. Tuis ingrátiis.

Túam amicam. Quíd eam? Vbi sit, égo scio. Tune, óbsecro.

Tam haec gemella sunt, ut de integritate scripturae vix liceat dubitare. Itaque hoc omne illius quaestionis opportunitati reservandum est, qua quid in Mercatore a Plautino ingenio et usu abhorreat, expendetur accuratius.

Restat ut theticam syllabam trochaeorum iamborumque negem ullum unquam hiatum (nisi eis quas ab initio capitis tractavi condicionibus) recepisse, sive illam longa sive brevi vocali terminatam. Nam hos hiatus qui deosculantur et in sinu fovent, sunt hi illi ipsi 'licentiarii', quos supra dixi ad eam perfectionem inchoatam ab aliis doctrinam adduxisse, ut nullum versus locum non admittere hiatum dicerent. Qui viderint ne ab eis vincantur, qui non ferendos esse hiatu carentes versus demonstraturi sint. Cum taeterrimo in arsi hiatu non magis tolerabilem theticum libri sociant contiguis Trinummi versibus 540. 539:

Sués moriuntur ángin*a* *a*cérrume:

Nam fúlguritae súnt altern*ae* *á*rbores.

Quem cave his exemplis defensum eas Amph. I, 1, 119. Bacch. II, 3, 73:

Néc iugulae neque uésperugo néque uergili*ae* *ó*ccidunt:

Qui illíc sacerdos ést Dian*ae* *É*phesiae:

ut in quibus excusationem a nomine proprio*) (nam ipsum *uergiliae* est pro proprio) hiatus habeat, ut in *Esquilinae alites* (cui non conferendum dispari ratione nitens *ínsulae 'Ionio.*) Neque enim *ae* diphthongi naturam habuisse quod aspernaretur sive elisionem sive synaloepham, cui opinioni favere *castaneaé hirsútae* illud facile videatur, cum Vergiliana *Tyrrhenae acies* et *totae adeo conuersae acies* ostendunt tum Plautinorum multitudo exemplorum arguit: *incolae accolae áduenae omnes* Aul. III, 1, *epulae a* Trin. 471, *glabrae en* ib. 541, *gloriae aut* 829, *procellae infensae* 836, *memoriae esse* 1018, *nostrae aedes* 1080, alia**). Cum istis autem, *uergiliae occidunt* et *Dianae Ephesiae,* pauca illa exempla conferenda sunt, in quibus thesis cretici pedis hiatum habet, non brevi vocali, sed longae correptione effectum, quanquam non proprii nominis natura excusatum, verum satis tamen excusatum lentioris enumerationis pausa aliqua: ut

'Arte gymnástica, dísc*o*, *ha*stís, pila,
Cúrs*u*, *a*rmís, equo.

Quod genus, pertinens illud etiam ad senarios septenariosque numero paucos, Hermannus tractavit Elem. doctr. metr. p. 207. coll. 190, et in nupera Epitomae editione p. 34.

*) Quid intersit, cum supra p. CLXXVII. dixi nullam ab insequenti *Epignome* nomine excusationem productum *agitūr* habere, non videor explicare debere. — Ceterum scripturae in Amphitruonis versu integritatem Varro testatur de l. l. VI, 6 et iterum VII, 50.

**) Quemadmodum igitur et elisionem et ut supra diximus correptionem cum hiatu coniunctam (*quaé amat* Bacch. 342) *ae* diphthongus admisit, ita in *oi* quoque vel *ui* diphthongum cadere utrumque consentaneum est: unde non tantum *quoí homini* tutati sumus p. CLXXII, sed etiam *quoi imperes* cum *sta ilico* collatum p. CXXII: ubi solas *seu neu* particulas ab elisione exclusimus. Adde e Bacch. 392 *id quoi obtigerat.*

Magna tamen cautione opus est ne pausam orationis confingas ubi nullus ei locus. Velut Militis initio probabilitatem nec haec mensura

Praestríngat oculorum áciem in ácie hóstibus,

nec haec habet, quanquam ab accentuum varietate*) praestabilior,

Praestríngat oculorum áciem ín acie hóstibus:

sed aliquid excidit, quod puto hoc esse:

Praestríngat oculorum áciem *acri* ín acie hóstibus.

Ac ne illi quidem Asinariae scenae IV, 1, quam designavit Hermannus, tantum hiatuum, quantum libri prodiderunt, me concedere iam supra ostendi p. CLXXIII. Ceterum sublati a nobis in Trinummo hiatus exempla in illis quaere quae c. VI. et VII. composuimus. Quo praeter alia adde *plácidule ín tabernáculo* pro *plácide in tabernáculo* v. 726 commendatum p. LXXXI.

CAPVT XV.

Difficillima omnium haberi ea quaestio solet, quae est de accentus verborum cum numerorum rationibus consociatione. De qua etsi mihi videor ita disputare posse ut, quibus a principiis profecta quibusque e caussis nata ad

*) Haec quam vim habeat, post Hermannum Opusc. II, p. 284 Lachmannumque in Propert. p. 111 neminem fugit. Eadem caussa fuit cur in Militis versu *qui amico sit amicús magis* supra probaremus p. CXXXII. aliaque alibi multa. Nam quod in contrariam partem Bentleius decrevit in Andr. II, 3, 8. Eun. V, 2, 19. Heaut. I, 2, 18, cum ad ea exempla pertinet quorum diversissima ratio est, tum ne verum quidem omni ex parte haberi potest.

earum legum constantiam ars illa poetarum progressa sit, quibus totum hoc genus admirabilis concinnitatis regitur, planissime intelligatur: tamen amplius id sibi spatium poscit quam quod huic sit praefationi concessum. Itaque huc olim rediturus nunc singularia tantum quaedam tangam, quorum ad ipsam criticam factitandam paullo gravius momentum: ad genus universum recte definiendum paucissimis praemissis. Omnino enim nihil esse falsius potest quam quod veteris Latii posteriorisque aetatis poeticam ita sibi invicem opponunt, ut hanc quantitate syllabarum regi, illam dicant e vi accentus pendere. Quorum tantum prius verum est, cum illic accentus vim propemodum nullam esse constet: alterum ne sic quidem vere describitur, ut cum accentu dicatur quantitatis ratio aliquo temperamento coniungi. Nam tanquam acu res ita demum tangitur, ut etiam veteris comoediae tragoediaeque arti metricae pro fundamento fuisse quantitatis observationem intelligatur, sed eius quantitatis, quae qualis fuerit quibusque rebus a posteriorum saeculorum consuetudine distet, superioribus capitibus declaratum est: cum eius autem quantitatis severitate summa accentus observationem, *quoad eius fieri posset,* conciliatam esse. Prorsus enim utramque rationem exaequare omnino non potuerunt poetae, si modo fieri versus vellent: vel certe tam angustis finibus semet coercere debuerant, ut ad unum modulum centenis versibus cum maxima molestia sua fabricatis non possent non in incredibilem artis ieiunitatem evadere. Eis igitur angustiis ut se expedirent, cum alterutram rationem oporteret paullulum cedere alteri, praerogativam

quidem semper voluerunt quantitatis esse, ad eius autem constantiam accentus observationem modicam accommodarunt.

Exemplo rem declarabo. Nam cum ratio omnis accentus latini duabus legibus principalibus his contineatur: altera, ut quae vocabula hyperdisyllaba paenultimam longam habeant paroxytona sint, quae brevem, proparoxytona: altera, ut ultima syllaba verborum polysyllaborum quorumlibet accentum, ut in lingua barytona, nunquam recipiat: consequens fuit ut, quod ad accentum attinet, vere iambicis vocibus bisyllabis (◡ –́ et item ◡ ◡́) omnino careret latina lingua. Itaque hoc licentiae veteres illi sibi sumpserunt praeter cetera, ut bisyllaborum vocabulorum, quorum brevis paenultima, permagnam multitudinem non sic pronuntiarent ◡́ –, sed contra atque lex accentus postulabat, acuerent in ultima, *uidét uidént**). Quod nisi ita instituissent, ne unum quidem senarium facere potuissent quin eum vel monosyllabo vocabulo terminarent vel hyperdisyllabo quod in dactylum creticumve desineret. Admisso autem in senarii exitum iambico vocabulo rursus pari pe-

*) Cuius rei caussam licet etiam altius repetere. Nam cum cretica vocabula omnia, cuius in vulgari pronuntiatione unus principalis accentus hic est –́ ◡ –, in iambicos trochaicosque versus ne possent quidem aliter nisi sic intrare ut simul ultima syllaba, cuius secundarius tantum accentus quidam, sub arsim caderet priori arsi vi prorsus parem –́ ◡ –́ : in tanta horum multitudine non potuerunt non aures plane assuescere ea ratione, qua brevem paenultimam excipiens longa ultima accentum reciperet praeter legitimam consuetudinem linguae. Hinc igitur, quam facilis velut a *péruidét pérfidám* transitus fieret ad *uidét fidém*, et perspicitur et sentitur facillime.

naria atque multo etiam maiore proximus ante sextum pedem locus premebatur: ne igitur hinc cetera praeter monosyllaba et cretica et certa hyperdisyllaba vocabula excluderentur omnia, ex ultimi pedis licentia consectariam esse hanc alteram voluerunt, ut in paenultimo loco non modo item iambica, sed etiam spondiaca, anapaestica, choriambica, molossica, ionica vocabula (una cum longioribus quae in eos pedes exeunt) acuerentur in ultima syllaba: quae omnia cum aut paroxytona aut proparoxytona in ipsa lingua fuerint, ne versus quidem nisi illa condicione esse oxytona passus est, ut neglectae legi excusatio e concessa legis neglectione parata esset. Sic igitur evenit ut non improbarentur hi versuum exitus, qualium incredibilem esse multitudinem constat:

. . . . . malám crucem
. . . . . morés mali
. . . . . animúm meum
. . . . . íncutiés grauem
. . . . . fúngarís tuum
. . . . . décorarí uolo
. . . . . auáritiám meam
. . . . . reuénissét domum
. . . . . incónsultú meo
. . . . . concrépuerúnt fores
. . . . . cástigátorém tuum
. . . . . récuperátorés dedit

Sed longius etiam eiusdem vis rationis patuit, quippe quae etiam ad tertium a fine vocabulum pertinuerit: quod oxytonum esse ea condicione potuit, ut a binis vocibus ex-

ciperetur item contra consuetudinem linguae oxytonis. Velut Trin. 100. 186. 197. 800:

. . . . . uocánt ciués tui

. . . . . malás famás ferunt

. . . . . meá recté facis

. . . . . utí celés face,

et in Bacchidibus *bonis dicúnt male, utrúm credúm magis, maló fecít suo, eát secúm simul, sinús nostrám senem, Opis Virtús Venus, meá gnató male, ualét sentít sapit.* In quibus omnibus quod eodem pedum ordine spondiaca vox media est inter duas iambicas, id quidem aliunde suspensum est et propriam quandam caussam suam habet. Nam quod egregie Bentleius observavit in Horatii Serm. II, 5, 79, rarum esse in quinto pede senarii iambum pro spondeo, id aliquanto accuratius sic definimus, ut, cum in Trinummo senarii quidem circiter quinquaginta, totidem autem septenarii trochaici, in quibus illa lex (sive elegantiam dicere malueris) non minus quam in senariis valuit, in fine versus iambum ante iambum receperint (h. e. senariorum pars ferme duodecima, septenariorum circiter nona), tamen perraro duobus iambicis vocabulis talis exitus fiat, nunquam tribus. Itaque cum nihil offensionis habeant *hercle núntias, sceléstus est, fidúciae* in finem versuum, quanquam non nimis saepe, admissa, tria tantum per duas fabulas integras Trinummum et Bacchides exempla exstant huiusmodi: *ager fuit* Tr. 533, *malam crucem* ib. 598. Ba. 863 H. Quales pedes tertius iambus ne sic quidem praecedere solet, is ut non iambica voce conclusus sit, ut Tr. 533 *quóius ille agér fuit**):

*) Atque haec caussa fuit cur supra p. CXIII. reiiceremus hunc versus exitum *futúra sunt, tamén sciunt:* praesertim accedente

multo igitur minus hi ordines placuerunt ⏑ ⏑́ | ⏑ ⏑́ | ⏑ ⏑́, ut *malo facit suo.* Sed nec ab hac parte nec a neglecto accentu praeter illa, ut *malo fecit suo*, haec quae infra posui improbata sunt, eadem qua illa ratione satis defensa, Trin. 733. Bacch. 170. 222. Mil. I, 1. 30. Bacch. 316:

. . . . . . penés me habeám domi
. . . . . . citó Samiúm solet
. . . . . . edepól certó scio
. . . . . . hércle operaé pretiúm quidem
. . . . . . cónueniám quantúm potest:

quibus exemplis et anapaesticum habes et choriambicum tertium a fine vocabulum: quorum tamen neutrum frequens. Spondiaca autem vocabula etsi ab eo loco ratio quidem non magis quam molossica vel ionica a minore (quando choriambum et ionicus et molossus aequat) excludit, tamen consuetudo non item ut in paenultimo loco recepit: quippe aegrius in longis syllabis quam in brevibus accentus insolentia illo loco delitescere visa est.

Et haec quidem eiusmodi sunt, ut certae normae constantia determinata merito nomen inveniant legitimae licentiae. Sed praeter haec, quae ipsa ars concessit, fatendum est quaedam, quanquam numero pauca, vel excidisse poetis

ante geminos iambos interpunctione. Nec mirum talia non placuisse, cum ne haec quidem crebra sint, in quibus tres se iambi excipiunt iambicis vocabulis non inclusi, ut *adéste cum siléntio* v. 22, *bene hercle núntias* 59, *ipsus in Seleúciam* 112, *fide et fidúciae* 117. 142, *máritumis negótiis* 331, *pati neque álteri* 352, *répperi negótium* 389, *dráchumarum olýmpicum* 425, *suo pecúlio* 434: quae decem sunt in quadringentis versibus exempla. Non dubitavi igitur, ubi optio data erat, *quás mihi dedit epistulas* praeferre prae *quás dedit mi epistulas* v. 874.

vel indulsisse sibi poetas, quae sint extra rationem posita. Nam cum in *cónueniám* hi quos notavi accentus recte se habeant propterea quod similes sequuntur in *quantúm potést*, tamen aliquoties choriambicum vocabulum etiam praeter hanc condicionem in mediam senarii dipodiam intravit, ut Trin. 184. 410. Mil. 1, 1, 18. Bacch. 113. 121:

Ego mé fecisse *cónfiteor* Megarónides.

Quam sí formicis tu *óbicias* papáuerem.

Quasi uéntus folia aut *péniculum* tectórium.

Magístron quenquam *discipulum* minitárier.

Sperát quidem animus: quo *éueniat* dis ín manust*).

Quanquam id minime est quovis pacto factum: facile enim intelligitur curandum fuisse ut insolentia numerorum obscuraretur potius quam in aures impingeretur: quare credi non potest cum gravi interpunctione choriambus a poeta coniunctus esse Trin. 582:

Dic Cállicli, me ut *cónueniát*. ST. quin tu í modo.

Ab interrogatione fortasse veniam habet Bacch. 214:

Salué. sed ubinamst *Mnésilochús?* CH. uiuít, ualet: quanquam ibi non inepte Bothius *ubi Mnesilochus nam est?* proposuit, quae collocatio interrogativae *nam* particulae aliquoties oblitterata est: (ut hinc quidem nulla lis sit nostro

---

*) Hoc quidem versu etsi concedendum est a poeta posse *euenat* profectum esse, et supra allato *conuenam quantum potest*, tamen propter ipsa gemina exempla *discipulum* et cetera necessitatem illud non habet. Nec Bacch. 48 vel necessitas vel si quid video probabilitas *euenat* formae demonstrari poterit. Quid? quod quibusdam exemplis contrariam in partem valens probabilitas manifesta est, ut in exitu septenarii Trin. 715 *quód agas eueniát tibi.*

supplemento movenda Trin. 130.). Plus etiam offensionis in fine enuntiati posita ionica vox habet Bacch. 299 Herm.:

Set díuesne iste est *Théotimúst.* CH. etiám rogas:

cuius cum simile exemplum ignorem, nescio an hic quoque verum Bothius viderit, praesertim cum in libris non *iste*, sed *istic* sit:

Set istíc Theotimus dívesue est? CH. etiám rogás?

Cum choriambicis autem vocabulis etsi per se minime comparanda sunt anapaestica, nec, ubi oxytonum non sequitur, anapaesticum quartus pes admisit: (nam deterrimum versum Mil. II, 6, 73 *Fateór: quidní fateáre egomét quod uiderim* infra emaculabimus:) tamen certa hac condicione, ut cum monosyllaba voce in choriambici vocabuli speciem coalesceret anapaesticum, eique consociationi non repugnarent sed faverent constructionis interpunctionisque intervalla, raris quibusdam exemplis idem quod in choriambicis factum est. Hinc igitur est cur offensione careant Mil. I, 1, 6. 29. IV, 3, 32:

Ne lámentetur *néue animum* despóndeat.

Connísus esses, *pér corium*, per uíscera.

Istúc caue faxis: *quín potius* per grátiam.

Sed quod multo sane magis mirum est, illud est, quod etiam molossum, qui etsi mensuram choriambi aequat, tamen mirum quantum ab eius volubilitate distat, non prorsus ab illo versus loco exclusum fuisse exemplis credendum est. Et excusatio quidem eadem, quae verborum ordinibus *cónuenidm quantúm potést*, parata foret talibus quale Trin. 550 vulgabatur:

Quo cúncti qui aetatem *égerúnt* casté suám.

Verum fatendum est ita comparatos non esse, qui certa exempla praebeant, versus non codicum tantum fide Plautinorum, sed antiquorum auctoritate grammaticorum firmatos. Illiusmodi aliquot Parerg. I, p. 22 composui: ex hoc genere tria Varronis de l. lat. testimonia attulisse satis habeo e VI, 89. VII, 78 et X, 70 (Trin. 886):

Vbi prímum accensus *clámarát* merídiem.

Hectóris natum *dé muró* iactárier.

Cóncubium sit nóctis priusquam ad *póstremúm* per-
uéneris.

Nam altero versu *de muro* prorsus aequant molossum: in qualibus si qui de spondeo potius dicendum esse contendant quartum pedem occupante, res eodem redit idemque in hunc spondeum (quem non potest non monosyllaba post caesuram vocula praecedere) quod in molossum cadit. Tertius autem versus etsi non est senarius, tamen cum senariis eam de qua agimus rationem trochaici septenarii prorsus communem habent: quod quidem eo minus mirandum est, quo saepius cum eisdem senariis etiam choriambicum in eodem loco numerum participant, ut Trin. 320. 334. 717. 951. 1022. 1128:

Bénefacta benefáctis aliis *pértegito* ne pérpluant,

et sic in reliquis *deliciis disperdidit*, *Lysiteles ego te uolo*, *commemoras epistulas*, *ferriteri mastigiae*, *consului fideliter:* item Bacch. 59. 421. Itaque de illo genere, quod molossicis vocabulis comprehenditur, sic statuendum est, ut reapse aliquid asperitatis, quod non suaderet, sed dissuaderet aurium iudicium et ratio numerorum, patientius quam par erat eosdem poetas tulisse intelligamus, quorum in reliquis par-

tibus senariorum septenariorumque condendorum perfectam elegantiam suspicimus. Tali tamen negligentia (nam profecto diligentiae laudem illud non habet) quo magis libera esse ars universa illorum poetarum solet, eo nos de singulis suspiciosiores esse decet et aliquanto tardius de poetarum quam de librariorum vitio cogitare: id quod recte iam Bentleius sensit in Adelph. v, 2, 52. Itaque etiam qui taeterrimum Trin. 540 hiatum *ánginá acérrume* concocturus sit, tamen ad coniunctum cum hiatu molossum nauseet oportet. Nec qui sapiat v. 31 e librorum scriptura *succreuerunt uberrume* efficiet *súccrerúnt ubérrume* potius quam *súccreuere ubérrume:* quae formae saepius quam putes in libris permutatae sunt. Item Nouii fidem (quamvis per se ambiguam) nobiscum amplexus v. 410 praeferet quod supra posuimus prae hac collocatione verborum quae est in codicibus:

Quam sí tu obicias *fórmicis* papáuerem.

Item v. 648:

Praeóptauisti amórem tuum uti *uirtutí* praepóneres

quantilli fuit ex TUUMUTIUIRTUTI vel TUUMTUUIRTUTIUT vel TUUMUIRTUTIUTI efficere? Certius etiam v. 977 restitutus est:

Prŏin tu te itidem, ut chármidatus *és, rursúm* rechármida:

in quo cum et valde ingrata sit verborum *charmidatus es* in caesura diremptio, et ratione careat *recharmida* forma, et *tu te* vocibus in *tute* coniunctis accusativus desit, non videtur dubitari posse quin poeta scripserit quod recepimus:

Prŏin tute itidem, ut chármidat*u's,* rúrsum *te de*chármida.

His igitur hinc segregatis in tota Trinummo praeter *postremum perueneris* illud duo exempla restant, quae non

magis esse sollicitanda videantur quam Ennianum *de muro*, v. 862. 947:

Ni íllic homost aut dórmitator *aút sectór* zonárius.

Praédicare opórtet qui abs terra *ád caelúm* peruénerit.

Quibus cognatum in Bacch. 756

Vt uérba mihi dat, *út nescĭo* quam rém gerat

huc referendum esse mox apparebit*). Verum minime in eorundem numerum Tr. v. 420 venit:

Minás quadraginta *áccepstin'* a Cállicle,

cum de lege usitataque ratione in paenultima accentum habeat *accepstine:* quae vox cum unius pedis mensuram ipso ambitu suo excedat, in versu non potest non duplicem accentum *áccepstine* recipere ut similia omnia**). Etenim quod longe notissimum est, elisione tanquam decurtatas h. e. una syllaba breviores factas voces retrahere accentum

*) Vix tamen huc referendum Trin. 527:

Consuádet homini, crédo. *etsí* sceléstus est:

ubi non magis *etsí* offendit quam *et si,* praesertim post interpunctionem illam. Aliam ob caussam hinc alienum Trin. 168:

Quid tíbi ego dicam, qui *illiús* sapientiam:

nam iam Plauto pro cretico *illius* cum similibus genitivis fuisse olim demonstrabo.

**) De hoc maxime miro iudicio sic praecepit, qui auctor doctrinae prosodiacae Plautinae vult haberi: 'Vix credas dici et pronuntiari *cruciábilitátibus indíligénter suppárasitátur intéllegéntia intérpellátio:* pro quibus omnibus alia pronuntiatio requiritur ex pedestri et familiari loquendi consuetudine, *crúciabilitátibus indiligénter súpparasitátur intellegéntia interpellátio.*' Cuius verba mea facio: vix credas dici et pronuntiari talia potuisse. Quasi non singulae voces unum habeant principalem accentum, e quo ceteri secundarii pendeant, quoque in versibus servato satisfiat consuetudini linguae.

h. e. eum accentum recipere qui, si brevior forma primitiva esset, esset legitimus: id quoniam video quosdam de necessitate quadam interpretatos esse, ne hoc quidem praetermittam, sed utramlibet rationem dicam poetas arbitratu suo secutos esse: quibus licuit ante vocalem vel *accépisti hoc* vel *accepísti hoc* pronuntiare, vel *ádulescénti has* vel *aduléscentem aúdio,* vel *scribendum áppulit* vel *scribéndum appéllere,* et similiter omnia. Vnde consequitur ut, quamdiu vocalem praecedens *scribend-,* vel *áduen-* (*ádueni aéquom* Tr. 97) non exuat spondei naturam, ne illa quidem tralaticia *cóncede húc, sécede húc,* recte dicantur mediam corripere: id quod rationem et necessitatem ita tantum habiturum esset, si illis in exitu versuum unquam esset locus concessus.

Licentiam omnem alterius partis senariorum, quae est post caesuram, complexus sum. Nam quod talia ut *mémineris récipiam* accentum solent in quarta a fine syllaba habere, ea nec licentia potius quam consuetudo fuit nec ab ulla parte versuum exclusa est: quippe prorsus pro dactylicis vocibus, soluta quidem arsi, quadrisyllaba omnia quae proceleusmatici mensuram aequant habita sunt dactylicorumque accentum servarunt, vel creticorum quae paeonem quartum aequant, nec minus in antepaenultimo quam in ultimo pede sive senariorum sive septenariorum (quando paenultimus tribrachum non frequentius quam purum iambum admisit), ut *crúcisalum me ex Chrýsalo, cápitibus quassántibus, múlieris quacum áccubat.* In horum autem numerum infra perspicietur etiam Trinummi illud venire v. 134:

Neque de íllo quidquam *néque emerés* neque uénderes.

Nec illa singularis licentia est, quod iambicae voces, a quarum neglecto accentu cum nostra disputatio tum veterum poetarum ars omnis profecta est, in omnibus omnino locis admissae sunt a quavis condicione liberae. Velut ante ultimam dipodiam senariorum Trin. 87 *potes ne suspicer,* 104 *manu Megaronides,* 141 *meae concreditumst,* item v. 140. 221. 484. 486. 490. 530. 560. 741. 753. Vel in tertio pede, quod hanc tantum ob caussam rarum est, quia non potest nisi in versibus penthemimeri caesura carentibus locum habere ut v. 134:

Paráta dos *domíst,* nisi exspectáre uis:

multo etiam rarius ita, ut iambica vox in secundo pede praecedat, ut Ter. Eun. v, 1, 16:

Scelésta *ouém lupó* commisti: díspudet.

Quo tamen tribus iambicis pedibus continuis longe peior Bacchidum versus II, 3, 110:

Id mi haút *utrúm uelím licére* intéllego,

aut cum Hermanno sic est emendandus:

Id utrúm uelím iam mi haút l. i.,

aut fortasse sic potius:

Id iám mi, utrum uelim, haút l. i.

Sed spondiacam pro iambica voce tertius pes non admisit, nisi paucissimis in locis, in quibus illa a prioribus gravi interpunctione divellitur, ut Trin. 427:

Nempe quás spopondi. ST. *immó* quas dependi, inquito.

Nec tamen fieri posse videtur ut eandem quam praecedens, nullo intervallo consequens interpunctio vim habeat, qua tantum abest ut leniatur offensio neglecti accentus, ea ut

sentiatur magis. Non recte igitur, si quid video, in Bacchidibus se habet v. 1026 H.:

Vel da áliquem qui *seruét* me. NI. ohe odiosé facis,

cui ne ab aliqua accentus enclisi quidem praesidium paratum esse concesserim. Quapropter servato verborum ordine qui in *B* est, eiecto autem, quod e proximae vocis initio natum, *ohe* sic scribe:

Vel da áliquem qui me séruet. NI. odiosé facis.

Anapaesticam autem in tertio pede vocem ne interpunctio quidem satis excusasse videtur (nam Trin. 114 non sunt pro vero anapaesto *et illúm*): nedum ut illa excipere item anapaesticam possit, ut Trin. 594:

In *ámbiguóst etiám* nunc, quid ea ré fuat,

ubi haud cunctanter transponendum erat *In ámbiguo étiam nunc est.*

Consequens fuit ut etiam in priore parte senariorum, quae est ante caesuram, nihil offensionis iambicum vocabulum vel in primo vel in secundo pede haberet. Quodsi longe longeque rarius in secundo est, eius rei non est alia caussa nisi quod binorum iambicorum continuitatem poetae fugerent, ea autem paullo durior ratio ita tantum, ut duobus vocabulis primus pes componeretur, vitari poterat. Hinc igitur est cur, cum non multa exstent huiusmodi initia (v. 86. 94. 497. 570. 3.):

Atque íd tamén . . . . . .
Non híc placét . . . . . .
Nunc út sciás . . . . . .

Quod tíbi lubét . . . .
Adest, éu illaé *) . . . . . . :

pauciora etiam reperiautur ad hoc exemplum facta (v. 33. 541. 554. Bacch. 260):

Eorúm licét . . . .
Oués scabraé . . . .
Quoniám uidént . . . .
Quamuís malám . . . .

Nisi hoc pro *Quam uis malúm* potius accipias. Aliam ob caussam, ut id hac opportunitate moneam, non huc pertinet v. 779 *Dicát patrémque id,* cum de lege paroxytona fiant composita *patrémque, metuóve, adeóne:* unde ne *adeón* quidem dicendum est in ultima praeter rationem acui. Quanquam, ut plene hoc genus definiatur, hoc addendum est, non magis haec, quam quae supra tractavimus elisione breviata, certa necessitate regi, sed liberum fuisse poetis utram acuendi rationem inire vellent. Itaque et *métuoque hóc, ádeone íd, prímumdum ómnium, circúmspicedúm* (ut Trin. 146) et *metuóque hoc, adeóne id, primúmdum adést, círcumspícedum* cum similibus pronuntiarunt arbitratu suo**). —

*) Nam in talibus apertum est (et apertius etiam infra fiet) pro iambo esse, non pro spondeo *illaec istuc* cum cognatis formis. — Nec vero interpunctio post duas breves ab initio syllabas illa caret exemplis. Similia sunt Trin. v. 170 *Lupus: óbseruauit,* v. 524 *Apage. ST. 'Acheruntis,* Mil. iv, 8, 18: *Quid is? 'Ecquid* . . . Nec dissimile Tr. v. 818 *Mittam. CA. éo ego* . . .

**) Non ignoro quid de accentus diversitate *ádeo* verbi et *adéo* particulae sive Festus sive Paullus tradat: quod quidem eorum ipsorum poetarum exemplo, qui vitae usu probatam pronuntiationem sunt secuti, satis redarguitur. Idemque de aliis similibus sentiendum est pravo grammaticorum studio discriminatis: e quo genere *ergo,*

Sed quod iambicis vocibus licuit, ut in secundum pedem intrarent, eius quidem licentiae aut nunquam aut perraro spondiacae atque anapaesticae participes fuerunt. Etiam aliam ob caussam Trin. 594 paullo ante removimus. De transpositionis necessitate nemo dubitat e. c. v. 451. 458 vel Bacch. 213 H.:

Mearúm *rerúm* me nóuisse aequomst órdinem.
Nisi quíd me *aliút* uis, Phílto, respondí tibi.
Quin tú *primúm* salútem reddis quám dedi.

Qualibus sublatis anapaesticae vocis in duabus fabulis singulare exemplum restat Bacch. 486:

Tum quóm *nihiló* plus . . . . :

---

pone, quando sunt. De qualibus quae praecipiuntur, aut ad scripti tantum accentus supervacaneum artificium spectant aut prorsus ficticia sunt. Omninoque si quid ex eis, quae de accentuum doctrina veteres prodidere, aliquam hodie utilitatem habet, id ad vocalium potius indolem vel natura longarum vel positione demum productarum pertinet ad acutique et circumflexi discrimen illinc aptum, quam ad syllabarum accentu aut praeditarum aut carentium diversitatem. Ad versuum autem faciendorum artem solum hoc valuit, nullius prorsus momenti illud est.

*) In Milite quoque et singulare est et certissime vitiosum exemplum II, 6, 66: *Meruisse equidém me máxumum fateór malum,* ubi *Meruisse me equidem* sine ulla mora transponendum. Ceterum simplicibus spondiacis sua sponte intelligitur non suaviora, sed longe etiam asperiora esse in spondeum desinentia longiora vocabula: in quo genere vastitate sua insigne est Mil. I, 1, 54: *At péditatús,* quod ne codices quidem tuentur. — Dum in eo sum ut a typothetae erroribus has pagellas purgem, sero animadverto imprudenter praetermissum anapaestici exemplum Trin. 397: *Miser éx animo fít, fáctius nihiló facit.* Quod quanquam consultius duxi interim servare, tamen fateor eo mihi suspectius esse quo facilius a poeta scribi potuit *Fit miser ex animo.*

spondiacae item singulare eiusdem fabulae v. 814:

Scies haút *multó* post . . . . :

quae nescio an excusationem ab enclisi quadam accentus habeant, qua tanquam in quadrisyllabam vocem *nihilóplus*, in trisyllabam *multóplus* coirent. Qualis enclisis cum certissimam sedem in bisyllabarum praepositionum cum monosyllabis pronominibus copulatione habeat, ut *proptér me, praetér te, intér se, ergá me* (nam in iambica praepositione *apút uos* nulla omnino offensio est), qualia ne secundus quidem pes exclusit: potuit id quidem facillime ad similia monosyllaba pertinere ut Trin. 75 *Hascine proptér res*, sed non videtur a praepositionibus ad verba translatum esse ut in Hermanniano illo quod paullo ante memorabamus *seruét me* *). Aliis in locis spondiaci vocabuli in altero pede molestia interpunctione lenitur, ut Capt. I, 2, 9:

Satis ést. *numquám* post íllam possis préndere:

quamvis ibi prompta transpositio *post illam numquam*. Tam angustis autem finibus cum vel hoc genus inclusum sit, multo minus vel binas anapaesticas voces vel anapaesticam cum spondiaca iambicave ars probavit in principio versus. Et verissimo igitur et subtilissimo sensu idem ille Hermannus cum Bacch. v. 119 damnavit:

*) Nec ascita enclisi defendi hic, qualem libri testantur, septenarius poterit Trin. 913:

Vide homo ut hominem nóueris. *Tanquám me:* fieri istúc solet.

In quo et satis insolens e priore in posteriorem versus partem transitus fit spondiaco vocabulo caesuram excludenti, et tanta vis sententiae est in *me* pronomine, id ut encliticum esse minime possit. Quare Hermanno obtemperandum fuit.

Videó nimió iam múlto plus quam uólueram,

ubi *Videó iam nimio* transponendum, tum asperiorem v. 192:

Veniát quandó uolt, átque ita ne mihi sít morae,

ubi etiam aliam ob caussam probabiliter *Aduéniat quándo* scripsit deleto *mihi*. Alia autem exempla in Trinummo et Bacchidibus nulla exstant. Quodsi quaedam huius generis in aliis fabulis sana sunt, eis rursum excusatio ab interpunctione praesto est qua hi pedes dirimantur, ut Mil. II, 6, 73. Capt. I, 1, 18:

Fateór. Quidní fateáris ego quod uíderim.

Sumús: *quandó* res rédierunt, molôssici.

Quocum tamen non comparandus Hecyrae I, 2, 119:

Habés omném rem: pérgam quo coepi hóc iter,

ne egens quidem excusatione, ut in quo *ŏmnem* corripiatur.

Restat ut, quoniam in ipso principio versuum plurimum excusationis habere quamlibet licentiam constat, primum pedem senariorum nec anapaesticas voces (inter quas et iambicas tanquam media haec initia sunt *Quod amés, Is erát, Neque aués*) nec spondiacas ac ne dactylicas quidem voces repudiasse eo brevius adnotemus, quo magis de his in vulgus constat. Atque spondiacarum anapaesticarumque usus cum et creberrimus sit nec ullius condicionis vinculis astrictus (quando ad secundum potius pedem pertinet quam modo condicionem tractabamus): tamen nec iambici pedis nec iambicarum vocularum ab initio senariorum ea paucitas est, ut, quia 'primus pes trimetrorum pondus ac multitudinem syllabarum desideret', cum Hermanno praef. Trin. p. XVI. damnandum sit versus 761 initium illud *Mihi quidem hércle non est.* Quod cur sane

ferendum non sit, rectius videmur p. CLXX. explicasse. Ceterum verum est coniuncta spondeorum anapaestorumque itemque spondiacorum anapaesticorum vocabulorum frequentia longe rariora iamborum iambicorumque in primo pede exempla esse, nec fere frequentiora quam in quinto pede trimetri. Dactylica autem vocabula ut rara ita certa sunt his exemplis Trin. 54. 75. 186. 205. 396. Bacch. 542. 556. 744. 811:

Omníbus amícis . . . .
Hascíne proptér res . . . .
Qui omnía se símulant . . . .
Consúlit aduórsum . . . .
Milítis amicam . . . .
Bacchídem. Vtramne érgo . . . .
Omnía resciui . . . .
Chrysále, quis ést hic*) . . . . : . . . .

longe eadem frequentiora nec a ceteris versus sedibus exclusa in anapaesticis carminibus. In iambicis enim vel etiam trochaicis (de quibus infra dicetur) qui cuivis loco dactylicum accentum illum concedere animum inducat, nihil quo id probet praeter solius *nescio* formae exempla talia habebit:

Vt uérba mihi dat, út *nescio* quam rém gerat:

Múlta simul rogás, *nescio* quid éxpediam potíssumum

e Bacch. 756. Trin. 880: in qualibus praestare spondiacam mensuram synizesi effectam supra demonstravi p. CLXVII. — Sciendum est autem similem dactylicis pronuntiationem

---

*) Nam *siquidem* in talibus ut Trin. 593: *Siquídem ager nobis sáluos est*, apparet pro duabus vocibus accipi potuisse.

tribrachica quidem vocabula vel in tribrachum exeuntia ita recusasse, ut nunquam hunc accentum ⏑⏑́⏑ receperint, sed aut legitimum ⏑́⏑⏑ aut, ut mox intelligetur, certis condicionibus inusitatiorem hunc ⏑⏑⏑́.

Affinis enim dactylicorum huic notationi —⏑́⏑ haec est *trochaicorum* —⏑́ vel (quo paullo magis accentus insolentia delitescit) soluta paenultima ⏑⏑́⏑: quam sua sponte intelligitur non posse non syllabam brevem sequi. Sed hoc non satis est: certa enim plerumque condicio haec accedit, ut binae breves sequantur, vel ut aliis verbis dicam, ut accentu notata syllaba cum proximis non anapaestum, sed tribrachum efficiat. Ea igitur pronuntiatio propriam sibi sedem habet in septenariorum secundo vel tertio pede, ut Trin. 714. 715. 873. Mil II, 2, 38. Bacch. 72. Trin. 624. 629. 889:

Sine *doté,* neque tu hínc abituru's . . . .
Sín *alitér* animátus es, bene . . . .
'Vbi *habitét* et item álterum ad istanc . . . . .
Nám *muliér* holitóri numquam . . . .
Méus *illé* quidemst: tíbi nunc operam . . . .
Súnt uterque: *illé* reprehendit . . . .
Lésbonice, *essé* uideatur . . . .
Quíd id est tibi *nomén,* adulescens . . . .

Nec levior tantum, ut horum exemplorum primo, sed ne fortissima quidem interpunctio tali pronuntiationi obstitit v. 605:

Síne *doté.* CA. sine dóte ille illam . . . . . . :

nisi eam ipsam ob caussam ibi *hem* inserendum*). Sed similis pronuntiatio v. 329:

*) Nam ne quis *doté* in pausa orationis pro spondeo esse opinetur

Dé meó: nam quód tuúmst, meúmst, *omné meum au-
tém* tuumst,

cum et in sextum pedem incidat nec a duabus brevibus excipiatur, nescio an non satis caute de eo versu supra iudicaverim p. CIX. Cuius in priore parte cum valde ingrata futura sit *meumst* syllabarum ante caesuram synizesis, sic ut versum dimetiamur simul cum durissimo in quinto sextoque pede spondeo:

Dé meó: nam quód tuúmst, *meumst*, ómne autém meúm
tuúmst:

reliquum est ut multo minus offensionis similem synizesim in versus exitu habere recordemur (ut Captivorum exemplo p. CLVII. allato) et hanc potius rationem probemus:

Dé meó: nam quód tuúmst, meúmst, omne aútem *mĕ-
um* tuúmst.

Intelligi nunc etiam illud putamus, cur e quinque transponendi modis, quorum in Bacchidum v. 52 optionem esse p. CXLIX. sq. diximus, reliquis posthabendus hic sit: '*Vbi uoles tu lépide essé tibi.* Ne quis vero huc Trin. 623 referat:

Néscio quid non sátis *intér* eos . . . . ,

sciendum est eam de qua ante diximus enclisim non minus

---

ad eorum similitudinem quae p. CLXXXVI. tractavimus, reputandum est syllabae ancipiti in eis tantum vocabulis locum esse quae brevem paenultimam habeant, dactylicis potissimum e trisyllabis, solis pyrrhichiacis e bisyllabis. Vt Mil. III, 2, 34. Trin. 584:

Numquam édepol uidi *prómeré.* uerum hóc erat.

Nam cértumst sine dote haút *daré.* Quin tu i modo.

Adde *ait* et *Iouis* e supra disputatis. Sed Militis V, 24 *faxis* (*Quid si id non faxis? Vt*) non trochaeum, sed verum spondeum aequat.

ad haec exempla *intér eos, praetér eos* Bacch. 1107, quam ad *intér nos, praetér me* pertinere. — Trochaicis autem vocibus etsi in hoc genere pyrrhichiacae valde propinquae sunt, tamen non sunt prorsus pari ratione. Tam enim eae prope ad iambicarum naturam accedunt, ut his praeter cetera concessam ὀξυτόνησιν facile participent. Itaque illarum paullo longius progressa est licentia, ut quae non modo in prioris partis septenarii secundo pede, sed etiam in posterioris item secundo, qui est totius versus sextus, admissae sint. Exempla habes Trin. 337. 347. 684. 938. 1046. 289. Bacch. 52:

Níl *morór* eum tíbi esse amicum . . . .
Múlta *boná* bene párta habemus . . . .
Númquam *erít* aliénis grauis quí . . . .
Nísi *quiá* lubet éxperiri . . . .
Nónne hoc publice áuimaduorti: nam íd *genús* hominum hóminibus.
Quó manus apstíneant: cetera rápe *trahé* tene fúge late.
'Vbi uoles tu essé tibi lepide, méa *rosá*, mihi dícito.

Quorum versuum quarto non magis *allubet* scriptura opus fuit quam supra posito v. 624 *illic* pro *ille:* neque enim caussam in promptu esse video, cur cum *mihi tibi sibi nisi quasi ego* formis, quas (utpote ultimam a principio longam habentes) ab hoc genere seclusi p. CLXX, etiam *quia* societur. Alia exempla cur hinc aliena sint revera, dixi p. CLXXXVI. Nec immerito a quarto pede pyrrhichiacum accentum Hermannus removit Bacch. 74, pro his

Cúpio. Dabitur ópera. *aquá* calet: ĕamus . . . .

substituto *cálet aqua.* — Restat ut de hyperdisyl-

labis quaeratur. Quorum, ut breviter dicam, similem in brevi ultima accentum ea tantum receperunt, quae non paenultimam tantum, sed etiam antepaenultimam brevem haberent. Quanquam a trochaicis quidem vocabulis eadem etiam alio ipsius rationis discrimine distant. Nam si *própitiá* praeter principalem suum in *pro* accentum (quando hunc esse legitimum supra diximus) alterum habet secundarium, quid patitur aliud nisi quod etiam *uéndidít* et similia, quae quia ipso ambitu suo unius pedis mensuram excedunt, in versibus non possunt non plures accentus recipere? Itaque nihil molesti veteres in his senserunt Trin. 852. Mil. II, 2, 2. III, 1, 25*) Trin. 837:

'*Illuricá* faciés uidetur . . . .
Víderitís aliénum, ego uostra . . . . .
'*Obiceré* neque té decora . . . . . .
Rúere antemnas, scíndere uela: ní pax *própitiá* foret praesto.

Nam quod horum ultimo versu oxytona vox in septimo pede est: reputandum est octonarium esse, quod genus severioribus septenariorum legibus multis in rebus solutum est: quemadmodum parvo intervallo ab illo distans octonarius v. 826 etiam in quinto pede habet *usqué modo ut uólui:* atque neuter ita ut binae breves subsequantur. Quid? quod tribrachi quidem maior quam trochaei volubilitas ne in septenarii quidem sexto pede displicuit v. 906:

*) Sed eiusdem fabulae III, 1, 39 *experior* nec choriambus nec paeon primus esse potest:

Pol id quidem experior ita esse . . . .

Vbi vide num sic scripserit poeta:

Pól id expeñor équidem ita esse . . . .

Cápere soleo. Quíd est ei nomen? Quód *edepól* ho-
mini probo.

Contra autem, atque in illis factum, ultimae syllabae intentionem cum dactylicae voces vel in dactylum desinentes respuere solent tum multo magis eae quae paenultimam longam habent. Vel eo, quod talis accentus in quartum pedem incasurus sit, satis suspecta septenariorum haec exempla sunt Trin. 306. 1016. Mil. II, 2, 71:

'Vtrum itane esse *máuelít*, ut eum ánimus aequom
cénseat:

Gúrguliost *exércitór*, is hunc hóminem cursurám docet:

Réperi, *comminisceré*, cedo cálidum consiliúm cito:

quibus senarius accedit Mil. I, 1, 27:

Quid bráchium? Illut *díceré* uoluí, femur.

Quorum primo pro cretico esse posse *mauelit*, altero pro epitrito *exercitor* supra vidimus p. CLXXXIII. et CLXXV: tertio vix dubitandum quin syllaba exciderit, velut *comminiscere, cédo sis cálidum c. c.*; de quarto, qui etiam aliam ob caussam suspectus, nunc amplianda disputatio. Simile exemplum *audiét hodie* aliter interpretati sumus p. CLXXXIII. Facilius etiam sentitur cur talia fugerint poetae quale est *décoraré uolo:* quibus tamen non conferendum quod Trin. 320 exstat:

Bénefactá benefáctis aliis . . . . . ,

vel sicubi *máledictá* reperiatur: cum haec eodem iure pro *bene facta, male dicta* accipi possint. Sed in Milite glorioso nec *Praécinctús aliqui* sanum est IV, 4, 45, nec III, 1, 106 *Me úxoré prohibént:* quod non in *Méd uxore próhibent* mutandum videtur, sed transponendo perpoliendum:

Mé prohibent uxóre, míhi quae huius . . . .

Monstrum autem quoddam versus aluit qui in librariorum fidem iurans sic edidit Trin. 150:

Thesaúrum mihi *demónstrauit* in hisce aédibus.

Planius igitur nunc perspici arbitramur, cur p. CLXXXI. horridum dixerimus horum accentum *áddicár Agorástocli*, si non pro molosso, sed pro palimbacchio sit *addicar*. Contra prorsus ambiguum est Mil. II, 2, 14 ab initio versus *'Adgrediár* ante *hominem* choriambum an paeonem efficiat. Vna tamen sola ratione nescio an sine incommodo longa paenultima toleretur, velut Stich. V, 4, 19:

Sét *amicá* mea et túa dum comit . . . . . . :

ut qui verborum ordines ad paeonicorum proceleusmaticorumque similitudinem (*'Obiceré neque*, *Própitiá foret*) tam prope accedant ut vix quicquam molestiae e delitescenti longa syllaba sentiatur. — Superest ut, quid horum omnium, quae de trochaicis exposuimus, iambici senarii receperint, definiamus: quod non fuit multum. Quos ubi solas trochaicas voces dixero in solo primo pede admisisse, dixero prope omnia: ac ne binis quidem post illas brevibus syllabis opus fuit, sed satis esse una visa est. Velut Capt. I, 2, 19. Bacch. 769. Trin. 568:

Nullá iuuentutis spés est: sese omnés amant:

Nullús homo dicit, haé tabellae te árguunt:

Si *anté* uoluisses, ésses: nunc seró cupis,

ubi non erat sollicitandum *ante*. A qualibus profectus non erat cur similia initia v. 218. 598 defugerem:

Vndé quid auditum dícant, nisi id appáreat.

Ibit iste hinc aliquo in máxumam malám crucem.

Nec offensioni erat v. 432:

Tempús adeundist. Éstne hic Philto qui áduenit,

nisi ibi aliud suasisset Ambrosiani auctoritas. Sed non tantum insuavis erat v. 440 insolentis accentus iteratio:

Egó quoque *essé* uolo líber, nequiquám uolo,

verum simul et in secundo pede *essé* suspectum et ut p. CLXX. docui, ipsum *egó* abhorrens a consuetudine. Quanquam de secundo quidem pede non est obstinatius negandum: perraris enim exemplis, quae nihil suspecti aliunde habeant, litem illinc non moverim, ut Asin. IV, 1, 17:

Ne *epistulá* quidem illa úlla sit in aédibus:

in quo adeo ad quadrisyllabam vocem eadem licentia progressa est. Non magis in primo pede pro trochaeo tribrachum admissum calidius damnare ausim, ut significavi p. CLXXIX. Sed in tertio pede multo minus similis accentus probatus est, qualem v. 503 Guyetus intulit:

Eheú, ubi nil *usús* erat dicto, spóndeo,

vel Bacch. 223 librarii:

Volcánus Sol *Luná* Dies — ⏑ ⏑́ ⏑ — .

Accentus licentiam senariorum omnem persecutus sum: volui certe omnem persequi. Quodsi quae reperiantur propositis legibus non comprehensa, confidenter imputa librariis. Quanquam eius generis e Trinummo nunc nihil recordor praeter turpissimos numeros v. 200:

Neque *méndaciloquiús* neque argutúm magis.

Quae vox *mendáciloquius* pronuntianda erat necessario, ut proximo versu *cónfidéntilóquius*, non *confidentiloquiús*, id quod perversissimum futurum erat. Ascita igitur ex Am-

brosiano *adeo* particula vetus vitium ita uti in editione factum sustuli.

Ad trochaicos autem septenarios ut transeam, horum quidem rhythmicae rationes quam propinquae cognationis vinculo cum senariorum rationibus contineantur, cum ex eis, quae adhuc vidimus utriusque generis communia esse, facile colligitur, tum plenius ex eis apparebit quae dicenda restant. Atque perspecta est ea affinitas iam a veteribus magistris illis, qui tetrametrum trochaicum ita definierunt ut compositum esse ex iambico trimetro et huic praemisso cretico dicerent:

–́ ◡ – ‖ ◡ –́ ◡ – ◡ | –́ ◡ – ◡ –́ ◡ – :

quae descriptio quos auctores habeat ostendi Musei philol. t. I, p. 285 sq. Quodsi eam partem tetrametri, quae est post creticum, contuleris cum legibus iambici senarii, miram utriusque generis cum in aliis rebus tum in accentuum ratione convenientiam ilico deprehendes. Et ut rursus ab ea parte, quae post caesuram est, incipiam: eisdem prorsus condicionibus accentus neglectio regitur in formando septenariorum exitu. In quo pari atque in senariis ratione omnium primum probati sunt hi ordines verborum: *frúgi bonae, animó lubet, sét amorém tibi* (Tr. 666. 875. 1010), *cógnati uelint, próbiorés cluent, imperió tuo, egéstatém uolo, occúltassis mihi, intégumentúm meae, cóncubinatúm tibi.* Qui autem vel in senariis perrarus fuit binis vocabulis iambicis effectus exitus ut *malám crucem, agér fuit,* eum multo etiam magis septenarii repudiarunt: nec eius vel unum exemplum in Trinummo Bacchidibusque offendimus: nam *égero tum istúc agam* e Bacch. 671 nemo opponet, ubi

spondei mensuram *istuc* servat: de v. 447 mox dicetur: Trinummi autem v. 329 *ómne autem meúmst tuúm* aliam ob caussam iam supra reiecimus. Magis mirere non fere minus insolens in septenariis hoc genus esse quod spondiacum inter duo iambica vocabula medium habet, non infrequens illud in senariis: cuius quidem rei caussa non haec fuit quod non satis concinna illa species videretur, sed quod nimis lenis et sedata: maiorem enim vigorem et alacritatem quandam trochaici tetrametri prae se ferunt. Hinc igitur est cur unum tantum eiusmodi exemplum in Trinummo exstet v. 868, tria in Bacchidibus v. 458. 694. 721: *habét rectám uiam, malís malím modis, patrí uerbis tuis, erít signúm datum.* Eademque caussa est cur aliquanto frequentiora sint quae pro spondiaco anapaesticum habent iambicis interpositum, ut Trin. 351. 1179. Bacch. 53. 412. 428. 434. 453: *habés habeás malum, itém uideás licet, locúm lepidúm dabo, senéx minumí preti, puér pueró fuit, diés faciát minus, quidém periít pudor:* ad quorum similitudinem prope accedit Bacch. 447 *agí nisi itém manus.* Contra nimiam vehementiam, qualis anapaestico numero aptior esset, visa sunt duo anapaestica habere iambicum praecedentia: quod quemadmodum in senariis perrarum est (ut Mil. I, 1, 31), ita semel admissum est in septenario Trin. 918 *quándo egomét meminí mihi**). Cui non prorsus par est v. 847 *dát homini miseró male:* nam ubicunque anapaesticam brevis vox monosyllaba praecedit, facile sen-

---

*) Ad anapaesticorum similitudinem proxime accedens exemplum Tr. 714: *quód meum erit id erit tuum* transpositione removimus, cuius cap. XVI. ratio reddetur.

brosiano *adeo* particula vetus vitium ita uti in editione factum sustuli.

Ad trochaicos autem septenarios ut transeam, horum quidem rhythmicae rationes quam propinquae cognationis vinculo cum senariorum rationibus contineantur, cum ex eis, quae adhuc vidimus utriusque generis communia esse, facile colligitur, tum plenius ex eis apparebit quae dicenda restant. Atque perspecta est ea affinitas iam a veteribus magistris illis, qui tetrametrum trochaicum ita definierunt ut compositum esse ex iambico trimetro et huic praemisso cretico dicerent:

–́ ⏑ – ‖ ⏑ –́ ⏑ – ⏑ | –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – :

quae descriptio quos auctores habeat ostendi Musei philol. t. I, p. 285 sq. Quodsi eam partem tetrametri, quae est post creticum, contuleris cum legibus iambici senarii, miram utriusque generis cum in aliis rebus tum in accentuum ratione convenientiam ilico deprehendes. Et ut rursus ab ea parte, quae post caesuram est, incipiam: eisdem prorsus condicionibus accentus neglectio regitur in formando septenariorum exitu. In quo pari atque in senariis ratione omnium primum probati sunt hi ordines verborum: *frugí bonae, animó lubet, sét amorém tibi* (Tr. 666. 875. 1010), *cógnati uelint, próbiorés cluent, imperió tuo, egéstatém uolo, occúltassis mihi, intégumentúm meae, cóncubinatúm tibi.* Qui autem vel in senariis perrarus fuit binis vocabulis iambicis effectus exitus ut *malám crucem, agér fuit,* eum multo etiam magis septenarii repudiarunt: nec eius vel unum exemplum in Trinummo Bacchidibusque offendimus: nam *égero tum istúc agam* e Bacch. 671 nemo opponet, ubi

spondei mensuram *istuc* servat: de v. 447 mox dicetur: Trinummi autem v. 329 *ómne autem meúmst tuúm* aliam ob caussam iam supra reiccimus. Magis mirere non fere minus insolens in septenariis hoc genus esse quod spondiacum inter duo iambica vocabula medium habet, non infrequens illud in senariis: cuius quidem rei caussa non haec fuit quod non satis concinna illa species videretur, sed quod nimis lenis et sedata: maiorem enim vigorem et alacritatem quandam trochaici tetrametri prae se ferunt. Hinc igitur est cur unum tantum eiusmodi exemplum in Trinummo exstet v. 868, tria in Bacchidibus v. 458. 694. 721: *habét rectám uiam, malís malím modis, patrí uerbis tuis, erít signúm datum.* Eademque caussa est cur aliquanto frequentiora sint quae pro spondiaco anapaesticum habent iambicis interpositum, ut Trin. 351. 1179. Bacch. 53. 412. 428. 434. 453: *habés habeás malum, itém uideás licet, locúm lepidúm dabo, senéx minumí preti, puér pueró fuit, diés faciát minus, quidém periít pudor:* ad quorum similitudinem prope accedit Bacch. 447 *agí nisi itém manus.* Contra nimiam vehementiam, qualis anapaestico numero aptior esset, visa sunt duo anapaestica habere iambicum praecedentia: quod quemadmodum in senariis perrarum est (ut Mil. I, 1, 31), ita semel admissum est in septenario Trin. 918 *quándo egomét meminí mihi**). Cui non prorsus par est v. 847 *dát homini miseró male:* nam ubicunque anapaesticam brevis vox monosyllaba praecedit, facile sen-

---

*) Ad anapaesticorum similitudinem proxime accedens exemplum Tr. 714: *quód meum erit id erit tuum* transpositione removimus, cuius cap. XVI. ratio reddetur.

titur tanquam in unam paeonicam ambas voces coalescere pronuntiando: paeonicis autem (utpote dactylicarum rationem aequantibus) si legitimus fuit in prima syllaba accentus, fieri non potuit quin eum ultima quoque in versu reciperet. Qua ratiocinatione identidem utemur infra, cum eius rei vis in ipsis septenariis latius pateat*). Vt non diversa illorum *dat homini misero male* ratio sit atque horum in Bacch. 15. 446. 521: *rénumerét faciát lubens, múlierém teneát sedens, béneuoléns uiuit sibi,* quae eo minus offensionis habent, quod eo in loco, ut in senariis diximus, paeonica ne tum quidem vitata sunt cum ab oxytonis non excipiuntur, ut *cápilibús quassántibus, digitulís primoribus* Bacch. 273. 330. 638. — Sed spondiacam vocem ne ante duas oxytonas quidem trochaicorum elegantia probavit, nec illius exempla hae duae, in quibus nunc subsistere solemus, fabulae Plautinae praebent praeter duo corrupta. Nam illum v. 329 exitum *ómne autém meúmst tuum,* in quem iam bis incidit oratio, nunc tertio argumento intelligitur reiectaneum esse: haec autem v. 883 *tŭum primúm memorá mihi* triplicem transpositionem admittere annotatio nostra docet. Multo igitur minus pro spondeo esse *illum* v. 957 potest, ubi oxytona non sequuntur: *ét ego illúm nossem ápprobe:* vel adeo *sŭo gnató dare epistulam* v. 898. De iambicis autem cum versus locum non refugientibus idem hic valet quod in senariis, velut Trin. 352. 360. 728. 910. 1034. 1044. 1164: de choriambicis molossicis-

---

*) Itaque etsi nihil impedit quominus Trin. v. 877 dicamus anapaestico iambicoque vocabulo finiri, tamen rectius etiam exire in paeonicum cum iambico dicemus: *hómines úbi habitént pater.*

que illic satis iam disputavimus. In hoc autem uno longius est trochaicorum ars progressa quod, etiam nullis oxytonis sequentibus, ionicam vocem, quippe simillimam molossicae, non respuerunt: qualis ut rara, ita certa est Bacch. 8. 406:

. . . . . . méretricés cognómines.
. . . . . . cápiebát suffrágio.

Prius quam ad priorem partem septenarii progrediamur, videndum est de utriusque partis confiniis. In quae cum legitima versus caesura incidat, non est mirum perraro transitum e priore in posteriorem partem bisyllabo vocabulo fieri. Atque durior etiam eo in loco iambo spondeus est: cuius unum exemplum removimus p. CCXXII. ann., alterum Trin. 982 tantum ab interpunctione aliquam excusationem habet:

Fássu's Charmidém dedisse *aurúm* tibi? SY. scriptúm quidem.

Nam alia ratio est v. 699 et 973:

'Id agis ut, ubi adfínitatem *intér nos* nostram adstrinxeris:

Chármides ego súm. SY. nequiquam *herclés*: nam nihil aurí fero:

quorum priore pro una voce sunt *inter* et encliticum *nos* pronomen, altero pro duabus vocibus *hercle és*: nam etsi ne sic quidem hic nitet a caesurae elegantia, tamen paullo minus durum hoc quam illud est. Facilius ut dixi iambicum vocabulum poetae tolerarunt, ut Bacch. 44 et Trinummi eo versu qui iam quartum in examen venit 329:

Símulato me amáre. Vtrum ego *iocón* id simulem an sério:

Dé meo: nam quód tuumst, *meúmst*, omne autem mĕumst tuum:

quanquam de *meumst* prope idem valet quod paullo ante de *hercle's*. De tertio exemplo Tr. 661:

Pérpeti nequeó: simul *pigét* parum pudére te

infra dicendi opportunitas redibit.

Prior autem pars tetrametri cum e cretico et penthemimeri iambico constet, de utroque seorsum dicendum est, ordiendum autem ab iambico parte:

. . . | ⏑ ⏑́ ⏑ — ⏑ || . . . .

Quam ubi dixero et leges et elegantias et cautiones propemodum omnes cum ipsis senariis communes habere, pauca erunt quae addantur. Primum igitur non frequentiores quam in senariis hi sunt ab initio verborum ordines ⏑⏑́ | ⏑⏑́, ut Trin. 322. 1124. Bacch. 666. 1103:

Qui ípsus sibi | satís placét nec . . . . .

Haé sonitu | suó morám mihi . . . . .

Égi ei rei | fundús patér sit . . . . . .

Céterum | quantúm lubét me . . . . .

Haéce oues | uobís malám rem . . . . .

Porro etiam anapaesticae spondiacaeve vocis par est in secundo pede raritas. Et vere quidem anapaesticae in tota Trinummo Bacchidibusque exemplum non exstat, sed tantum ad aliquam illius similitudinem accedentia ut Tr. 351 *et illúc:*

Quód habes né habeás: et illúc quod . . . . . .

(ubi tamen oxytonum *habeas* excipiens anapaestus vix placi-

turus sit, nisi interpunctio intercedat): vel etiam magis ambigua *in eá, ob eám* Tr. 1066. Bacch. 27. 647, in quibus *ĕa ĕam* monosyllaba esse possunt: quibus accedit singularem rationem habens *igitur* Tr. 333:

Níhil istorum. *Quíd igitúr?* Per cómitatem edepól pater:

ubi anapaestici numeri vehementia prorsus eo emollitur quod in paeonis, sed in prima syllaba intensi paeonis lenitatem coeunt *quídigitúr* syllabae. Nam etiam vere paeonica vocabula, etsi crebra non sunt, nihil offensionis illo in loco septenarii habuere: id quod duobus Trinummi exemplis probatur v. 370. 1039:

Tú modo ne me *próhibeás* accípere, si quid dét tibi:

Ĕae misere etiam ad *párietém* sunt fíxae clauis férreis.

Plus saue molestiae eodem in loco admissum choriambicum vocabulum creat, sed idem tamen minus insuavitatis habens quam oxytonesi recepta pentasyllabum huius mensurae — ◡́ ◡ ◡ —́: unde iudicari poterit utrum scribendi exemplum v. 1023 praestet:

Quórum unus *surrípuerít* curréntí cursorí solum,

accedente spondiaci (*unús*) duritie asperrimum, an

Quórum hercle unus *súrpuerít* curréntí cursorí solum.

Spondiacis autem in secundo pede vocibus non magis est locus concessus quam in senariis. Non repugnant v. 619. 682:

'Vlciscare et míhi ut *ergá* te . . . .

Mé qui abusus súm *tantúm* rem . . . . ,

ut in quibus et *ergáte* et *tantámrem* vi enclisis in trisyllaba coalescant. Vnum *nescio* designatum est p. CCXXIV, quod sane singulare est partium non compositarum *ne scio* ac-

centum etiam post factam compositionem servasse. Parum autem excusationis paratum esse versui 679 sentio, qualem a *B* proditum cum Hermanno servavi:

Fácile iuuentust: dátur *ignís*, tamenétsi ab inimicó petas.

Quare haud scio an consultius sit a reliquorum librorum memoria *Facile est inuentu* proficisci ad hanc speciem versus commendandam:

Fácilest inuentú: datur ígnis: tamétsi ab inimicó petas:

quando nec molossus ille *ínuentú* insolens est nec bisyllaba *tametsi* (tanquam *tam etsi*) formae pronuntiatio: nam absonum est de *támĕtsi* cogitare. Vitiosior etiam Mil. III, 1, 36 geminum anapaestum excipiens spondeus:

Cláre oculis uideó, pernix sum,

ubi *sum pérnix* transponendum: omnium autem maxime, si quem horum sensum habeo, intolerabiles hi accentus Bacch. 394:

'Ante solem *exórientém* nisi in palaestram uéneras:

qui versus vide quanto lenius velut sic fluat:

'Ante solem nísi tu *exórientem* ín p. u.

Postremo primus post creticum pes non minorem quam in ipsis senariis varietatem recepit: nec vel tantillum inelegantiae sive spondiaca sive anapaestica vox illic habere visa est, ut ulla unquam cura, etiam ubi liceret facillime, vitata sit. Nec omnino fugere quenquam potest, accentuum et numerorum repugnantiam, ab ipsa necessitate apud hos poetas profectam et tanquam invitis concessam, eisdem paullatim in voluptatem vertisse et multo prius non mediocri ex parte probari coeptam esse ut aliquid gratiae afferentem, quam in certam consuetudinem eius

aetatis abiret, quae excultam et ad legum constantiam revocatam syllabarum quantitatem solam secuta est. Quae mutatio per quos gradus progressa sit, altera ex parte finis versuum, altera ex parte, sed diversa ratione, eorundem initium ostendit: luculentissimo autem documento ipsorum initium septenariorum est. Velut quod modo dicebam, ne voluisse quidem veteres illos spondiacà vel anapaestica vocabula proximo post creticum loco vitare, velut Tr. 855:

Quómodo quidque *agerém:* nunc adeo . . . . . ,

id plurimis exemplis perspicitur huiusmodi (Trin. 843. 848):

Huíc ego die | *nomén* Trinummo . . . . .
Quía ego nunc | *subigór* trium nummum . .

Quantilli enim fuerat non neglecto accentu haec sic disponere:

Huíc ego *nómen* díe Trinummo . . . .
Quía ego *súbigor* núnc trium nummum . . . . ?

Talibus igitur cavendum est ne ad severiorem accentus observationem, quam quae ipsis poetis placuit, unquam exactis de transpositione calidius quam peritius cogites. Ceterum, ne hoc praetermittam, a senariorum initio ad eum, qui illi respondet, septenariorum locum non modo trochaicarum vocum oxytonesis tralata est, de qua supra satis disputavimus, sed raris exemplis etiam dactylicarum paroxytonesis. Cui quemadmodum elisio non obstitit in illo exemplo

Bacchidem. Vtramne érgo . . . . ,

ita nihil impediit quominus p. CXLVIII. Captivorum versum ab his verbis ordiremur:

Tén negas | *Tyndárum* esse. Négo ego . . .

Multo autem maior libertas cum ipsi *cretico*, cuius cum senario coniunctione septenarius nascitur, concederetur, mixta huius partis et eius quae eam excipit licentia incredibilis orta est numerorum varietas, qualem vix ullum metrum prae se fert. Nec mirum septenariorum ab initio licentia multum senariorum licentiam superari, cum, quo qui longior versus est, eo plus spatii et copiae concessum sit ad neglectae artis offensionem rursus obscurandam et tanquam compensandam: nam haec vera caussa est cur plus ab initio quam vel in medio vel in extremo versu liceret. Vt autem primum de ipso *cretico* illo seorsum dicam, recordandum est his eum metricis figuris variari, quas infra posui una cum insequentis iambi formis vicariis:

	–́ ⏑ –́	⏑ –́ α
A	⏑́⏑ ⏑ –́	– –́ β
	–́ ⏑ ⏑́⏑	⏑⏑ –́ γ
	⏑́⏑ ⏑ ⏑́⏑	(– ⏑́⏑)
B	–́ – –́	
C	⏑́⏑ – –́	
	–́ – ⏑́⏑	
	⏑́⏑ – ⏑́⏑	
D	–́ ⏑⏑ –́	
	–́ ⏑⏑ ⏑́⏑	

nam ⏑́⏑ ⏑⏑ –́ et ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑́⏑ ab reliquarum societate exclusas esse constat, quod non potest trochaei locum proceleumaticus sustinere. Quodsi verborum ordines hi sunt ut creticus uno vocabulo comprehendatur: quoniam in duas breves desinens paroxytonum nec lingua habet nec poetice nduxit: quattuor tantum ex illa multitudine formae relin-

quuntur accentum in ultima recipientes contra usum linguae, quas *ABCD* litteris notavimus. Qualium in primo pede vocabulorum nullum defugerunt poetae: velut *A* Bacch. 10:

> *Miseriís* nihil ést quam mulier . . . . :

B Trin. 702. 1021. 1160:

> *Cógnatés* adfinitatem . . . . . .
> *Chiruchús* fuit Córconicus . . . . .
> *Póstremó* quod uís non duces . . . . :

(quorum ultimo minime opus fuit inserto *hoc* pronomine:) *C* Bacch. 44. 397:

> *Símulató* me amáre. Vtrum ego iecón . .
> *Sáliendó* sese éxercebant . . . . . :

D Trin. 381. 612. 701. 711. 886. 1016. 1033:

> *Historiám* ueterem átque antiquam . . .
> *Flágitiúm* quidem hércle fiet . . . .
> *Éffugiás* ex úrbe inanis . . . . .

et sic in ceteris *Lýsitelés, Cóncubiúm, Ambitió.* Consequens est ut, si non uno vocabulo, sed duobus pluribusve creticus constet, horum ultimum aut iambicum sit aut spondiacum aut anapaesticum aut bacchiacum, fiat igitur oxytonum: quod quidem hoc exemplo declarare licet:

a	⏑́⏑	⏑ –́	⏑ –́	α
b	⏑́⏑	– –́	– –́	β
c	⏑́	⏑ – –́	⏑⏑ –́	γ
d	–́	⏑⏑ –́		
e	⏑́	⏑⏑ –́		

Velut formam *a* habes Tr. 909. 1048:

> Nón *placét* qui amicos intra . . . .
> Mále *fidém* seruándo illis quoque . . .

b Tr. 349. 850. 891:

Dé *magnis* diuítiis si quid . . . .

Néque *noui* neque nátus necne . . . . .

Quási *dicás* si quíd crediderim . . . . .

c Bacch. 13. 22. Mil. III, 1, 161:

'Id, *amabó* te, huic cáueas. Quid isti . . . .

Quí *amabó*? Quia Bácchis Bacchas . . . .

Quód *eorúm* causa óbsonatumst . . . . .

d Tr. 310. 348. 357. 622. 632. 636. 854:

Tú si *animúm* uicísti potius . . . .

et sic *Né pigeát, Nón edepól, Sét generúm, Quid facerés, Sát sapió, Quaé uoluít* similiaque multa *): denique formam

e Tr. 304. 356. 604. 660:

Méum *animúm* tibi séruitutem . . . . . .

Ét *aliis* qui cómitati . . . .

Quoí *hominí* despóndit . . . . . .

quanquam hi quidem anapaesti, cum paeonici potius numeri partem faciant, omnium minimum offensionis habent, longeque lenius ad aures accidunt quam illi ⏗|⏑⏑⏗. Quid? quod simile quiddam vel in iambos cadit, quorum leniores hi sunt ⏑́⏑|⏑⏗ quam hi ⏗⏑|⏑⏗, qui pro-

*) Hic quoque anapaestus quam non displicuerit poetis, satis hinc intelligitur quod multis ille exemplis vitari nullo negotio potuerat, velut:

Tu *ánimum* si uicísti potius . . . .

Nón tibi *édepol* pérnegare . . . .

Sét nostrum ire *génerum* eccillum . . . . .

Idemque in proximum anapaestum formae *e* cadit:

Mĕum tibi *ánimum* séruitutem . . . . . .

pius ad anapaestorum naturam accedunt*): atque adeo in spondeos, e quibus duriores tales –́ | — –́ quam illi ⏑́⏑ | — –́ .

Seorsum ipsius principii, quod cretico continetur, oxytonesim persecutus sum, seorsum proximi post principium pedis oxytonesim. Quodsi utriusque partis licentiam omnem etiam in uno eodemque versu coniunctam esse complexionumque hac via nascentium prope nullam esse improbatam dixero, miram accentuum varietatem, quae in quinque syllabis primis septenariorum regnat, ex uno fonte derivavero. Nam quod alibi non mediocri cura esse vitatum vidimus nec nisi certis condicionibus admissum, ut bina se vocabula oxytona exciperent, id illic tot fere modis factum est, quot modi sunt copulandarum inter se latinarum graecarumque litterarum illarum, quibus utriusque partis singulas formas podicas signavimus. Nisi quod ceteris rariores eae formae sunt quae sive priore sive posteriore loco spondiacum habent (*B* et *b* cum *C* et *c*, atque *β*), frequentissimae quae iambicum (*A* et *a* atque *α*). Ab *α* ut incipiam, *Aα* habes Bacch. 1109:

'Arietés trucés nos erimus . . . .

aα Trin. 1180. Bacch. 348. Mil. IV, 8, 23:

'O patér, patér mi, salue . . . . .
Quíbus tuúm patrém meque una . . .
Níhil aquám morór. cur? malo . . .

---

*) Potueramus igitur eam formam, cui *a* litteram adscripsimus in tabula supra proposita, in duas sic dispescere:

⏑́⏑ | ⏑ –́
–́ ⏑ | ⏑ –́

Bα Trin. 1082:

'Argentí minis numeratis . . . . . .

bα Trin. 1169:

Quíd quassás capút. cruciatur . . . . .

cα Mil. IV, 8, 67:

'Ad amorés meós et sensi . . . . .

Dα Trin. 1134:

Lýsitelí quidém Philtonis . . . . . .

dα Trin. 363. 903. 1124:

Nám sapiéns quidém pol ipse . . . . .

Quá faciést homó. sesquipede . . . . .

Haé sonitú suó morám mihi . . . . . ,

quo versu etsi tertia vox oxytona sequitur, tamen quoniam utrumque pro se recte se habuit, et *Haé sonitú* et *Suó morám*, ne consociatio quidem utriusque licentiae improbata est. Progredimur ad genus *β*, cuius hae formae sunt quas infra posui:

Aβ Mil. IV, 8, 49:

Múliebrés morés discendi . . . . . .

aβ Trin. 1040. 1087. Bacch. 346. 678. 1103:

'Vbi malós morés adfigi . . . . . .

Égo misér summís periclis . . . . . .

'Ad probrúm damnúm flagitium . . . . .

Quíd? stilúm cerám tabellas . . . . .

Haéce oués uobís malám rem . . . . . ,

in quem versum idem quod in Tr. 1124 cadit.

Bβ Mil. II, 3, 19:

Prófectó uidí. tun? egomet . . . . .

bβ **Bacch. 645. 1106:**

Qui ín mentém uenít tibi istuc . . . .

Quía nostrós agnós conclusos . . . . ,

quanquam horum priore sic facillime potuerat spondeorum durities vitari: *Qui ín mentem tibi uénit istuc* . . .

cβ **Trin. 693. 716:**

Té honestét, me autém conlutitet . . . .

Égo amicús numquám tibi ero alio . . . .

ubi nunc intelligo non opus fuisse transpositis *tibi númquam.*

dβ **Mil. II, 5, 23. III, 1, 110. 128:**

Cérte equidém nostér sum. et pol ego . . .

Quándo habeó multós cognatos . . . .

Huíc hominí dignúmst diuitias . . . . . .

Sequitur tertium genus *γ*, cuius accipe haec exempla:

Aγ **Trin. 615. 671. Mil. IV, 4, 29:**

Quom ínopiast, cupiás: quando eius . . .

'Abierím cupiéns istius . . . .

cγ **Mil. II, 2, 95** (quando anceps est Bacch. 58):

Quíd agimús? faciléstː trecentae . . . .

aγ **Trin. 700. 880. 914. 1125. Mil. II, 3, 36:**

'Atque eum agrúm dederís nec quicquam hic . .

Múlta simúl rogitás nescio quis . . . .

Quód manú teneás atque oculis . . . .

Néque fuít *neque erít* neque esse quemquam . .

Si hóc palám fuerít. quid peius . . : .

quorum versuum primo si non necessario requiritur mutatio, tamen quoniam multo minus gratiae habere — ⏑ | ⏑ —́ quam — | ⏑ —́ vel ⏑ ⏑ | ⏑́ — sentimus, certe elegantiae laude praestabit *'Atque eum cúm agrum déderis*: secundo autem in-

sequens *nescio* spondeus adeo auget profecto accentuum insolentiam, ut vix reprehendendus sit qui eam saltem iambica *rogas* forma in anapaesticae *rogitas* locum substituta aliqua ex parte lenire instituat.

Bγ Trin. 720:

Fúlmentás iubeám suppingi . . . . ,

quem si ad maiorem scilicet elegantiae speciem noluit poeta sic revocare, *Fúlmentás suppíngi iúbeam,* minus etiam caussae est cur in v. 905 haereamus:

Nóuistín' hominém. ridicule . . . .

bγ Bacch. 60:

Súmne autém nihilí qui nequeam . . . .

dγ Trin. 965. Bacch. 39. Mil. III, 1, 36:

'Atque etiám Philippúm numeratum . . . . .

Pró galcá scaphiúm, pro insigni . . . .

Cláre oculís uideó, sum pernix mánibus, pedibus móbilis:

sic enim ex optimorum vestigiis librorum scribendum. Nam in tralaticium verborum ordinem *Cláre oculís uideó, pernix sum* idem cadit profecto quod in *Múlta simúl rogitás nescio quid.* Qualibus facile perpicitur cur eadem, quam supra allatis *Haé sonitú meó morám mihi* et *Haéce oués uobís malám rem* (*dα* et *aβ*), excusationem non adhibeamus. Quippe hoc interest quod, si praemissum sive creticum sive cretici formam vicariam separaveris, omni offensione vacuum senarii initium praebent *Meó morám mihi* et *Vobís malám rem,* non praebent *Rogitás, nescio quid* et *Videó, pernix sum:* in quibus vix satis gravi interpunctione, ut in exemplis p. CCXXIII. tractatis, ab anapaesto spondeus dirimitur. Quanquam

haec quidem eiusmodi esse concedimus, ut, posteaquam de longe plurimis licuerit sat certo et confidenter statuere, illa ipsa demum lubricam existimationem habeant et dubiam eorum finium, quos ultra citraque nequeat consistere rectum, descriptionem. Idemque volo de illo versu dictum esse, quem iam p. CCXXXVI. tetigi, Trin. 661:

Pérpetí nequeó: simúl pigét parúm pudére te.

Nam cum non possit sane non dubitationem movere quattuor oxytonorum cumulatio, tamen difficile dictu est quid eo versu, qualem codices exhibent, faciendum sit:

Perpeti nequeo: simul me piget parum pudere te:

in quo mordicus tenendum est, quod p. CXXXVIII. docuimus non posse pro duabus brevibus *piget* esse. Nihil igitur relictum esse video nisi ut, qui repetitam oxytonesim ferendam esse neget, monosyllabam *simul* vocis pronuntiationem huc asciscat, quae in medium septenarium etiam illo exemplo incidit quod p. CXLVII. attulimus.

Ceterum paucarum, quas non attigi, formarum exempla in aliis fabulis alii quaerant: quarum si unam et item alteram carere exemplo apparuerit, casu factum putato: nam rationi nulla repugnat.

Sed nondum permensi sumus septenariorum initii prope infinitam varietatem. Restant enim eae formae, quae continuato per utramque partem uno vocabulo oxytono fiunt. E quo genere has notavi:

a —́ ⏑ | —́ — —́
b —́ | ⏑ —́ — —́
c —́ ⏑ —́ — —́
d —́ ⏑ | ⏑́ ⏑ — —́
e —́ ⏑ | ⏑́ ⏑ ⏑ —́
f —́ ⏑ | —́ ⏑ ⏑ —́
g —́ | ⏑ —́ ⏑ ⏑ —́
h —́ | — ⏑́ ⏑ ⏑ —́
i —́ | — —́ — —́
k —́ | — ⏑́ ⏑ — —́

a Trin. 375. 943. 972. 1131:

Dúcere úxorém sine dote . . . . , ...
'Vsque aqua áduorsá per amnem . . . .
'Abi sis núgatór nugari . . . .
Quód datum útendúmst repetundi . . . . . : .

quo pertinent e Bacch. 64. 365. 369. 384. 638. 1171. Mil. v, 8, 60 molossica vocabula *árgentúm laúdabúnt iniustús paúlispér súmebús lénonés séruorúm.*

b Trin. 358. Mil. III, 1, 47. 101. 138. 182:

Quoí tu egéstatém tolerare . . . .
Vél cauíllatór facetus . . . .
Túm piátricém cleméuter . . . .

c Bacch. 722:

O ímperátorém probum. iam . . . . . .

d Trin. 343. 1088:

'Vt ita te áliorúm miserescat . . . . .
Véctus cápitalí periclo . . . .

e Trin. 846. 351:

Quás ego néque oculís neque pedibus . . .

Quód habes né habeás, et illuc quod . . .

ubi paeonis instar esse binas voces memento.

f Trin. 620. 1010. Bacch. 20. 48. 416:

'Adde gradum, ádproperá, iamdudum . . .

Dŭae me unum éxpetitís palumbem . . .

Sí aput te éueniát desubito . . . .

g Mil. III, 1, 207:

Quí nisi adúlterió studiosus . . . . .

h Mil. II, 3, 25:

Tŭum stultíloquiúm. qui uero . . . :

quo exemplo satis defenditur quod Hermannus posuit Bacch. 7:

Pól lusciniolaé quoque metuo . . . ,

ubi ipse Vetus omittit quod vulgo additur *ego.*

i Trin. 378:

'Egone indótatám te uxorem ut pátiar? LY. patiundúmst, pater:

nam huic formae satis praesidii paratum esse eis videtur quas *Bβ* et *bβ* litteris signavimus. Quanquam cum *te* pronomen Ambrosianus ignoret, quaeri potest num forte a poetae manu horum aliquod exemplorum quae infra posui profectum sit:

'Egone indotatam úxorem ut te pátiar . .

'Egone ut te indotátam uxorem pátiar . . .

'Egone indotatam út te uxorem pátiar . . .

k Trin. 1138:

Módo mi aduénientí nugator . . . . ,

si libros sequimur. Verum hoc nemo non sentit quanto aspe-

rius ad aures accidat quam specie tantum similia *lusci-niolae* et *indōtatam:* quae asperitas nobis tam est molesta visa ut eum versum non dubitaremus immisso *hic* ad illius similitudinem revocare qui est in **Bacch. 506**:

Núm quae *aduénienti* aégritudo . . . .

Tantae molis erat septenariorum trochaicorum et artem eximiam et modicam certisque finibus circumscriptam libertatem explicare. Ne tamen in nimiam molem praefatio crescat, reliqua metra mitto in praesens, in eo solo acquiescens ut iambicorum trochaicorumque in observando accentu severitati prorsus oppositam esse anapaesticorum licentiam dicam, utpote vix ullis in eo genere legibus astrictam: id quod etiam de iambicis octonariis dictum esse volo, non item de septenariis iambicis. Ab illorum autem veris rationibus perspiciendis longissime abfuit, cuius teretes nimirum aures hos accentus fastidirent:

Magis quam íd repultó, tam mágis urór, quae méus filíus turbáuit.

Omnía me mála consé ctantúr, omníbus exítiis ínterii.

Haec igitur et his cognata nunc mitto, ut longe uberrimum locum, qui de accentus doctrina restat, paucis perstringam potius quam debita eius gravitati diligentia pertractem.

CAPVT XVI.

Etenim quae per superius caput totum de accentu disserui, ad grammaticum accentum spectant

omnia: sequitur nunc ut de accentu logico dicatur*). Cui cum ratio item iuberet non repugnare metricum accentum, sed conciliari, ei postulato facile intelligitur non potuisse aliter satisfieri, nisi ut, quas voces vis sententiae intenderet, has versus quoque ei loci reciperent qui maiorem a numerorum rationibus vim habent h. e. ut in arsi collocarentur nec vel in thesi delitescerent vel elisione absorberentur. Atque haec illa lex est, quam cum praeclare Bentleius indagasset, tamen haud scio an aliquoties ad paullo severiorem normam quam par fuit exegerit concinnitatis studio nimio. Nec id mirum, cum in tota metrica prosodiacaque disciplina Plautina Terentianaque nihil sit quod vel cautius vel subtilius iudicium requirat. Quippe non potuit uni inexorabili necessitati id genus astrictum esse, quod cum saepissime e solo sensu poetae suspensum esset, multo magis artis fuit quam scientiae. Etenim cum ab eis vocibus, quae notionis pondere insignes indubitatam habent vim sententiae, ad eas, quae destitutae sunt omni, per plurimos gradus deveniatur: etsi de illorum generum neutro fluctuabit iudicium, at de horum multitudine, quae sunt media nec aut gravem intentionem postulant aut nullam admittunt, saepe non possumus non vehementer ambigere utrum intendere an non intendere ipsos poetas vel voluisse vel potuisse dicamus. Et tamen si, quam illi viam tenuerint, volumus generatim definire, fugere neminem potest id eos studuisse, ut quantum possent extra arsim

*) Non ignoro equidem hac potestate non esse '*accentum*' dictum a veteribus. Quo tamen nomine, ut perspicuitati consulam, utor eo libentius quo planior cognata vis et ratio utriusque generis fiat.

nullum omnino vocabulum collocarent, modo id aliqua vi praeditum esset quantumvis ea exigua, sed ut numerorum verborumque ordines mirifico artificio temperatos exaequarent. Velut percurre sis in id intentus principium Trinummi: suos ictus metricos singulis fere vocibus esse invenies, paucitatemque mirabere earum, quae cum in thesi cubent, nulla sui parte arsim occupent. Nam arsim quod non semper ea syllaba occupat, quae grammaticum accentum habet, id nihil ad logicum pertinet: cui quidem non minus satisfit si velut vim sententiae habens *uideo* vel *aequom* numerorum accentu non hoc intenditur, *uídeo, aéquom*, sed hoc potius *uideó, aequóm*. Non hoc dicam, nihil prorsus interesse ad vim sententiae, utrum in eam syllabam, quam consuetudo linguae acuit, an in eam quae grammatico accentu caret, ictus metricus incidat: concedam copulato grammatico cum rhythmico accentu omnium fortissimum accentum logicum prodire: nego nullum vel exilem solo rhythmico effici. Quod nisi ita esset, nullius unquam oxytonae vocis (qualium tantam esse in versibus frequentiam vidimus) gravius efferri notio potuisset. Ergo etsi paullo sane distinctius extolli *animum* notionem sentimus hac collocatione verborum Trin. 310: *Tu ánimum si uicisti potius* *), quam hac *Tú si animúm uicisti potius*, tamen nec

*) Hoc si elegantiores scilicet scioli quidam propterea esse fortius ad sententiam quam *animúm* docent, quod in *ánimum* accentum radix vocis recipiat, in qua ipsa notionis significatio consistat, in *animúm* autem adventicia pars vocis, quae est terminatio, acuatur: nihil nisi ignorantiam produnt suam, communicata cum graeca latinaque lingua vernaculae linguae ratione, quae ab illis est alienissima. Qui quo tandem artificio effectum esse dicant, ut ullo in

oxytonum *animum* dicendum est non plus intentionis habere quam si in thesi velut sic delitescat *Tú si animum éxpugnasti potius,* nec sententiae non etiam media vi intentionis satisfieri. Item Bacch. v. 188 cum sententia extolli *auri* notionem iubeat: ea cum fortissime sane velut hoc exemplo acuatur: *Fortásse isti aúro iam ópus est,* tamen ex eo, quod talis conformatio verborum iniri non potest, non consequitur non praestare eum ordinem, qui aliquo modo *auro* vocem intendit: *Nam istic fortasse aur óst opus* (quem ipsi codices praestant) prae eo quo illa prorsus supprimitur: *Nam istic fortasse auro ópus est.*

Iam vide mihi quae et qualia sint quae in eodem illo principio Trinummi extra arsim posita sint. Primum monosyllaba habes vel elisione monosyllaba facta, leviorisque momenti bisyllaba: particulas, pronomina, sine quibus ne fieri quidem enuntiata possunt: breviculas nominum verborumque formas nihil insignioris notionis, nedum ullius ad sententiam ponderis quicquam habentium. Velut: *Sequere hác me gnata ut minus fungaris tuum. Sequór, set finem fóre quem dicam néscio. Adest, én illae sunt aédes. Dedúcam si quidem óperam ... Haec quae ábiit intro, dícam si animum aduórtitis. Primúm mihi Plautus. . . . Tum illánc mihi esse . . . Set éa quid huc . . . Accípite et date uacíuas auris dum éloquor. Quoniam ei qui me aleret . . . Dedi ĕi meam gnatam, quícum una aetatem éxigat. Set de árgumento ne éxspectetis . . . Senés qui huc uenient, i rem uobis áperient. Nunc uos*

---

loco talium notionum radices acuerentur, quales sunt *parávit, honóribus* cum aliis centenis?

hóc rogat Vt liceat possidére hanc nomen fábulam. Satis est exemplurum, in quibus accentu et coniunctiones carent formaeque relativae coagmentandis tantum enuntiatis inservientes, et tales notiones quibus ne opus quidem est ad sententiae summam percipiendam, sed aut ad eius paullo accuratiorem definitionem aut ad aliquem tantum cultum ornatumque cogitationum. Nam intelligi quidem profecto etiam haec potuerant: *Sequere hac gnata* sine *me, en illae aedes* sine *sunt, si operam dare promittitis* sine *quidem, tum illanc esse* sine *mihi, dedi ei gnatam quicum aetatem exigat* sine *meam* et *una, senes qui uenient* sine *huc, i uobis aperient* sine *rem:* item *nunc hoc rogat* sine *uos,* et *possidere nomen fabulam* sine *hanc*: neque enim de alia nisi de *hac* fabula cogitari potest, nec de aliis, quos roget poeta, nisi de ipsis spectatoribus: contra non aliquod nomen, sed hoc unum praeter reliqua omnia suae vult fabulae imponi, quapropter non *núnc hoc uós rogat* illa collocanda erant cum Palatinis, sed cum Ambrosiano *núnc uos hóc rogat.* Sed etiam paullo longiores vocabulorum formae et suapte significatione aliquanto ampliores notiones tamen ita se habere ad totius enuntiati sui rationem possunt, ut huius summae nullum aut perexiguum pondus addant: e quo consequitur ut delitescere in thesi potuerint. Sic in his v. 14: *Quoniam ei qui me aleret nil uideo ésse relicui,* tantilla vis est *uideo* notionis, ut nullo ipsius sententiae detrimento sine *uideo* dici potuerit *quoniam ei nihil est relicui.* Item v. 54 pro his *Omnibus amicis, quod mihi ést, cupio esse item* licebat profecto etiam sine *cupio* velut sic: *omnibus idem sit quod mihi.* Vel v. 859 *Núnc ego si potero ornamen-*

tis hominem circumducere, Dabo operam nihil momenti in *potero* verbi notione esse statim hinc intelligitur, quod eadem sine *posse* verbo sic dici potuerunt: *dabo operam ut hominem ornamentis circumducam.* Item perlevem vim *facere* habet v. 674 *reputes quíd facere éxpetas*, quae prorsus aequant alias loquendi formas ut 'quid velis, moliaris, intendas': neque enim ullo modo *facere* et *dicere* vel similia ut opposita cogitantur. Nec plus offensionis v. 131 vel *homini ádulescénti* vel *animi ímpoti* habet, ubi et satis erat *adulescenti* dici sine *homini*, et tanquam in unam notionem cum illa coeunt tum *animi impoti*: similiter ac v. 381 *ueterem átque antíquam.* Hinc iudicari de centenis exemplis poterit. Velut cum Bacchidum versus 63. 65 sic scriptos Hermannus exhibuit:

'Ego sorori meae hódie coenam dáre uolo uiáticam:
Tu ópsonatum fácito nobis sít opulentum opsónium:

contra libros utrumque, in quibus *mĕae coenam hódie* es et *Tú facito ópsonatum:* illud quidem apparet necessarium fuisse, cum in *coenae* notione primaria vis sit totius sententiae, nulla prorsus in *meae:* alterum non item, ubi *tu facito opsonatum,* quod pro simplici *tu opsonato* est, nullam a depresso *facito* verbo offensionem habet: (nam quod etiam *tu,* ut oppositum *ego* pronomini, intendendum esse videatur, de eo aliter existimandum esse infra intelligetur).

Praeter haec in illis quae e principio Trinummi excerpsimus exemplis habes sane etiam gravioris momenti notiones ab arsi exclusas: *sequere, adest, dedi.* At vero his quidem aliunde excusatio praesto est rationi prorsus consentanea. Posita enim sunt in ipso v e r s u u m i n i t i o: cuius

loci natura ea est ut, quoniam ibi vox exorditur, naturali necessitate quadam pronuntiandi non eleventur verba sed extollantur, etiamsi ictus numerorum, ut in iambicis, non accedat. Talia igitur sunt *Bona* Trin. 41, *Bene* 52, *Credo* 53, *Deosque* 57, *Faxo* 60, *Men* 69, et similia ubique.

Attamen ex eo, quod pondere carentes voces licuit in thesi deprimere, minime consequitur non potuisse acui in arsi collocata. Immo ubicumque nulla ipsorum, quibus aliquod enuntiatum fit, mutatione licuit vel satisfacere legi vel non satisfacere, consentaneum est ita verba disponere poetas maluisse, ut singulae notiones sub ictus caderent quam ut quaedam extra ictus. Quid enim tandem causeas fuisse putemus cur, quem ordinem ratio universa, e qua hoc genus suspensum est, dissuaderet, praeferrent ei qui commendationem concinnitatis habens cum nullo prorsus versus facientium incommodo coniunctus esset? Itaque huius vis ratiocinationis cum in emendandis illis poetis sat late pateat, tum praecipuum ius quoddam habet in conciso coagmentatoque senariorum metro: paullo enim liberiorem rationem, ut in aliis rebus, ita in hoc genere septenarii sequuntur, ab initio potisssimum versus: quo et *facito* illud pertinet et *potero*, quod nullo negotio cum arsi conciliare sic licebat: *Núnc si pótero ego ornamentis* . . . Sed Trin. v. 45 cum optio data esset harum collocationum: *quóia hic própe me uóx sonat* et *quóia hic uóx prope mé sonat*, etsi ad sententiam neqnaquam necessaria est *prope* notio, tamen quoniam accedere scriptor voluit, intensam praestare obscuratae apparet: pari ratione atque v. 2 non *finem quém fore dícum* collocavit, sed *finem fóre quem di-*

cam, tametsi ipsa *fore* voce ad sententiam quidem facile careamus. Non gravior *dare* notio est in his *uéniam iam dare géstio* v. 325: neque enim vel dandae negandaeque vel petendae dandaeque oppositio fit ulla: et tamen aut *ueniam dáre iam* aut *dáre iam ueniam* poetam maluisse ipsi codices fidem faciunt *A* et *B*. Similiter v. 898, etiamsi non vitiosus esset spondeus, tamen ferendum non esset *sŭo gnató dare epistulam* pro *dáre suo gnáto epistulam.* Imprimis aptae, quibus huius concinnitatis studium eniteat, tales locutiones sunt quae usu sermonis frequentatae constanter accentus servant, ut *óperam dáre* vel *dáre operam*, item *ópus est.* Vnde dupliciter in artem peccant libri v. 583: *De dóte ut uideat quíd opus sit facto: 'I modo,* cum ad *opus* et *facto* sine ulla necessitate depressa accedat praeter rationem intensum *sit:* quocirca haud cunctanter transponendum fuit *quíd facto ópus sit:* nam minimam ex illis vocibus omnibus vim habet *facto.* Fatendum est tamen quaedam sane adeo exili notione esse, ut ne cum summa intendendi commoditate quidem coniunctam accentus necessitatem habeant: quo multis in locis leviter addita *ego*, *mihi*, *tibi* pronomina pertinent. Velut nihil est quod ad positionis elegantiam in his desideretur v. 874. 995: *quí hás mihi dédit epistulas* et *quí mihi tris nummós dedit:* quantumvis facili opera cum Hermanno transponas *has mihi quí dédit epistulas* et *mihi qui tris nummós dedit.* — Ceterum in aliis saepe lenissimo artificio illud efficitur ut e thesi in arsim transferatur vocabulum. Velut et *bonus* et *secus*, quanquam opposita inter se, delitescunt in tralaticia specie versus 1064: *Sí bonus est, obnóxius sum, sin secus est, faciam út iubes:* eadem statim

emergunt, ubi scripturae variationem eis adhibueris ipsius antiquitatis consuetudine flagitatam *sí bonúst* et *sín secúst:* quo facto solum in thesi restans *faciam* non postulat intentionem. Idem inter *sí probus ést* et *sí probúst* interest v. 321 et consimilia multa.

Aliud est genus collocandorum verborum, quo logico accentui singulari quadam ratione satisfit. Non negabunt, qui harum rerum usum habent, bonum versiculum esse *Ét igni mi ét aqua páter interdixit meus.* Ignis notionem aequat profecto gravitate *aqua:* et tamen hoc supprimi in thesi videtur. Verum enimvero videtur tantum. Quippe ubicunque iambicum vel pyrrhichiacum vocabulum brevis vox monosyllaba praecedit in arsi posita, huius vis arsis ad insequentes syllabas ita pertinuit, eae ut non sentirentur tanquam prorsus delitescentes in thesi, sed ut coalescentes cum praegressa in trisyllabum vocabulum. Nec caussa latet eius rei, cum una longa arsis ⏗, ubi in duas breves solvitur, necessario hanc formam recipiat ◡́◡ *). Hinc multitudini exemplorum, in quibus neglecta esse logici accentus observatio facile videatur, legitima ratio constat: id quod uno verbo significavi Mus. philol. n. v, p. 43. Pertinent huc praeter cetera cum praepositionibus conglutinata nomina: velut non sunt delitescere dicendae *equo* et *amica* voces Bacch. 41: *úbi mi pró equo léctus detur,* et v. 109: *ét erus úna cúm amica áccubet,* nec *illo, illis* Trin. 134. 203 in *neque dé illo quícquam* et *cúm illis úna.* Quanquam

*) Cognatum illud genus est ex eodemque fonte derivandum, cum e ⏗ ◡ ⏓ fit ◡́◡◡⏓ velut, *prŏ́pitius* ad similitudinem *prōdigus* formae. Quod suo loco tetigimus supra.

ipsas praepositiones hinc exemerim potius, propterea quidem quod harum latius patens libertas ultra illos fines evagatur: quippe quae simili*) vi enclisis, ac de qua supra diximus p. CCXXII. et CCXXVI. sq., cum suis nominibus etiam tum coalescant, cum aut haec monosyllaba sunt aut ipsae bisyllabae. Quo fit ut in artem non peccent *cúm damno ét malo* Trin. 219, *cúm dis dámnosíssumis* Bacch. 86, *pró scuto áccubet* ib. 41, *ín mentem ést tibi* 130, *síne dote haút dare* Trin. 584: nec, ubi vis sententiae in pronomine est, ăput me, ăput nos Bacch. 16. 26. 50. 51, *éx te* ib. 158, *ád me* Tr. 613. Verum praeter praepositiones variae sunt binorum verborum coniugationes, in quas proposita definitio prorsus conveniat. Nihil frequentius his: *quíd agam*, *quíd agis*, *quíd agunt* (Tr. 64. 437) vel *quíd ais*, etiam ubi contendi minime potest omnem vim sententiae in *quid* esse, nullam in verbo. Eodem pertinent *quíd opust, út opust:* item *quóm opust, iám opust,* quae, ubi singularis vis est in temporis significatione, ne potuerunt quidem *quom ópus est, iam ópus est* dici, ut Bacch. 189*). Horum exemplo alia censenda sunt: ut *ét*

*) Similem dico, non parem, cum ad verae enclisis naturam requiratur ut logico accentu annexa vocula careat (id quod in graeca quidem lingua in pedisequa praepositionum pronomina constat nunquam cadere.) Sed commune est quod praepositionibus iuncta et nomina et pronomina tanquam in polysyllaba vocabula cum illis coeunt.

*) Contra *Quid eo mi ópus est* sententiarum nexus poscit v. 46, non *Quid eo mihi opust.* Satis ambiguum est utrum Trin. 503 sq. praestet:

Eheú, ubi dicto nil erat usus, spóndeo
Dicébat: nunc hic, quom ópus est, non quit dícere.

Vbi si non praecederet *nunc*, quo satis iam temporis notio defini-

erus illud Bacch. 109, *si ita's* Trin. 46, *quid tua agit* 51, *quód homo* 123, *úbi eris* 191, *quód edis* 339, *quód habes* 351, *út agro* 616, *égo agrum* 652, *mé agrum* 687, *té agrum* 695, *quóm agrum* 700, taliumque frequentia qualia sunt *dúm illut, túa istuc, égo illi, ét illut, ét illi, quód illi, égo istam* v. 211. 319. 328. 340. 342. 372. 472. 476: e quorum similitudine non leve firmamentum petitur eius mensurae quam p. CC. sq. commendavimus. Ceterum talium qualia sunt *dé íllo, ét ìste*, multitudine sciendum est omnino usitatam illorum pronominum correptionem longe maxima ex parte contineri. Multo enim rariora haec sunt, ut Tr. 187 *Ille qui mandauit*, v. 809 *Lepidást illa caúsa* (ubi non opus est transposito *Lepida íllast*), vel etiam in arsi v. 672 *Ille qui aspellit is compellit, ille qui consuadét uetat.* Nec caussa eius rei latet. Nam his exemplis, quoniam primitivam quidem prosodiam *ille* et *iste* voces hanc ⏓ ⏑ habent, non ⏑⏑, facile, cum incipimus pronuntiare, pro longa paenultimam accipimus, quippe quam pro brevi esse insequentes demum syllabae doceant: contra praemissa brevi quae ictum habeat syllaba tam certa fit insequentis syllabae finitio, ut haesitandi caussa omnis praeclusa sit. Quam autem productio paenultimae praevaluerit prae correptione, illinc quoque apparet quod nulla unquam illiusmodi forma in ultimo versuum pede locum habuit *). Idemque in illas correptio-

tur, prorsus necessarium esset *quóm opust:* altera autem ex parte ne *ópus* quidem necessario acuendum, cum haec quoque notio non nova inferatur, sed iam praecesserit in *usus erat.* Eo autem ipso versu non est ambiguum quin parum apte in thesi *dicto* lateat, efferatur autem praeter rationem *erat: ubi nīl erát dicto úsus.*

*) Iure igitur nostro, sicubi in superioribus capitibus in tales versus

nes cadit quae modo allatis verborum compositionibus *dé íllo, ít iste* valde propinquae eadem prorsus ratione reguntur: *sét intus, quód intus, égo intus, sine omni, quód omnes, tíbi omnes,* quas tractavimus p. CXXVIII. et p. CXXXII sq.: ad quae aliquo intervallo etiam *sét ĭnterim* accedit.

Cautiones significavi, quibus restringenda esset principalis legis severitas. Quarum ubi nulla locum habet, neglecta eorum verborum intentio, in quibus praecipua vis et gravitas sententiae reposita est, non potest non vitii suspicionem movere. Percurram editam a me fabulam et potiora quaedam speciminis caussa notabo. Ac de duobus exemplis iam monui supra: de *út opust ita ted esse* (v. 311) p. CXCIV. sq., de *né habeas,* cui oppositum *quod habes,* pro *ne hábeas* v. 351 amplectendo p. CXXXV. Perversissimum erat supprimi v. 388 *tuum* pronomen, atque adeo cum scabra *erit* vocis correptione: et praeclare Hermanni transpositionem *Gráuius túum erit únum uérbum quam centúm mea* Ambrosianus codex confirmavit. Non minus fortis oppositio v. 447 hanc collocationem requirebat *homo égo sum, tú homo es,* non *homo égo sum, homó tu es.* V. 565 nunc demum video non *esse,* sed *ego* acuendum fuisse: *Et égo esse locuples, uérum nequiquám uolo:* servo enim semet Lesbonicus opponit. V. 633 recte se accentus ita tantum habent: *Qui mihi béne quom simulas facere, mále facis, male cónsulis,* ubi contraria *bene* et *male:* qua tamen *male* notione semel intensa non opus erat etiam altero *male* in

---

disputatio incidit, in quibus per metrum ambiguum esset trochaeum an pyrrhichium *ille,* spondeum an iambum *istum* et similia efficerent, pro longa paenultimam accepimus quamdiu non aliud certa rationis probabilitas iuberet.

arsi posito. V. 676 ferri nullo modo potuit in thesi elevatum *aquae: Tum igitur tibi aquae erit cupido:* ubi cum oppositio fiat ignis et aquae, scribendum erat *Tum igitur áqua e erit tibi cupido.* V. 683 e tribus collocandi modis unus is rationi repugnat quem libri prodiderunt: *ut mé merito óderit;* nam cur oderit Lesbonicum, vel nunc satis caussae sorori est: quod iam curandum est fratri ut ne merito sibi accidat: quocirca aut *mérito ut me óderit* aut paullo simplicius *ut mérito me óderit* cum Hermanno probandum. V. 687 tralaticium ordinem *'Atque eum agrúm me habére quam te* recusat obscuratum *me,* quod sic extollendum pronuntiando: *'Atque eum m é agrum habere quam te.* V. 714 et valde invenustum est et artis expers *quód meum erit, id erit tuum,* cui nemo non sentit quam praestet *quód erit méum, id erit tuum.* Nec defensionem habet v. 814 *Adférre, nón petere hic se dicet,* qua collocatione ipsi nervi infringuntur sententiae, qui contrariorum *adferre* et *petere* oppositione continentur: unde e quattuor ordinandorum verborum exemplis, quorum nullum reiectaneum, maxime probabile delegimus: *adférre hic, nón se pétere: adférre se hic, non pétere: adférre, nón se hic pétere: adférre, nón se pétere hic.* Denique iam meae me modestiae paenitet qua v. 857 servavi quod in libris est: *'Vt ille me exornávit, ita sum ornátus.* Neque enim hoc dicit sucophanta, non alio se modo ornatum esse quam quo ab illo exornatus sit, verum hoc potius: 'ut me ornatum videtis, ita a b i l l o exornatus sum' h. e. 'non meus hic ornatus est sed illius, ut eum ornatum si vendam, illum a quo accepi ludos faciam et sucophantiose circumducam.' Quod ut intellige-

retur omnino, huic ordini *'Ille uti me éxornauit* non in annotatione tantum locus debebatur. Contra illorum exemplo, quae sunt *quíd agam, quód habes*, se tuentur item ab initio versus posita *út ita* v. 343 et *út agro* v. 616: pro quibus quanquam facile exspectes, quod suadere oppositorum ratio videtur, *íta uti* et *ágro uti* (*'Ita uti te aliorúm miserescat, né tis alios misereat* et *'Agro ut euortat Lésbonicum, quándo euortit aédibus*), tamen etiam altera illa collocatio admitti potuit propterea quod nihil ad sensum ambiguitatis habet ut *Vt ille* illud.

Oppositas esse etiam Trin. v. 6 pronominum notiones *ego* et *illaec* nemo est qui neget: et tamen in thesi delitescere *ego* passi sumus: *Nunc ígitur primum, quaé ego sim ét quae illaéc siet.* Quod quidem tantum abest ut in artem offendat, ut locupletissima ratione nitatur. Etenim ubicunque non simplex fit duarum notionum oppositio, sed geminis geminae notiones opponuntur, plerumque nec commode fieri potuit ut quaternarum vocum nulla extra arsim esset, nec opus esse tam putida diligentia visum est, sed satis fuit utriusque membri bipertiti alterutrum antitheticum vocabulum acui. Pauca enim exempla vel tam consummatam concinnitatem prae se ferunt quam Bacch. 333: *Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist*, vel tam languidum genus, ut bipertitum membrum alterum totum sit in thesi, bis in arsi alterum, ut ib. 103: *Ibidem égo meam operam pérdidi, ubi tú tuam.* Vbi si vel *ego* et *tuam*, vel *meam* et *tu* acuerentur sola, illa ipsa prodiret quam maximè probatam esse speciem dixi: quale hoc est Tr. 59: *Vin cómmutemus? túam ego ducam et tú meam?* Item Bacch. 131: *tibi ego*

an tu mihi sérvos es? vel, ne in solis pronominibus subsistamus, ib. v. 4: *út tu táceas, égo loquar*, ubi etsi licebat etiam *tu* acuere sic transpositum, *tú uti táceas*, tamen non opus erat duplici notionum intentione. Horum igitur similitudine illa quoque *quaé ego sim et quae illaéc siet* censenda sunt: prius enim quam ad Luxuriae Inopiaeque (*ego ... illaec*) oppositionem pervenit oratio, contraria haec cogitantur *quae sim* et *quid velimus*, quorum hoc alterum post demum (a v. 10) persequitur prologus: unde minime opus fuisse intenso *égo* perspicitur.

Multitudinem autem exemplorum praevideo mihi oppositum iri, in quibus non modo arsim non occupet personarum quamvis finita et gravis significatio, sed eadem ne in thesi quidam satis audiatur, utpote quae elisione devorata nihil sui reliquum faciat. Pertinent huc talia: *set tu éx amicis cértis mi's certissimus* h. e. 'tu praeter alios omnes' Trin. v. 94; *firmum ómne erít quod tu égeris* h. e. 'firmius quam quod ego egero' v. 387; *quid id ad me áttinet* h. e. '*was geht das mich an*' v. 978. 1065. Bacch. 197 et similiter sat saepe alibi; *númquis est hic álius praéter me atque te* v. 69; *pérdidisti te átque me átque operam meam* Bacch. 101. Et haec quidem, quorum notabilis frequentia, si ita sese habeant revera ut visa sunt omnibus, non profecto mediocriter labefactent quam de accentuum notionumque congruentia doctrinam pertexuimus. Verum enimvero illa ipsa nos quidem certo esse documento putamus, rectissime dubitari num, quae vulgo vocales finales elidi dicuntur, reapse absorptae sint pronuntiando, an, quod et ratio et veterum testimonia quaedam suadere videntur,

aliqua potius συναλοιφῇ sive συνεκφωνήσει cum insequenti vocali conflatae. Quam controversiam recte dirimere non sunt existimandi, qui alterutrum amplectuntur excluso altero. Nam si duae vocales in unius sonum colliquescentes non possunt non longam syllabam efficere, necesse est synaloepham ab eis exemplis alienam esse quae brevem syllabam servant: ut *Huc quae ăbiit intro, dícam si ănimum advórtitis,* in quo versu vix possunt non elisia esse *ae* et *i*. Contra nihil impediit quominus illi vicinus versus non sic recitaretur *Ded' ĕi meam gnatam quic' un' aetat' éxigat,* sed quater conglutinationem admitteret vocalium *i-ei, um-u, a-ae, em-e.* Itaque *me* pronomen cum tanquam encliticum (μ') sit in hoc exemplo *Quoniam ĕi qui me aleret nil uideo esse rélicui,* tamen nec absorptum esse nec accentum amisisse dicendum est in hac consociatione verborum *Is rém paternam me ádiutrice pérdidit.* Idemque in monosyllaba potissimum longa vocali terminata cadere videtur omnia, ut in illa a quibus ordiebamur *tu ex, tu egeris, me attinet, me atque, te atque:* item in *ét tu itó simul* v. 1106, ubi quod sub ictu non *tu* positum est sed *et,* id eandem rationem habet ac si nos *du aúch* pronuntiamus, etiamsi oppositas esse personas volumus. Imprimis evidens exemplum habes Mil. IV, 3, 31: *Quin sí uoluntate nólet, ui extrudám foras.* Horum igitur similitudine nihil impedit quominus etiam Bacch. 403 proditum in codicibus verborum ordinem tueamur: *Própter me haéc nunc mĕo sodali díci discrucior miser,* ubi *Própter mé* expetens Hermannus *haec* transposuit post *sodali.* Ac licet haec prorsus comparare cum graecis exemplis: velut cum acuta μή vocula cum vocali coaluit in

εἰ δὲ μή, οὐ λείψω ποτέ et *εἰ δὲ μή, ἀλλὰ νῦν λαθεῖν.* Nec diversam rationem bisyllaba sequuntur, quae postquam legitima synizesi facta sunt monosyllaba, rursum cum proxima voce coeunt: non igitur carere accentu dicendum vim sententiae sustinens *eo* pronomen Trin. 852: *eo ornatu áduenit.* Ceterum facile nunc intelligitur etiam in thesi positis parilibus contractionibus *ĕi, mĕae, tŭum*, si a vocalibus excipiantur, synaloepham potius quam elisionem adhibendam esse: *rei árgumenta, meo árbitratu, caúsa fui hác,* et quae reliqua supra commemoravimus p. CLIV.

Quodsi vel sic quaedam relicta sunt, quamquam ea numero pauca, quae cum notionis gravitate insignia sint, tamen nec accentum recipiant nec earum quas explicavimus defensionum aliquam: recordandum est quod ab initio diximus accentuum notionumque convenientiae poetas quantum possent studuisse. Neque enim eosdem celandum est nonnulla vivae voci recitantium reliquisse praeter ictus numerorum acuenda atque extollenda. Nec profecto mirandum, aliquid de summae severitatis constantia eos remisisse, quibus et grammatico cum rhythmico accentu consociando et rhythmico accentu cum logico exaequando maiores essent quam ulli posteriorum saeculorum poetae difficultates superandae: ut multo magis miranda sit atque admiranda exceptionis raritas. Huius quoque generis notabiliora quaedam afferam. Sic contra rhythmicos ictus Trin. v. 65 recitandus est: *Edepól proinde ut diu uiuitur, bene uiuitur.* Quod quidem facile perspicitur non potuisse ullo pacto aliter institui, si modo hac vel simili ratione illam ipsam sententiam efferre poeta vellet, nec prorsus

aliis verbis quaesitis plane diversam conformationem sermonis inire: quod ipsum fieri non potuerat quin non eadem, sed aliqua ex parte diversa sententia prodiret. Vnde etiam neglectionem legis regi ratione intelligitur. Quod contra vindicat sibi critica ius corrigendi h. e. plerumque leniter transponendi, ubicunque nec sententia nec verbis mutatis poetae opus erat ad perfectam concinnitatem consequendam. Itaque cum idem, quod in Trinummi versum, in hunc cadat Bacch. 104: *Tua disciplina néc mihi prodest néc tibi*, tamen de eiusdem fabulae v. 53 magna dubitatio oritur, num utraque voce, in qua tanquam cardo sententiae vertitur, in thesi depressa sic verba poeta collocarit: *Dáto qui béne sit: égo, ubi béne sit, tíbi locum lepidúm dabo*, simul vi arsis bis intensa *bene* notione, in qua post ea quae praecedunt exiguum pondus est. Quorum quam facilis, tam profecto commendabilis transpositio est, non haec si quid video violentior: *Quí sit bene, dato: égo, bene úbi sit, tíbi locum lepidúm dabo*, sed cum lenissima mutatione coniuncta haec: *Dá tu, quí bene sit: ego, úbi sit, tíbi l. l. d.:* nam correpti *dátŏ* etsi aliquam rationem p. CLXVIII. aperuimus, tamen fatendum est alterum exemplum desiderari: productam autem *sit* formam satis ut puto p. CLXXXII. munivimus, quo loco allatis adde Milit. v, 4: *Vide ut istic tibi sit acutus, Cário, cultér probe.* Sed quae recusent correctionem*),

*) Non prorsus recusat Tr. 471: *Si illi congestae sint epulae a cluéntibus:* licebat enim *Si illi sint épulae cóngestae a cluéntibus.* Idque prorsus necessarium dicerem, si nunc primum inferretur epularum notio. Verum cum haec praecedant: *Adposita cena sit popularem quam uocant*, apparet illa non plus valere quam *si illi congestum sit.*

praeter allata haec habes exempla: *Volt fieri liber, uérum quod det, nón hábet* Trin. 564; *Quod amés, paratumst, quód des, inuentóst opus* Bacch. 187; *non hércle hoc lónge* Tr. 483; *potíssumum mi id óbsit* 588; *Né pigeat fecisse, ut potius púdeat si non féceris* 348; *Quid fécit? Quid non fécit? quin tu id mé rogas* Bacch. 226, ut in his nunc subsistam. Quorum exemplorum ultimo quod praeter exspectationem *non* particula delitescit (contra atque v. 378 *si quid illorúm facit, Quám si nón faciat*), id aliter institui vix commode potuit: sed quod etiam *id* pronomen accentu caret, id facile quis eiusmodi esse dicat, ut sic potius a poeta collocatum credatur: *quin tu me id rogas.* Ac fortasse ita ille dedit: quanquam aliquid tamen defensionis nescio an etiam alteri collocationi paratum sit. Nam cum in omni sermone logicus accentus (ut novicium nomen teneam) potissimum pendeat ex ordine verborum, ad hanc autem rationem in versibus altera ratio acuendarum notionum accedat, quae e vi arsis apta est, fieri non potest quin nonnumquam ambiguum sit, utra ratione vel fortius vel aptius ea vox, in qua praecipua vis est sententiae, intendatur. Et ut plérumque sane in versibus altera ratio praevaluerit, id quod omni disputatione nostra iam satis esse perspectum existimamus, tamen simul curandum fuisse intelligitur, ut ei ipsi rationi ne ita satisfieret ut aut perversus aut prorsus insolens ordo verborum existeret. Absurdum fuerat logici cum rhythmico accentu consociationi sic gratificari: *uérum dét quod, nón habet,* vel *quid fécit, nón quid fécit,* vel *mihi nec pródest néc tibi:* non absurdum, sed molestum et a consuetudine abhorrens *non hóc longe hércle,*

*potissumum óbeit mí id, ut púdeat nón si féceris**): non insolens, sed nisi fallimur non necessarium *quin tu me id rogas,* quando etiam eo, quod praeponitur aliis, prae his vox quaeque insignitur. Eaque caussa fuit cur iam Parerg. I, p. 546 dicerem dubitari posse utrum Trin. v. 824 *ego tibi* an *tibi ego* poeta posuisset: ubi cum praeter ceteros deos Neptunus insigniatur, pedestris quidem oratio ne admittebat quidem aliam nisi hanc collocationem: *Atque t i b i ego, Neptune, ante alios deos gratis ago atque habeo summas:* versibus astricta solita est sane contrarium ordinem asciscere *Atque ego t i b i Neptune,* potuit tamen ut videtur etiam alteram rationem cum ipsa pedestri oratione et communi consuetudine participare.

Vides tantam huius generis universi subtilitatem esse, ut propemodum inenarrabilis evadat et tanquam elabens mentis acumini facile legum severitatem eludat. Quanquam nec ex eo, quod multa incerta sunt, nihil esse certum consequitur, nec de incertis citius desperandum est ad probabilem rationem revocandis. Itaque etiam aliud quiddam non tacebo, de quo ultra quaerendum esse videam. Nam Trin. 91. ubi, qui s i n t amici et qui v i d e a n t u r tantum, opponuntur, cum non careat ratione quod vulgabatur *Sunt quós scio é s s e amícos, sunt quos súspicor,* tamen facile sentitur etiam nervosius vim contrariorum efferri sic verbis cum Ambrosiano ordinatis: *Sunt quós scio amicos é s s e, sunt*

*) Quo puto etiam illud pertinere *nam sic si nón licebit,* quod parum facilitatis et nescio quid affectati habiturum sit, si cum eo comparaveris quod cum neglecto sane accentu dictum est *nam si s i c nón licebit* Trin. v. 465.

quos suspicor. Cuius rei si quae caussa sit quaesieris, non videtur aliud responderi posse, nisi quod aliquanto plus gravitatis prior quam altera arsis cuiusque dipodiae habeat. Et fortasse non aliam ob caussam Tr. v. 95 poetae haec collocatio placuit *Si quid scis me fecisse inscite aut improbe* prae ea quam non mirer si quis praestare dixerit: *Si quid fecisse scis me inscite aut improbe*, ut qua aptius supprimatur satis exilis *me* notio. Quanquam eadem sane etiam sic recte delitescet: *Si quid me scis fecisse* . . . .

CAPVT XVII.

Paenultimo capite de vocabulorum formis egi certos pedes metricos aequantibus: superest ut de ipsis m e t r i c i s p e d i b u s dicatur, quorum compositione versus fiunt. Quae genera cum plerumque non satis inter se distinguantur, fit ut multa de pedibus praecipiantur ut vel raro admissis vel prorsus vitatis, quae in solas vocabulorum formas cadant eos pedes aequantes. Velut cum plurimas cautiones in i a m b i c i s s e n a r i i s habere a n a p a e s t i usus dicitur: pedis quidem anapaestici usus propemodum nullas habet, longe gravissimas vocabulorum anapaesticorum, easque fere communes cum spondiacorum usu: quod contra latissime vagari spondiaci pedis libertatem inter omnes constat. Vt non magis exemplis opus sit quibus anapaestum, quam quibus spondeum doceatur a nulla versus parte unquam exclusum esse praeter sextum pedem. Hac igitur condicione, ut ne integro vocabulo anapaestus (nisi in primo pede) contineretur, ne b i n o s quidem a n a p a e s t o s c o n-

tinuos ars improbavit. Quod quidem frequentius quam in aliis locis factum est in primo et secundo pede, ut Trin. 140 *Subigís maledictis*, 431 *Miserét te aliorum*, 457 *Abin hinc dierecte*, 515 *Tibi egón rationem*, 735 *Vt éam sine dote*, 752 *Minumé, minume hercle* (quod non erat sollicitandum), 774 *Et eúm rediturum*, 809 *Lepidást illa causa*, item Bacch. 155 *Peregre áduenienti*, 258 *Neque aués neque uenti*, 276 *Quis istic Theotimust*. Nec tamen eandem geminationem vel secundus tertiusque vel quartus cum quinto pes respuerunt: (nam tertii quartique nullum exemplum in promptu est). Illud testantur Bacch. 828. 1035:

Dum né *manufesto hominem óp*primat neue énicet.

Verúm*tamen accipén*tur mulso mílites:

hoc Trin. 737. Bacch. 121. 819:

Te ei dícas: facere id ĕius *ob amicitiám* patris.

Magístron quemquam dí*scipulum minitá*rier.

Nam nísi ego exsoluor, iám *manufesto hominem óp*primet.

Quid? quod ne tres quidem continuos Plautus defugit Tr. 759:

*Potin' ést ab amico alicún*de exorarí? Potest:

ubi etsi non incommode de transpositione cogites: *Potin' ést alicunde exórari ab amicó*, tamen illum ordinem non mediocriter commendat ipse praecedens versus:

*Ab amíco alicun*de mútuom argentúm rogem,

cui cum qui sequitur dedita opera referri apparet.

Non diversa ratio dactyli in trochaicis versibus: (nam de anapaesto in trochaicis non plus opus est dicere quam de dactylo in iambicis vel de tribracho in utrisque). Non iccirco aut rara aut suspecta illa exempla fuerunt ut *quándo egomet meminí mihi* in exitu septenarii, vel eius-

dem initio *Múlta simul rogitás, Cláre oculis uideó,* quod bini se dactyli exciperent, sed quod binis oxytonis vocibus comprehensi. Quae ratio ubi locum non habet, nihil offensionis est in geminis dactylis: qui cum frequentissimi sint in primo secundoque pede, tamen nec a quinto sextoque, ac ne a secundo tertioque exclusi sunt. Primi generis exempla vide Trin. 238. 636. 711. 854. 859. 1010. 1020. 1051. 1129:

Cóuicere, eos petit, ĕos sectatur . . . .
Sát sapio, satis ín rem quae sint . . . .
Lýsiteles, ibi de ístis rebus . . . .
Quaé uoluit, mihi díxit, docuit . . . .
Núnc ego, si potero órnamentis . . . .
'Adde gradum, adproperá: iamdudum . . . . . .
'Inter eosne hominés condalium . . . .
Quóm repetas, inimícum amícum . . . .
Nón uideor meruísse laudem . . . . :

alterius generis praeter alia haec v. 391. 717. Bacch. 62:

. . . . cúra: ego té opperiár domi:
. . . . Lýsiteles, ego té uolo:
. . . . núnc ego te facere hóc uolo,

quorum versuum extremo nihil mutandum. In uno versu coniunctum utrumque genus habes 855:

*Quómodo quidque ager*ém: nunc adeo *si quid ego addidero* ámplius.

Tertium autem genus non haec tantum testantur Trin. 620. Bacch. 70:

Nímium difficilést reperiri . . . .
Béne med accipis áduenientem . . . . ,

sed illa quoque, in quibus sine vitii suspicione tres dactyli per tres ab initio pedes continuantur, Trin. 965. 1009:

'Atque etiam Philippúm numeratum . . . .

Né subito metus éxoriatur . . . .

Reliquae autem sedes septenariorum in propatulo est cur binos dactylos non admiserint. Nam cum a septimo pede dactylum inexorabilis necessitas prorsus segreget, eiusdem constat etiam in quarto pede sat modestum usum esse. Sed ibi etsi licuit tamen eum certis condicionibus trochaeo substituere: at nulla condicione eius rei insolentiam licuit coacervatis dactylís augere. Itaque non magis consequi dactylus in quinto pede potuit Trin. 338:

Quía sine omni málitiast, toleráre ei egestatém uolo,

(ubi si non est *egestatem ei* transponendum, in unam syllabam *-re ei e-* coalescunt pronuntiando:) quam praecedere in tertio pede Bacch. 531:

Quí? tibi non erát meretricum aliárum Athenis cópia.

Qui versus cum quadruplicem transpositionem admittat:

Quí non meretricúm tibi aliarum érat A. c.

Quí non aliarúm tibi meretricum érat A. c.

Quí tibi non aliárum meretricum érat A. c.

Quí tibi non meretrícum aliarum érat A. c.:

etsi horum exemplorum nullum est cuius non similia cap. XV. protulerimus, tamen ceteris nescio an et simplicitatis et elegantiae laude quartum praestet cum usitato in caesura hiatu, triplicato autem ab initio dactylo.

In ipso autem quarto septenarii pede ut quibus condicionibus dactyli usus astrictus sit intelligatur, prius est de caesurae rationibus paullo explicatius dicendum. Eam

enim cum septenarii legitimam habeant post quartum trochaeum, non est ea quidem raro neglecta, sed non est tamen quovis modo neglecta. Quippe principalis caesurae illius vicarias poetarum ars ascivit secundarias duas, quarum altera est post quartam arsim, post quintam arsim altera:

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – | ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –
–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ | ⏑ – ⏑ –́ ⏑ –

Vtriusque e Trinummo exempla afferam. Et prius quidem genus, in quo plerumque accedit post quintam thesim caesura podica, habes v. 333. 364. 370. 656. 845. 1023:

Níhil istorum. Quíd igitur? Per cómitatem edepól pater.
Ĕo non multa, quaé neuolt, euéniunt, nisi fictór malust.
Tú modo ne me próhibeas accípere si quid dét mihi.
'Vt rem patriam et glóriam maiórum foedarím meum.
'Aduenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia atque 'Arabia.
Quórum hercle unus súrpuerit curréuti cursorí solum.

Quorum versuum quarto facile nunc perspicitur quam supervacaneam transpositionam Lomanus adhibuerit. Non autem horum in numerum ea exempla veniunt, cum in quarta thesi desinens vocabulum elisione ultimam syllabam amittit, quae si non elideretur, nihil ad legitimae caesurae elegantiam deesset, ut v. 305. 326:

Quíhomo cum animo inde áb ineunte aetáte depugnát suo.
'Adulescenti hinc génere summo, amíco atque aequalí meo:

pariterque v. 302. 313. 334. 367. 620. 626. 649. 699. 702. 857. 973. 982. 983. 986. 987. 988. 1126. 1144: quibus tamen non pares v. 651. 690 horumque similes, legitima caesura revera carentes:

'In foro operam amícis da, ne in lécto amicae, ut sólitus es.

Mé germanam mĕam sororem in cóncubinatúm tibi.

Non magis rarum posterius genus est, adventiciam plerumque habens podicam caesuram post tertiam arsim: cuius haec e Trinummo exempla notavi v. 358. 373. 604. 646. 661. 985. 1049. 1173:

Quoí tu egestatém tolerare uís? loquere audactér patri.
Scín tu illum quo génere gnatus sít? Scio adprimé probo.
Quoí homini despóndit? Lysitelí Philtonis fílio.
'Ad quaerundum honórem: tu fecísti ut difficilís foret.
Pérpeti nequeó: simul me pigét, parum pudére te.
Quamóbrem? Quia illum quem émentitus és, ego sum ipsus Chármides.
Quí nil meriti: quíppe eorum ex ingénio ingenium horúm probant.
Míserumst male promérita ut merita sínt, si ulcisci nón licet.

Qualibus satis ea versus forma defenditur, quam Bacch. 372 commendavimus p. CLIX. Ambiguum est ad utrum genus pertineant Trin. 329. Bacch. 44:

Dé meo: nam quód tuumst, meúmst, omne autem mĕum tuumst.
Símulato me amáre. Vtrum ego iocón id simulem an sério?

Harum autem trium caesurarum (h. e. duarum vicariarum tertiaeque legitimae) si qui versus nullam habet, non est pro incorrupto habendus: nisi quod singularis excusatio Trin.

1145 praesto est à composito vocabulo, in cuius ipsam commissuram caesura incidit:

Neú qui rem ipsam pósset intellégere, thensaurúm tuum.

Quae si cui excusatio non satis gravis videatur, nihil reliquum fuerit nisi poetae nimirum elegantiae velut hoc artificio consulere:

Neú qui rém eampse íntellegere pósset th. t.

Nunc igitur ut ad *dactylum quarti pedis* redeam, eius venia omnis et brevissime et certissime sic definitur, ut tantum non semper cum *priore* genere vicariae caesurae coniunctus esse dicatur, nunquam cum posteriore genere, fere nunquam cum legitima caesura. Cuius rei caussa perspicitur planissime. Nam illa, quam solam esse probatam dixi, ratione id ipsum efficitur ut ab arsi sua duabus brevibus syllabis diremptis dactylicus numerus aegrius percipiatur et quodammodo lateat aures: contra idem in aures tanquam impingitur, si aut nullo aut unius syllabae intervallo post dactylum pausa fit vocis in caesura, quo rapidior fit et distinctius sentitur praegressarum syllabarum pronuntiatio. Itaque thesis illa dactylica aut in longioris vocabuli initio consistit aut, quod multo frequentius est, una duabusve brevissimis voculis efficitur, quarum ea sit constructio ut ad proxima pertineant. Illiusmodi est Trin. 338:

Quía sine omni málitiast, *tole*ráre ei egestatém uolo:

usitatioris formae haec sunto exempla v. 306 (de quo cf. p. CLXXXIII. et CCXXIX.) 316. 366. 630. 696. 715. 888, item Bacch. 35. 375. 685. 699:

Vtrum itane esse máuelit, *ut eum* ánimus aequom cénseat.

Ne aégritudiném, pater, *tibi* párerem, parsi sédulo.

Vítae agundae esse éxpetit: *set hic* ádmodum adu-
lescéntulust.

Quód est facillumúm, facis. *Quid id* ést? Amico in-
iúriam.

Néque uolo neque póstulo *neque* cénseo: uerúm tamen.

Sín aliter animátus es, *bene* quód agas eueniát tibi.

'Est minusculum álterum, *quasi* uésculum uinárium.

Pénetrare huiusmodi ín palaestram, *ubi* dámnis desu-
dáscitur.

Pérdidit, pessúmdedit *tibi* fílium unice únicum.

Néscis quid ego actúrus sim, *neque* fácinus quantum
exórdiar.

Quía tibi aurum réddidi et *quia* nón te defraudáuerim,

quo versu caesurae post quartam arsim statuendae elisio quidem non magis obstat quam legitimae post quartum trochaeum caesurae eis quae supra posui exemplis: *quia* autem necessario cum eis quae sequuntur est iungendum. In eorundem numero referri possunt, in quibus dubium est synizesim necne recipiant *eam ea* formae, Tr. v. 388. 652. 974:

Gráuius tuum erit únum uerbum *ad* eám rem quam
centúm mea.

'Atque istum ego agrum tíbi relinqui *ob* eám rem iam
enixé uolo.

Nímis argute me óbrepsisti *in* eápse occasiúncula.

Neque ab hac quidem parte quicquam offensionis v. 679 habiturus erat:

Fácile inuentust: dátur ignis, *tamen*étsi ab inimicó petas,

quem longe aliam ob caussam displicere supra significavi p. CCXXXVIII. Sed quaedam sane exempla fatendum est ita

comparata esse ut thesis dactylica non possit ullo modo ab eis quae praecedunt divelli. Eiusmodi haec sunt v. 954. 1054:

'An ille tam esset stúltus, qui *mihi* mille nummum créderet.

Hóc qui in mentem uénerit *mihi*, ré commonitus súm modo.

Quorum posterius asperius est priore: nam in hoc etsi *mihi* non potest sane non coniungi cum *qui*, idem tamen etiam ad insequentia pertinet: contra in altero cum solis praegressis *mihi* nexum est, ab eis quae sequuntur prorsus diremptum. Itaque haud scio an non satis confidenter hanc transpositionem verborum

Hóc qui uenerít mi in mentem, r. c. s. m.

tantum in annotatione laudaverim. Magis haeret de altero versu iudicium: qui etsi lenissima mutatione ad usitatam concinnitatem sic revocatur:

'An ille tam esset stúltus, *mihi qui* m. n. c.,

tamen tam exile hoc potissimum *mihi* pronomen est, ut, etiamsi non scribendum sit *mi* ante consonantem, tamen ad monosyllabae pronuntiationis rapiditatem proxime accedens vix quicquam molestiae auribus afferre videatur. Quod ut sentiam alia me similia exempla movent ut Bacch. 505. 679:

Céna detur. Nón placet *mihi* céna quae bilém mouet.

Quíd nunc es factúrus? id *mihi* díce. Coctumst prándium.

Verum praeter hanc aliis excusationibus locum concedi nego. Valde insolens est v. 935 his verborum ordinibus ‿́ ‿ | ‿ dispestus in quarto pede dactylus:

Sét ubi apsinthiúm fit *atque cu*níla gallinácea.

Quapropter, etsi graecum *κονίλη* nomen, ut Nicandri exemplo intelligitur, producta paenultima dictum est, tamen idem vix videtur dubitandum esse quin mutata prosodia in latinam linguam transierit *cŭnĭla* pronuntiatum. Nec caussa nunc latet cur non probabilitatem tantum, sed necessitatem *suam* vocis synizesis, quam iam p. CLIV. commendabam, v. 1133 habeat:

Ĕum sororem déspondisse suam ín tam fortem fámiliam.

Prorsus autem singularem auribusque minime blandientem dactylum integro dactylico vocabulo comprehensum quod v. 289 admisi:

Quó manus apstíneant: *cetera* rápe trahe tene fúge late:

id consulto feci ut in cantico: nam qui in canticis cum aliis versibus tum trochaicis octonariis septenarii miscentur, hi eorum septenariorum quibus integrae scenae continuantur severitatem multis in rebus aversantur. Nec profecto vel a caesura concinnior vel a librorum fide tutior haec versus species est:

Quó manus apstíneant: ceterá rape, tráhe, fuge ét late:

nec enim vel post quartam vel post quintam arsim fit caesura, et insolens est dactylicae vocis oxytonesis, et a codicibus *et* abest. Itaque cum produci posse *fugē* non sit male credulis credendum, simul autem plus gratiae *ἀσυνδέτως* copulati imperativi habeant, unam consimilem voculam excidisse conieci ab ipsius exemplo Plauti profectus Pseud. I, 2, 6 sq.:

Qui haéc habent consília, ubi data occásiost: *rape, clépe, tene,*

Hárpaga, bibe, és, fuge.

Vnde etsi poteram etiam *clepe* in Trinummi versum asciscere: *rápe clepe trahe fúge late*, tamen illud cur praetulerim neminem fugere arbitror.

Posteaquam dactyli in trochaicis usum sic uti feci explicavi, et planius et plenius perspectum iri puto quae de anapaesti in iambicis usu dicenda restant. Rursus autem hac quoque re mirifice comprobari confirmarique cognationis rationem illam senties, quam cap. xv. demonstravi inter iambicum senarium septenariumque trochaicum intercedere. Abscisso enim septenarii capite, quod cretico continetur, quae relinquitur pars senarium aequans, in ea, quae legitima caesura septenarii fuit, legitima fit penthemimeres senarii, item quae bisyllaba thesis in quarto pede septenarii, bisyllaba anacrusis in tertio senarii pede. Quod quidem licet hac figura declarare:



Legitimae autem caesurae, ut hinc ordiar, quemadmodum vicarias septenarius eas ascivit, quae ab utraque parte vicinas illi sedes occuparent, ita eandem rationem senarius cum aliquo temperamento secutus est, quod ex ipsa diversitate utriusque versus consectarium fuit. Nam cum ante semiquinariam nihil impediret quominus caesura post secundum iambum fieret:

tamen idem una post illam syllaba fieri ratio vetuit qua caesurarum stichicarum (nam de podicis nunc non loquor) institutum omne regitur. Quibus cum id consequi ars vellet,

ut longiorum eodemque numero decurrentium versuum tanquam solido corpore bifariam articulato varietatis suavitas e similibus sed eisdem inaequalibus partibus nasceretur: septenarius quidem, ut qui impari numero syllabarum constet, quovis loco dividi sine varietatis detrimento potuit, senarius uno illo loco non potuit qui proximus est post semiquinariam caesuram. Igitur sibi constans ars ad proximam post illam syllabam progressa semiseptenariam probavit, cuius septenarius et caussam et usum procul habuit:

—⏑—‖⏑—́⏑—⏑—́⏑|—⏑—́⏑—

Hinc aliud discrimen natum, quo aliquanto plus gratiae senario quam septenario conciliari potuit. Nam in hoc cum duae illae caesurae vicariae duarum tantum syllabarum intervallo inter se distent earumque iambi mensuram aequantium, nec vim ullam nec quicquam suavitatis habere utriusque vicariae caesurae in eodem versu coniunctio potuit; id quod facile eorum versuum exemplo sentitur quos p. CCLXXV. inf. posuimus. Quae omnia cum non cadant in senarium, huius quidem, si legitimam semiquinariam non haberet, perfectissima forma ea exstitit quae fit utriusque consociatione vicariae caesurae:

⏑—́⏑—|⏑—́⏑|—⏑—́⏑ —

Eam formam habes velut Trin. v. 10. 47. 53. 76. 82. 194. 512. 513. 591:

Nostrámne ere uis nutrícem quae nos éducat.
Suspíciost in péctore alienó sita.

Qualium versuum distinctius finita ratio haec est, ut pro re nata aut prior caesura aut posterior stichicae vel principalis dignitatem tueatur, ad podicae levitatem deprimatur altera. —

Quodsi alterutri tantum vicariae caesurae locus est concessus, etsi aliquanto rarior quam semiseptenaria ea est quae fit post secundam arsim, ut v. 121:

In eándem tute accéderes infámiam,

tamen e raritate non est dubitationis caussa repetenda. Eo autem in genere cavendum fuit ne graviore post quartam arsim interpunctione accedente tribus partibus prorsus paribus versus decurreret: quod cum satis excusationis v. 1094 habeat

O Cállicles, o Cállicles, o Cállicles,

at verendum est ut veniam etiam v. 582 impetret:

Dic Cállicli, me ut cónuenat. Quin tu í modo,

ubi aut *ut me conuenat* transponendum aut *med ut conueniat* scribendum esse certius nunc quam in annotatione pronuntio. Sed diligenter hinc illi versus segregandi sunt, qui cum possint sane ternis dipodiis dividi, eius tamen descriptionis necessitatem non habeant, sed legitimam caesuram aliquam tueantur elisionis tantum eo usu paullulum obscuratam quem iam in septenariis illustravi. Velut praesto est ipsa semiquinaria v. 741. 784:

Datám tibi dotem, ei quám dares, eius á patre.

Suspícionem ab ádulescente amóveris.

Simillimaque ratio eorum multitudini adhibenda est qui, nisi elisionem non magis obstare hephthemimeri *) quam

*) Ne qui forte indubitata exempla purae h. e. cum elisione non coniunctae semiseptenariae desiderent, haec habento v. 27. 150. 201. 394. 465. 549. 600. 812:

Inuitus ni id me inuitet ut faciám fides.

Thensaúrum demonstráuit mihi in hisce aédibus.

Neque cónfidentilóquius neque periúrius.

Set hoc únum consolátur me atque animúm meum.

penthemimeri memineris, binis partibus dispesti videantur prorsus inter se aequalibus. Pertinent huc v. 23. 164. 167. 213. 214. 436. 462. 536:

Amícum castigáre ob meritam nóxiam.
Et mĕam fidelitátem et celata ómnia.
Me absénte atque insciénte, inconsultú meo.
Indígnum ciuitáte ac sese uíuere.
Bonís qui hunc adulescéntem euortissét suis.
Saluére Lesbonícum et Stasimum. Dí duiut.
Vtrúmque Lesboníce in aetate haú bonumst.
Alií se supendére. en nunc hic quóius est.*)

Fatendum est tamen ultra progressam esse artis indulgentiam et aliquanto plus libertatis senariis quam septenariis in caesura sive negligenda sive obscuranda concessisse. In extremam quidem licentiam nulloque prorsus temperamento lenitam ea libertas in neutro genere vertit: non magis enim quam talem septenarium

Nam si sic non licébit, luscus díxero.
Sicút fortunatórum memorant insulas.
Ibo húc quo mi imperátumst, etsi odi hánc domum.
Natúra illa atque ingénio? iamdudum ébriust.

*) Triplex definiendae caesurae via patet v. 456:

Ferentárium esse amícum inuentum intéllego:

ubi post *amicum* locum habere hephthemimeres potest sine elisione, post *esse* item sine elisione penthemimeres, ibidem cum elisione caesura κατὰ δεύτερον ἴαμβον, ut Graecorum in simili caussa appellationem imiter. In talibus autem sciendum est prae ultima praeponderare semiseptenariam, prae hac semiquinariam, ita quidem ut, quae gravioris caesurae pondere elevetur, ad podicae exiguitatem deprimatur. Nisi quod propter insignioris vim interpunctionis semiseptenaria praevalet v. 195. 182. 527:

Istúc uolebam scíre. i sane núnc iam.
Illi redemi rúsum, a me argentúm dedi.
Consuádet homini, crédo. etsi sceléstus est.

Neú qui rem ipsam pósset demonstráre, thensaurúm tuum,
similes unquam senarios ars toleravit, quales futuri sint qui librariis debentur, non poetae:

At út confidentér mihi contra ástitit:

Erílem filiám nostram sustóllere:

Quoniám re bene gestá redisse mé uident:

(Capt. III, 5, 6. Cist. II, 3, 8. Stich. III, 1, 10.) Quos cum vel prava oxytonesis damnet, etiam sine accentus offensione tamen vitiosus erat Bacchidum versus 225:

Quamne 'Archidemidém? Quam inquam Archidémidem,

rectissime is ab Hermanno emaculatus. Verum hoc tamen inter senarios septenariosque interest, quod, cum in illis sententiam terminans vox monosyllaba proximum post legitimam caesuram locum occupare propterea posset quod eum ipsum in locum vicaria caesura incidit, e. c.

Scín tu illum quo génere gnatus sít? Scio, apprimé probo,

consimilem vocem monosyllabam etiam proximus post legitimam semiquinariam locus recepit quamvis vicariae caesurae excusationem non habens. Et quaedam sane huiusmodi suapte natura ambigua sunt: velut eodem iure cum subiectis verbis atque cum praemissis *est* et *uis* voculas sociabis Trin. v. 18. 744:

Huic graéce nomen ést Thensauro fábulae.

Nunc si ópperiri uís aduentum Chármidis.

Ad aliquam semiseptenariae similitudinem verborum ordines accedunt, ubi monosyllabam vocem alia vox monosyllaba excipit, ut v. 117. 144:

Qui tŭae mandatus ést fide et fidúciae:

Vt míhi necesse sít iam id tibi concrédere:

quo referri etiam v. 471 potest:

Si illí congestae sínt epulae a cluéntibus.

Sed inevitabili constructionis necessitate cum praegressis monosyllaba vocabula vincta sunt v. 56. 393. 417. 470. 733. 734:

Viuít uicturaque ést. Bene hercle núntias.

Verúm meliora súnt, quam quae detérruma.

Postquám comedit rém, post rationém putat.

Adpósita cena sít, popularem quám uocant.

Sine dóte, quom eius rém penes me habeám domi.

Paráta dos domi ést: nisi expectáre uis.

Addo Bacch. 841. 1006:

Salús seruasti mé. quam mox dicó dabo?

Si plús perdundum sít, perisse suáuiust.

Hanc igitur sive gratam sive minus gratam negligentiam fatendum est speciem potius quandam rationis quam locupletem rationem sequi: plus enim in his syllabarum vocularumve articulatio valuit sententiae vinculo solutarum, quam in subiecta sibi verba dominans potestas sententiae. De quo satis recte Beckerus sensit Quaest. de com. Rom. fab. p. 105.

Cum caesurae autem rationibus quemadmodum in septenariis dactyli in quarto pede, ita in senariis anapaesti in tertio usus coniunctissimus est, ad quem nunc demum revertitur oratio. Rursum autem quemadmodum a septenarii severitate senarium eo differre vidimus, quod in hoc tertii pedis anapaestum alter comitari anapaestus in contiguo pede potuit, dactylum in illo non est alter dactylus

comitatus, ita quae in septenario licentia uni certae caesurae adhaesit, et ei quidem qua dactylici numeri offensio maxime obscuraretur, ea licentia in senario a nulla caesura prorsus exclusa fuit. Et maxime quidem bisyllabam anacrusim in senario quoque ea caesura occultavit quae legitima penthemimeri una syllaba prior est. Nam etsi trochaico iambicum metrum ita oppositum est ut, quam illic vim dactylus, hic anapaestus habeat, tamen non tam cavendum illud fuit ut, quo loco septenarii dactylus vitatus est, eo senarii loco ne perciperetur anapaesticus numerus, quam hoc potius ut ne eo loco, ubi quaelibet insolentia acrius ad aures accidit h. e. ante ipsam caesuram in qua pausa fit vocis, id insigniretur quod dactyli pro trochaeo anapaestique pro iambo positi commune est h. e. bisyllaba pro monosyllaba thesis. Quo fit ut in senario quoque rectius, quam anapaestum in tertio pede, dicamus eum dactylum vitatum esse qui compositus sit ex arsi secundi pedis anacrusique tertii, maxime autem vitatum esse in semiquinaria caesura. Itaque perrari nec profecto venusti tales versus sunt quales in duabus fabulis quattuor tantum offendimus Trin. 421. 792. Bacch. 564. 573:

Et ille aédis *mancupio* ábs te accepit. 'Admodum.
Eum qui hábuit *perdidit*, álium post fecít nouom.
Ita dénti*frangibula* haéc meis manibus géstiunt.
Vale dénti*frangibule*. 'Et tu integumentúm uale.

Quorum primo et tertio aliquid delenimenti et elisionis coagulum et ad semiseptenariae similitudinem accedens species conciliat : alteri et quarto paullo plus molestiae post dactylum facta interpunctio affert, quanquam id incommo-

dum in quarto similiter atque in primo tertioque compensatum est: singulari asperitate reliquos secundus praevertit, ut in quo dactylus dactylico vocabulo conclusus sit. Contra plurimum excusationis, ut ante dixi, dactylum dissecans caesura attulit, ut Trin. 86. 131. 759. Bacch. 135. 182. 236. 729. 828:

Atque íd tamen | *mihi* lúbeat suspicárier.
Argénti amanti | *homini* ádulescenti, animi ímpoti.
Potin' ést ab amico | *ali*cúnde exorarí. Potest.
Istáctĕnus | *tibi* Lýde libertás datast.
Etiam 'Epidicum | *quam ego* fábulam aeque ac me ípsum amo.
Adúlterare | *etiam* ăibat rebus céteris.
Versábo ego hercle | *hodie* íllum si uiuó probe.
Dum né manufesto | *hominem* ópprimat neue énicet.

Medii autem inter hoc et illud genus hi versus sunt, in quibus aliquanto minus, sed tamen aliqua ex parte dactyli insolentiam ad semiseptenariam properans pronuntiatio occultat, ut Bacch. 243. 1035:

Deceéptus sum: *Autolyco* hóspiti | aurum crédidi.
Verúmtamen *accipi*éntur | mulso mílites.

Dictum est de dactylo deque anapaesto cum senariorum tum septenariorum: sequitur ut de tribrachi usu agatur utriusque versuum generis communi. De quo non multum est quod dignum mentione videatur, spectans id ad paenultimae arsis solutionem, qua proceleusmatici vel quarti paeonis speciem exitus versuum induit, sive eum brevis sive longa syllaba praecedit. Talem autem exitum cum elegantissime ita fieri constet ut quadrisyllabo vocabulo comprehendatur, e. c.

Tum illánc mihi esse gnátam uoluit 'Inopiam:

'Vt ita te aliorúm miscrescat, né tis alios místereat:

tamen nec duo bisyllaba improbata sunt, perraro autem trisyllabum cum pedisequo monosyllabo admissum est, nunquam monosyllabum cum pedisequo trisyllabo. Vitiosam enim hanc formam esse ⏑́ | ⏑⏑⏒ iam supra significavi p. CXIX: nec exempla nisi aperte corrupta exstant, ut Terentianum *ís adeo*, vel Mil. IV, 3, 37 *út equidem* quod editoribus debetur. Ibidem non vitiosae, sed rarae huius formae ⏑́ ⏑ ⏑ | ⏓ exempla attuli: *sólitus es, sátius es*, in qualibus monosyllabae formae *esse* verbi cum praedicato suo tanquam coalescunt in vocem quadrisyllabam. Sed nihil prorsus offensionis haec forma habuit ⏑́ ⏑ | ⏑ ⏒, in qua damnanda nimius olim Hermannus fuit praef. Trin. p. XVI. Persuadet frequentia exemplorum, ut Tr. 51 *plus quam égo uolo*, 53 *si quid míhi malist*, 576 *ita uolo*, 585 *abi modo*, 635 *quam égo mihi*, 642 *tíbi tui*, 668 *néque uolat*, 779 *aurum tibi dare*, Bacch. 80 *míhi quidem*, 116 *cáue malo*: nam ibid. v. 104 quod Hermannus edidit *néque tibi*, id *néc tibi* scribendum est, non tamen aliam ob caussam nisi quod hoc Vetus codex testatur. Inutiles igitur sunt, quae illorum parti exemplorum mutationes sunt adhibitae. Reliquum est ut multo minus gratiae eum versuum exitum habere annotem, cum ultra quartam a fine syllabam ea vox, in quam soluta arsis incidit, porrigitur ut Mil. I, 1, 50:

Quom tále facies, quále adhuc, adsíduo edes:

ita enim ibi scribendum est.

Verum autem p r o c e l e u s m a t i c u m, qui non in confiniis duorum pedum existit, sed integrum pedem iambicum

occupat, trimetri nullus praeter ultimum pedem locus repudiavit, hac tamen prope constanti condicione ut verborum ordinibus a binis prioribus syllabis posteriores binae dispescerentur. Nam quoniam e quattuor proceleusmatici syllabis acuitur tertia, accentum autem nec ultima syllaba ulla nec polysyllaborum brevis paenultima recipit, fieri non potest quin in usitati accentus legem reliqui ordines verborum prope omnes peccent: ut ◡◡◡́◡ *miseriae*, ◡ | ◡◡́◡ *et edépol*, ◡◡◡́ | ◡ *edepól et* *), ◡ | ◡ ◡́ | ◡ *pol egó quid*. Itaque cum etiam continuato ultra proceleusmaticum vocabulo valde ingrata syllabarum divisio oriretur, id quod facile velut hoc exemplo sentitur *set ánte recípere*, nihil quod probabile esset praeter hoc disponendi genus relinquebatur ◡◡ | ◡́◡. Tali igitur verborum ordine effectum proceleusmaticum non est mirum frequentius quam ceteros primum pedem senariorum ascivisse, ut Trin. 66. 177. 440. 458. 516. 538. 730. 816:

Set hoc ánimum aduorte atque aúfer ridiculária.
An ego álium dominum páterer fieri his aédibus.
Ego quóque uolo esse líber; nequiquám uolo.
Nisi me áliut quid uis, Phílto, respondí tibi.
Nisi quíd ego comminiscor. Philto té uolo.
Magis ápage dicas, si ómnia ex me audíueris.
Pote fíeri prosus, quín dos detur uírgini.
Ita fáciam. At enim nimis lóngo sermone útimur.

Proximum post primum pedem intervallo proceleusmaticum secundus frequentavit, ut v. 198. 472. 594. 769. 773:

*) De hac una forma dubitari posse, num forte raro admissa sit, p. CCXXXI. dixi.

Numquíd, priusquam abeo, mé rogaturú's? Vale.
Si quíd tibi placeat, quód illi congestúm siet.
In ámbiguo etiam núnc est, quid ea ré fuat.
Mendácilocum aliquem . . . .
Illúm bene gerere rem ét ualere et uíuere.

Sed nec a tertio ac ne a quinto quidem pede eosdem numeros alienos fuisse v. 86. 131. 792. 576 docent:

Atque íd tamen mihi lúbeat suspicárier.
Argénti amanti homini ádulescenti, animi ímpoti.
Eum quem hábuit, perdidit, álium post fecít nouom.
Di fórtunabunt nóstra consilia. 'Ita uolo.

Diversissimus a proceleusmatico iambi vicario, cuius hic numerus ⏑⏑⏑́⏑, is est proceleusmaticus, qui cum aequare trochaeum creditus sit, contrariam notationem hanc postulet ⏑́⏑⏑⏑. Quem diu est cum a septenariorum arte prorsus abhorrere Hermannus docuit rectissime. Lenissima unius voculae transpositione legitima ratio versibus 313. 968 restituta est, quos illud vitium in altero et quinto pede deformabat:

'Istaec ego mihi sémper habui aetáti integumentúm meae.
'Adulescens, cedo dum ístuc aurum míhi. Quod ego aurum dém tibi.

Nullam vim habet quod levi lapsu librarii solus Ambrosianus exhibet v. 1071: *Sátin' oculís ego*, pro *Sátin' ego óculis* in qua positione reliqui codices consentiunt. Sat certa emendatione mihi videor v. 264 emaculasse *abdendus* reposito pro *adhibendus:* nec enim ullis machinis efficies ut recte dici *procul adhibere amorem* credatur, quae sibi

adversa fronte repugnant. Me invito relictum est v. 927 ab initio tetrametri *Míhi latitábat*: pro quo non dubito ab Hermanno propositum *Látitabát mihi* amplecti. Nam ut non quovis pacto et sine omni exceptione reiicienda sit monosyllaba ante consonantem *mi* forma, tamen multo etiam certius est non quovis modo et sine ulla cautione probandam esse. Confiteor equidem nondum tam certo mihi de sat lubrica hac quaestione constare ut, sitne illa omnino aliqua condicione admissa an constanter repudiata in comoedia, audeam definire confidentius: verum si modo est admissa, de admittendi condicione hoc videor affirmare posse, ut ab arsi exclusam soli esse thesi tribuendam dicam. Et in thesi quidem nec Catullus defugit vel in iambico versu XXXVII, 11:

Puella nam mi, quae meo sinu fugit,

vel in basi V, 7. X, 21:

Da mi basia mille, deinde centum.

At mi nullus erat neque hic neque illic.

Sed in arsi dactylici demum poetae ascivisse videntur. Vnde semel idem Catullus LXXII, 6:

Multo mi tamen es uilior et leuior:

et Lucretius semel III, 105:

Magnopere in quo mi diuorsi errare uidentur:

item semel Horatius Serm. I, 9, 71:

Relligio est. At mi: sum paullo infirmior, unus,

quamvis ibi commodum fuerit *mist* scribere. Itaque de Plauto si recte observavi, nescio an ferri *mi* et in liberiore metro anapaestico potuerit, cui eam formam p. CLXXVII. adhibui, et fortasse in caesurae trochaicae eis exemplis quae

p. CCLXXVIII. tractavi, item in versu paullo ante allato *'Istaec égo mi sémper habeo:* cui rationi convenienter sui praecepti severitate relaxata Hermannus nuper *'Vbi mi pro equo léctus detur* edidit Bacch. v. 41: sed idem nec *aúrum mí:* quod ego *aúrum* defendi posse intelligo, nec *Mí latitábat* eo in quo nunc versamur Trinummi versu. Hinc iudicari de Ambrosiani memoria potest v. 53: *si quid mí malist.* Quanquam codicum exigua omnino in hoc genere fides est, ut qui plerumque *mihi* exhibeant, etiam ubi ante vocalem monosyllabo *mi* cummaxime opus est. Qua tamen *mihi* formae frequentia ne ita abutare, ut eorundem codicum, sicubi *mi* scripturam testentur, tanto maiorem esse auctoritatem argumentere, reputandum est feracissimam pravae permutationis caussam scribendi compendium $\overset{i}{m}$ fuisse, quod cum propria vi sua nequaquam *mi* significaret, sed ipsum *mihi*, saepe tamen per errorem ad monosyllabam *mi* formam deflexum est, ut v. 8. 54, alibi. — Ceterum quod proceleusmaticum *Látebricolárum* etiam in annotatione ad v. 241 posui, id etsi lusi potius quam fidem invenire ipse volui, ratione tamen hac feci, ut in octonario id posse licitum fuisse suspicarer, quod procul habuissent septenarii. Nam etsi in his quoque scio alia exempla quaedam exstare, ut Mil. v, 44, tamen cur ne haec quidem certissimam alioqui rationem infirmare putem, olim explicandi opportunitas erit.

Sed longius etiam trochaicum numerum aequantis proceleusmatici fuga pertinuit. Non magis enim eum proceleusmaticum veterum ars poetarum probavit, qui in ipsis iambicis versibus anapaesti cum praecedenti sive tribracho sive dactylo consociatione oritur: ⏑́⏑ | ⏑⏑ ⏑⏑ | ⏑́⏑. De

cuius societatis pravitate sanissimo iudicio Hermannianam doctrinam nuper Lomanus p. 44 comprobavit. Ac paucissima eius generis exempla e Trinummo expellenda fuerunt, ut v. 169, ubi non minus vitiosum

Adésuriuit *mágis, inhi*auit ácrius,

quam quod Bothio placuit

Adésuriuit *máge et inhi*auit ácrius.

E tribus dimetiendi modis nullum v. 515 admittebat:

Tibi ego rationem réddam? Plane périimus:

nam sive *tibi egó* pro anapaesto accipis, falsa productione uteris, sive *tibi egó ra-* pro proceleusmatico, pravum accentum infers, sive *tibi égo* pro tribracho, ei ipsi pedi anapaestum continuas. Versu 804 pro librorum scriptura

Cont*ínuo ope*rito dénuo, set cláneulum

ausus sum Ennianum *operta* reponere: (quando non semper frequentandi vim frequentativa verba tenent, quemadmodum aliquoties *rogitare* Plautus pro simplici *rogare* posuit:) quod si quis poeticae orationis proprium dixerit, exspecto quid excogitaturus sit ad codicum memoriam propius quam Hermannianum *Continuoque operi denuo* accedens. *En mea malefacta* in principio v. 313 posita cave pro dactylo cum anapaesto habeas: ubi aut *mea* syllabae aut *male* in unam contrahantur. Similem contractionem memento *enim* particulae adhibere v. 806:

Ita fáciam: at ĕnim nimis lóngo sermone útimur:

nam sua sponte intelligitur non magis quam dactylum ab anapaesto excipi proceleusmaticum posse.

Et tantum quidem de his. Neque enim vel ad anapaestica metra nunc exspatiari libet, a quibus nihil fere

ante explicatae licentiae alienum fuit, vel ad iambicos septenarios, quorum vix minor quam senariorum trochaicorumque severitas: cum neutrius generis exempla Trinummus praestet.

CAPVT XVIII.

Plana, simplicia et aperta esse pleraque intellectum est, puto, quae plerisque omnibus obscura, perplexa et recondita videri solent, legumque certitudine regi, quae quibusdam vagari sine ratione: unum genus restat, quod et impeditissimum et multis modis ambiguum esse ipsi fateamur: quod quidem canticorum compositione continetur. Cuius loci tanta ubertas est tamque prope inexplicabilis varietas, ut ineptus sit qui complecti paucis pagellis velit. In nulla autem parte emendationis Plautinae me iudice clarius quam in hac Hermanniani ingenii admirabilitas exsplenduit. Nam cum ipsa cantica Plautina et temporum iniuria et negligentia librariorum, fortasse aliqua ex parte, ut p. LXVII. significavi, etiam criticorum licentia multo quam ceterae partes peius habita sint, ita ut 'aut intacta relinquere, quae aperte aliter a Plauto scripta fuerint', aut ea sic ut eum semet digne scribere potuisse probabile sit, corrigere cogamur: incredibile dictu est quot ille carmina, rudem indigestamque molem in codicibus offerentia, a recentioribus autem editoribus plerumque imperitissime tractata, in Elementorum libro secundo partim ad sanam rationem partim ad elegantissimam concinnitatem revocaverit. Ad quam rem cum aliis virtutibus opus fuit tum subtili sensu

quodam et exercitato ad usitata inusitataque genera metrorum discernenda iudicio. Nam cum propter magnam et prosodiae ambiguitatem et permutatorum inter se pedum varietatem saepe plurimum dubitationis illud habeat, e compluribus quae pateant distribuendorum versuum viis quam potissimum ineas et ceteris reiectis teneas: nulla re plus peccatum est quam talibus versuum sive conformationibus sive coniugationibus probatis, quas etsi demonstrari nequeat admitti nullo modo potuisse, tamen tritae Plautina consuetudine aures ilico respuant ut analogiae commendatione destitutas. Rursum autem ut, quae sit vera describendi ratio, investigetur, non est certius indicium in promptu quam quod versuum cum sententiarum finibus exaequandorum artificio continetur. Quae lex etsi non est eam in partem interpretanda rigidius, quasi non commodis locis aptisque modis, ut in omni poesi, ita hic quoque aliqua ex parte discrepare numerorum verborumque ordines potuerint, tamen generatim sic licet hoc genus definire ut, quo saepius et vehementius sententiae vinculo ligata oratio metricis membris discerpatur et tamquam amputetur, eo improbabilior evadat quam proponas distinctorum inter se versuum mensuram. Atque hoc illud est, in quo emendationem non admittere tantum, sed flagitare Hermannianam descriptionem eius cantici intellexerim quod est in Trinummo a v. 223 ad 300: quod ille ipse, si huc posteriore tempore reversus esset, dubitari nequit quin longe aliter descripturus fuisset. Elementorum igitur exemplo discant, qui in hoc genere aliquid volunt proficere, quantopere praeter cetera hoc cavendum sit, ne in versuum finem novi enuntiati initium

incidat, praesertim si id aliqua coniunctione fiat*). Ergo maturioris disciplinae auctoritati nos quoque obsecundavimus, cum tales versuum divisiones non toleravimus quales hae fuere:

Ita fáciam: ita placét mi. Omniúm primum amóris
Artís eloquár, quemadmodum éxpediant: númquam
Amór quemquam, nisi cupidum hominém postulát se
Conícero in plagás — — — — —
'Ibi ille cucúlus ecce, óculo mi, fíat et
'Istuc et si ámplius — — — — —
Haec égo quom agito cúm meo animo et récolo ubi
qui egét, quam
Pretí sit parui, á me apage, amór: non placés, nil
Te ego útor — — — — — —
Apáge sis, amór: res tuas tíbi habe: mihi, amór, ne
Fuás umquam amícus.
Pater, ássum, imperá quod uis, néque ero in morá, nec
Latebróse me ego ábs tuo conspéctu occultábo.
Féceris pár tuis céteris fáctis, si
Tuúm patrem pércoles — — — —
Hóminum durauí. quin prius me ad plúris penetraui?
nam ii

*) Id cum multo magis a senariis abhorreat, aliquoties est a Bentleio neglectum. Velut nullo modo *aut* particula terminari potuit Terentianus versus quem p. cxx. sanare studui. Horridius etiam in eo versus loco *et* futurum sit vel *ut* vel *ne*. Ne *neque* quidem tolerandum esse ostendi Mus. philol. Rh. n. IV, p. 582. Paucis exemplis admissum esse *nisi* videtur, ut Capt. III, 5, 66: quanquam plerumque dubia res est. Nisi quod Militis II, 6, 38 certum est non esse ea particula senarium finiendum cum Hermanno El. d. metr. p. 132.

Móres maiorúm collaudant — — —
Hisce ego te ártibus grátiam fácio, eas
Né colas — — — — — —
Meó modo et móribus uiuito. quae égo tibi
Praécipio, eá facito. níhil ego istós moror
Facétos morés turbidós, quibus boní se
Dedécorant — — — — —

Quanquam unum quiddam huiusmodi ipse reliqui v. 254 sqq.

Raptóres panis ét peni.
Fit ípse, dum illis cómis est,
Inóps amator. Haéc ego
Quom agó cum meo áuimo et quom récolo, ubi qui eget,

non tamen quod probarem, sed quod nimis incerta eorum emendatio videretur quae sat diverso modo in Ambrosiano scripta esse apparuisset. Tam enim illic forte divortium cogitatorum fit, ut ab *Haec ego* non minus quam v. 236 ab *Omnium primum* necesse sit cum novo enuntiato novum versum ordiri. Itaque cum accedat, quod sine exemplo est *agere animo* vel *cum animo*, usitatum hac potestate *agitare*, satis placere velut haec illorum descriptio possit:

Raptóres panis ét peni.
Fit ípse, dum illis cómis est,
Inóps mox amátor.
Haec égo quom agito cúm meo animo, et réputo, ubi qui egét:

nisi scrupulum nimia solutionum multitudo in bacchiaco versu iniiciat. Nam quae praecedunt, sive dimetris describis sive tetrametro comprehendis:

Raptóres panis ét peni: fit ípse, dum illis cómis est,

iambica tamen manebunt, nisi longe violentissimis mutationibus utare: proxima autem, ut scripta sunt in libris *inops amator,* sine alicuius syllabae accessione ad clausulae naturam minime apta sunt.

Concinnitatem autem illam dum sector, quam metricarum cum grammaticis logicisque periodis congruentia parit, factum est ut non uno in loco continui versuum ordines eodem metro decurrentium tanquam sua sponte subnascerentur: quod genus aequabilitatis apparet et gratiae et fidei plurimum habere. Eiusmodi illi sunt ab 244 ad 251, quos in Elementis p. 212 curis secundis ipse Hermannus ad elegantissimam parilitatem accommodavit: eodemque metri genere, quod creticis tetrametris catalecticis continetur, ego in fine prioris scenae decem versus continuos descripsi a 266 ad 275, octo in fine posterioris a 293 ad 300. Quod si fieri non potuit quin aliquot locis voculam aliquam adderem ut librariorum incuria omissam: reputandum est vix ullum vel potius nullum canticum esse quod non hoc ipso vitii genere sive graviter sive minus graviter laboret. In Trinummo autem augebat addendi confidentiam, quod caussam lacunarum illarum licet e communi fonte ita repetere ut tanquam in oculos incurrat. Nec enim casu factum esse potest, quod, si versus 293 sqq. sic perscripseris ut alter quisque versus non subiiciatur priori sed iuxta ponatur, in easdem vel valde propinquas paginae partes lacunae omnes incidunt: unde intelligitur communi labe aliqua ut madore vel caric istas partes affectas esse. Id hoc quod infra posui exemplo prorsus perspicuum fit:

His ego de artibus gratiam facio Ne colas ne imbuas [eis tuum] ingenium
Meo modo et moribus uiuito antiquis Q· ego tibi praecipio ca [memineris] facito
Nihil ego istos facetos moror mores Turbidos quibus boni [sese] dedecorant
Haec tibi si capesses mea imperia Multa bona in pectore [consilia] consident

Vnde simul intelliges cur v. 298 *sese dedecorant* praetulerim alteri ordini per metrum non minus commodo *dedecorant sese:* atque illuc spectat fortasse quod in *A* est BONISDE-DECORANT. Idem autem illud in v. 269 sq. cadit usitato ordine sese excipientes:

Sť tamen quos miseros [misere] maleque habeas
Quos tibi obnoxios [facile] fecisti.

Ne quid autem dubitationis illud moveat quod ita contrarii collocandorum versuum ordines locum habuisse in eodem carmine putandi sunt: sciendum est eam ipsam inconstantiam vel nostrorum codicum exemplo manifestam esse: quod quale sit iam explicandum esse video accuratius.

Nam ut codicum mss. in hoc genere, quod ad liberiorum metrorum descriptionem spectat, non sit summa auctoritas, tamen multo etiam minus credenda est nulla esse. De Ambrosiano et Veteri Palatino *B* loquor: nam ceterorum omnium iam supra dixi communem esse hanc rationem ut prorsus sublata singulorum versuum distinctione ad prosae orationis speciem omnia contineant. Sed *A* et *B* etsi in Trinummi cantico a manu poetae ne ipsi quidem non aliquo intervallo distant, tamen altera ex parte pristini ordinis plurima vestigia servarunt, atque adeo aliquanto plura Vetus quam Ambrosianus. Cuius tamen ratio discrepantiae plerumque haec tantum est, quod quos ille versus singillatim scriptos, hic binorum in unum contractione continuatos exhibet. Id autem omne quoniam facile intelligitur sola annotatione non potuisse ullo modo quale esset satis vel plene vel plane significari, integra exempla exstare volui quanta potuit fide repraesentata, primum membranarum Ambrosianarum: alterum Veteris codicis: quibus tertium addidi mei libri *E*, quo de Vrsiniani quoque eique simillimi Decurtati indole constaret. Quorum exemplorum inter se collatione simul, per quos tanquam gradus saeculorum decursu depravatio creverit, utiliter esse ante oculos positum existimo.

I.

(Vnum quiddam, quanquam suapte natura levidense, in Ambrosiani exemplo mihi excusandum est. Nam cum undeviginti versus ea quoque pagina teneat quae est 45, tamen de uno annotare in schedis meis neglexi quibus verbis concluderetur. Duobus enim versibus propter nimiam longitudinem aut ea verba codex dispesta habet quae in nostro exemplo continuata sunt ultimo versu, aut ea quae secundo. Quod cum coniectura indagari non posset utro loco factum esset, satius duxi neutro facere sine testimonio.)

p. 29

LYSITELES

MULTASRESSIMITUINCORDEMEOUORSO
MULTAINCOGITANDODOLOREMINDISPICOR
EGOMETMECOQUOETMACEROETDEFETIGO
MAGISTERMIHIEXERCITORANIMUSNUNCEST

p. 30

SEDHOCNONLIQUETNECSATISCOGITATUMEST
UTRAMPOTIUSHARUMMIHIARTEMEXPETESSAM
UTRAMAETATIAGUNDAEARBITRERFIRMIOREM
AMOR — — — OBSEQUIPOTIUSPARSITUTRAINPARTE
PLUSUOLUPTATISUITAEADAETATEMAGUNDAM
DEHACREMIHISATISHAULIQUETNISIHOCSICFACIAMOPINOR
UTUTRAMQUEREMSIMULEXPUTEMIUDEXSIMREUSQUEADEAMREM
ITAFACIAMITAPLACETOMNIUMPRIMUM
AMORISART . . SELOQUARQUEMADMODUMSEEXPEDIANT
NUMQUAMAMORQUEMQUAMNISICUPIDUMHOMINEM
POSTULATSEINPLAGASCONICERE
EOSPETIT . O . SECTATURSUBDOLEBLANDITURABRECONSULIT
BLANDILOQUENTULUSHARPAGOMENDAXCUPPESAUARUS
ELEGANSDESPOLIATOR
LATEBRICOLARUMHOMINUMCORRUMPTORBLANDUSINOPS
— — —,DAGATOR
NAMQUIAMATQUODAMATQUAMEXTEMPLOSAUIISPER
CULSUSEST
ILICORESFORASLABITURLIQUITURDAMIHIHOC — —

p. 45

SIMEAUDESS — —
ABILLECUCULUSOCELLEMIFIATETISTUCETSIAMPLIUSUISDARIDABITUR
IBIILLAMPENDENTEMFERITIAMAMPLIUSORATNONSATIS
IDESTMALINIETIAMAMPLIUS
QUODEB . BITQUODCOMESTQUODFACITSUMPTUINOXDATUR
DUCITURFAMILIATOTA
UESTISPICAUNCTORAURICUSTOSFLABELLIFERAESAND — — —
CANTRICESCISTELLATRICESNUNTIIRENUNTIIRAPTORESPA
NISETPENI
FITIPSEDUMILLISCOMISESTINOPSAMATORHAECEGO
QUUM . . U . [illegible] . UBIQUIEGET
QUAMPRETISITPARUIAPAGETEAMORNONPLACES
NIHILTEUTORQUAMQUAMILLUDESTDULCEESSEETBIBERE
AMORAMAR . DAT . AME . SATISQUODAE — —
FUGITFORUMFUG . T — — — — SFUGAT . . S . . . . M . . SUO
CONT . . TU
NEQUEEUMSIBIAMICUMUOLUNTDICIMILLEMODISAMORIGNORAN —
PROCULA . . . . ENDUSATQUEABST . NDUSTNAMQUIINAMO . . . . . AECIPITAUIT

CCCIII

p. 46 PEIUSP . . . . TQUAMSISAXOSALIAT *ΑΠΑΓΕ* . I . AMORTUASRES
TIBIHABETO
AMORAMICUSMIHINEFUASUNQUAMSUNTTAMENQUOSMISEROS
MALEQUEHABEAS
QUOSTIBIOBNOXIOSFECISTICERTAESTRESADFRUGEMADPLI
CAREANIMUM
QUANQUAMIBILABOSGRANDISCAPITURBONISIBIHAECEX
PETUNTREMFIDEMHONOREM
GLORIAMETGRATIAMHOCPROBISPRETIUMESTEOMIHIMAGISLUBET
CUMPROBISPOTIUSQUAMCUMINPROBISUIUEREUANIDICIS
FILTA LYSITELES

QUOILLICHOMOFORASSEPAENETRAUITEXAEDIBUS PATER
ASSUMIMPERAQUIDUIS
NEQUETIBIEROINMORANEQUELATEBROSEMEABSTUOCONSPECTU
OCCULTABO
. . . . PARTUISCETERISFACTISPATREMTUUMSIPERCOLESPERPIETATEM
NOLOEGOCUMINPROBISTEUIRISGNATEMI
NEQUEINUIANEQUEINFORO . . . ULLUMSERMONEMEXSEQUI

p. 253

NOUIEGOHOCSAECULUMMORIBUSQUIBUSIT
MALUSBONUMMALUMESSEUULTUTSITSUISIMILIS
TURBANTMISCENTMORESMALIRAPAXAUARUSINUIDUS
SACRUMPROFANUMPUBLICUMPRIUATUMHABENTHIULCAGENS
HAECEGODOLEOHAECSUNTQUAEMEEXCRUCIANTHAECDIES
NOCT . SQUECANTOTIBIUTCAUEAS
QUODMANUNONQUAEUNTTANGERETANTUMFASHABENT
QUOMANUSABSTINEANT
CETERARAPETRAHEFUGELATELACRUMASHAECMIHIQUOM
UIDEOELICIUNT
QUIAEGOADHOCGENUSHOMINUMDURAUIQUINPRIUSME
ADPLUR . SPENETRAUI
NAMHIMORESMAIORUMLAUDANTEOSDEMLATITANTQUOS
CONLAUDANT
HISEGOTEARTIBUSGRATIAMFACIONEUCOLASNEUINBUAS
INGENIUM
MEOMODOETMORIBUSUIUITOANTIQUISQUAEEGOTIBIPRAECI
PIOEAFACITO
NIHIL .... FA..OSMORESTURBIDOSQUIBUS

p. 254

BONISDEDECORANTSE
HAECTIBISIMEAIMPERIACAPESSESMULTABONAINPECTORE
CONSIDENT

* * *

II.

(Occlusioremque habeant stultiloquentiam lysiteles)
Multa res simitu in meo corde uorso
Multum in cogitando dolorem indipiscor
Egomet me coquo et macero et defecigo
Magister mihi exercitor animus hunc est
Sed hoc non liquet neque satis cogitatum
Vtram potius harum mihi artem expetessam
Vtra in aetati agundae arbitres firmiorem
Amor in me an rei opsequi potius par siet
Vtra in parte plus uoluptati sit uitae adetate agundam

De hac re mihi ſatiſ haud liquet nisi hoc ſi faciam opinor
Vtramque rem ſimul exputem iudex ſim reuſque ad eam rem
Ita faciam ita placet omnium primum
Amoriſ artiſ eloquar quemadmodum expediant
Numquam amor quenquam
Nisi cupidum hominem
Poſtulat ſe in plagaſ conicere
Eoſ cupit eoſ conſectatur
Subdole blanditur ob re conſulit
Blandiloquentuluſ harpago mendax
Cuppeſ auaruſ eliganſ deſpoliator
Latebricolarum hominum corruptor
Blanduſ inopſ celatũ indagator
Nam quã ad quod damat quam extemplo
Sauiſ ſagittatiſ percuſſuſt
Illico reſ foraſ labitur liquitur
Da mihi hoc mel meum ſi meamaſ ſi audeſ
Ibi ille cuculuſ occelle mi fiat
Et iſtuc et ſi ampliuſ uiſ dari dabitur
Ibi illa pendentem ferit iam ampliuſ orat

Nou ſat id eſt mali ni ampliuſ etiam
Quo debebit quod comeſt quod facit ſumpti
Nox datur ducitur familia tota
Veſtiſplice unctor auri cuſtoſ flabelli fere
Sandaligerulae cantriceſ ciſtellatriceſ
Nuncii renuncii raptoreſ pauiſ et peni
Fit ipſe dum illiſ comiſ eſt inopſ amator
Haec ego cum ago cum meo animo et rectilo
Vbi qui eget quam pretii ſit parui
Apage te amor non pagaleſ nihil te utor
Quanquam illud eſt dulce eſſe et bibere
Amor amara dat tibi ſatiſ quod egre ſit
Fugit forum fugat uoſ cognatoſ
Fugat ipſe ſe a ſuo contutu
Neque eum ſibi amicum uolunt dici
Mille modiſ amor ignorandum eſt
Procul adhibenduſ eſt atque aptinenduſ
Nam qui in amore praecipitauit
Peiuſ perit quam ſi ſaxo ſaliat
Apaco ſiſ amor tuaſ reſ tibi habe

Amor mihi amicuſ ne fuaſ unquam
Sunt tamen quoſ miferoſ malequę habeaſ
Quoſ tibi obnoxioſ feciſti
Certunſtad frugem adplicarē animum
Quanquam ibi animo laboſ grandiſ capitur
Boniſ ſibi haec expetunt rem fidem honorem
Gloriam et gratiam hoc probiſ pręciumſt
Eo mihi magiſ lubet cum probiſ potiuſ
Quam cum improbiſ uiuere uanidicis LX filto lyſitelеſ

SENEX ADVLESC C·

A. Quo illic homo foraſ ſe penetrauit ex aedibuſ
A. Pater adſum impera quod uiſ
Neque tibi ero in mora neque latebroſe
Me apſ tuo conſpectuſ occultabo
A. Feceriſ par tuiſ ceteriſ factiſ
Patrem tuum ſi percoleſ per pietatem
Nolo ego cum improbiſ te uiriſ gnate mi
Neque in uia neque in foro ullum ſermonem exſequi
Noui ego hoc ſeculum moribuſ quibuſ ſit
Maluſ bonum malum eſſe uolt ut ſit ſui ſimiliſ

Turbant miſcent moreſ mali rapax auaruſ inuiduſ
Sacrum profanum publicum priuatum habent hiulcagenſ
Haec ego doleo haec ſunt quae excruciant
Haec dieſ nocteſque canto tibi ut caueaſ
Quod manu nonqunt tangere tantum faſ habent quo manuſ aptineant
Cetera rape trahe fuge late lacrumaſ
Haec mihi quon uideo eliciunt
Quia ego ad hoc genuſ hominum duraui quin priuſ
Me ad pluriſ penetraui
Nam hi moreſ maiorum laudant eoſdem latitant quoſ conlaudant
Hiſce ego te artibuſ gratiam facio neu colaſ necinbuaſ ingenium
Meo modo et moribuſ uiuito antiquiſ
Quae ego tibi praecipito et facito
Nihil ego iſtoſ moror faceoſ moreſ et turbidoſ quibuſ boni dedecorant ſe
Haec tibi ſi mea imperia capeſſeſ multabo in pectore conſident

* * *

III.

LASITELES **ADOLESCENS**

MVltasres simules in meo corde uorso multũ in cogitando
Dolorẽ indipiscor egomet me coquo & macero & defectigo
Magister mihi exercitor animus hunc est sed hoc non liquet
Nec satis cogitatũ si utrã ~~cogit~~ potius harũ mihi artem expetessã
Vtram etati agunde arbitrer firmiorẽ amori in me an rei
Obsequi potius pars siet in p utra ĩ parte plus uoluptati sit uite
Ad etatem agundam de hac re mihi satis haud liqu& nisi hoc
Si faciam opinor utrãq' rem simul exputẽ index sim re
Vsq' ad eam rẽ ita faciam ita placet. omniũ primũ
Amoris artis eloquar quẽadmodum expediant nunq̃
Amor quẽq̃ nisi cupidum hominẽ postulat se in plagas
Conicere eos cupit eos consectatur subdole blanditur ab re
Consulit blandiloquentulus harpago mendax cuppes auarus
Elegans despoliator latebricolarũ hominũ corruptor
Blandus inops celatũ indagator nã q̃ ad quod clamat
Quã extemplo sauis sagittatis pcussus est ilico res fores
Labitur liquit da mihi hoc mel meũ si me amas si audes
Ibi ille cuculus ocellemifiat & istuc & si amplius uis dari

Dabitur ab illa pendentē ferit iam ampliuſ orat non ſat
Idē mali ni ampliuſ etiā quo debebit quod comeſt
Quod facit ſumpti nox datur ducitur familia tota
Veſtiplice unctor auri cuſtoſ ſabellifere ſandaligerule
Cantriceſ ciſtellatriceſ nuntii renuntii raptoreſ paniſ & peni
Fit ipse dum illiſ comiſ eſt inopſ amator hec ego cum ago cū
Meo animo et recolo ubi ꝗ eget quā precii ſit paruiapagete
Amor non palageſ nihil te utor quāq̄ illud eſt dulce eſſe et bibere
Amor amara dat tibi ſatiſ quod egre ſit fugit forū fugat uoſ
Cognatoſ fugat ipſe ſe a ſuo contutu
Neque enim eum sibi amicū uolūt dici mille modiſ amor ignoranduſt
Procul adhibenduſ eſt atq' abtinenduſ nam ꝗ in amore
Precipitauit peiuſ perit q̄ ſi ſaxo ſaliat apage ſiſ amor
Tuaſ reſ tibi habe . amor mihi amicuſ neſuaſ unq̄. ſunt tamen
Quoſ miſeroſ maleque habeaſ quoſ tibi obnoxioſ feciſti
Certunſt ad frugē applicare animū quāq̄ ibi animo
Laboſ grandiſ capitur boniſ ſibi hec expetunt rē fidē honorē
Gloriam & gratiam hoc probiſ pretiūſt eo mihi magiſ lub&
Cum probiſ potiuſ q̄ cum improbiſ uiuere uanidiciſ

FILTO SENEX LISITELES ADOLESCENS

FI. QVo illic homo illic homo se penetrauit ex edibuſ. LI. Pader adſum
Impera quod uiſ neq' tibi ero in mora neq' latebroſe me abſtuo
Conſpectuſ occultabo. FI. Feceriſ partiuſ certiſ factiſ patrē
Tuum ſi ꝑcoleſ ꝓ pietatē . nolo ego cum improbiſ te uiriſ
Gnate mi neq' in uia neq' in foro ullum sermonem exeq
Noui ego hoc ſeculū moribuſ quibuſ ſit maluſ bonūſmalum
Eſſe uult ut ſit ſupſimilis turbant miſcent moreſ mali rapax
Auaruſ inuiduſ ſacrū profanū publicum priuatū habent
Hiulca genſ . haec ego doleo hec sunt quem excruciant
Hec dieſ nocteſq' tibi canto ut caueaſ quod manu non queūt
Tangere tantum faſ habent quo manuſ abſtineant
Cetera rape trahe fuge late lacrumaſ hec mihi cū uideo
Eliciunt quia ego ad hoc genus hominū duraui qn priuſ
Me ad pluriſ penetraui · nam hi moreſ maiorū laudant
Eoſdem latitant hiſce ego te artibuſ gratiā facio neucolaſ
Neu imbuaſ ingeniū meo modo et moribuſ uiuito antiquiſ
Que ego tibi precipito et facito nihil ego iſtoſ moror fac eoſ
Moreſ et turbidoſ quibuſ boni dedecorant ſe hec tibi ſi mea
Imperia capeſſeſ multa bona in pectore conſident

Horum igitur exemplorum ope etsi Ambrosiani Veterisque cum discrepantiam tum convenientiam, qui volet, nec inutiliter nec iniucunde poterit per singula persequi atque expendere, nos tamen ea opera a nobis nunc semota satius duximus paucorum versuum notabiliorem scripturam in editione receptam breviter defendere. Et versum quidem 242 Ambrosiani auxilio videor certissime sic restituisse:

Nam qui amat, quod amat, quom extemplo eius sauiis perculsus est.

Etenim ex eo, quod pereleganter dicitur amator *saui sagittis perculsus*, non consequitur profecto non potuisse minus ornate *sauiis perculsum* dici. Itaque cum eum ornatum Ambrosianus non agnoscat, his apparet declarandae imaginis caussa ab interprete ascriptum esse *sagittis:* quod cum pro Plautino acciperetur, ut cum *sauiis* coniunctum construi posset, mutatum est in *sagittatis.* Reliquam autem versus conformationem, quae eidem Ambrosiano debetur, luculenter tuetur Mercatoris versus IV, 4, 4:

Nam quí amat, quod amat, si íd habet, id habet pró cibo. —

Non mediocre autem negotium v. 261 sq. exhibent, sic edi soliti: *fugit forum, fugat tuos cognatos, fugat ipse se a suo contuitu.* Quae intelligi posse prorsus nego. Nam etsi, cum *fugere forum amor* dicitur, *amor* accipitur sane pro amatore, eademque figura idem amor dici poterat et *fugare cognatos* et *a suo semet contutu fugare:* tamen postquam ad *cognatos* addito *tuos* pronomine in hoc ipsum amatoris notio transierat suamque propriam notionem *amor* receperat, non potuit in tertio membro idem *amor* nomen ad

amatoris significationem denuo reflecti et alterius personae pronomini iam tertiae pronomen substitui sine summa intelligendi molestia atque adeo cogitandi perversitate. Verum *tuos* non est sane in libris, sed a Camerario demum effectum est e *uos:* cui ubi *s* potius quam *t* praeposueris, videri potest ad sat magnam pronominum congruentiam oratio adducta esse. Et tamen ne hoc quidem concedendum est. Nam amor cum dicitur a suo se contutu fugare, unius Amoris personae cogitatione imago omnis continetur: quae ubi ad alias praeterea personas porrigitur ut aliqua necessitudine cum Amore coniunctas, putida fit et inepta comparatio. Quare cum *suos* cognatos fugare dici amor nisi ridicule non posset, nihil reliquum fuit nisi ut cum *tuos* pronomine tertii quoque membri pronomina conciliarentur et *fugat te a tuo contutu* scriberetur pro *se a suo.* — Reliqua omnia, quae in hoc cantico posui, puto semet ipsa satis defendere. Nisi quod pro asperiore v. 284 cretico pede *út sit sui* haud scio an praestet multo lenior haec mensura:

Málus bonum málum esse uolt, *súi uti sit* símilis:

nam catalexis removendae necessitatem non video, omninoque quod ad catalecticorum acatalectorumque varias per hoc totum canticum vicissitudines attinet, non oportere nimis fastidiosum esse arbitror.

CAPVT XIX.

Restant miscella quaedam, quae quanta potuero brevitate absolvam. Et quod ad scenarum descriptionem attinet, ea res etsi non tam necessitate quam aliqua rationis probabilitate regitur, tamen una certa via insisten-

dum esse intelligitur nec vagandum inconstantius. Itaque eas ego rationes secutus, quas Musei philol. n. IV, p. 607 sqq. explicavi, cum novam scenam contra libros mss. a v. 1176 exorsus sum, quippe ubi nova persona in scenam procedat, tum duobus aliis locis, ubi nova non procedit, sed ex eis quae pridem aderant una restans secum sola loquitur, eandem scenam continuavi. Eorum locorum altero, qui est v. 998, etsi senarii sunt quos solus in scena restans Charmides trochaicis sermonibus subiicit, tamen recte iam Italum correctorem interstitium scenarum sustulisse inde perspicitur quod altero loco, v. 392, ubi inter Philtonis orationem et praegressa diverbia prorsus eadem ratio intercedit, eandem scenam *B* reapse continuat: cuius libri quanta in hoc genere fides sit, rursum hinc colligi potest, quod earum turbarum, quae et v. 301 et 862 codicum *CDE* communes sunt, solus immunis mansit. Omninoque e metri mutatione non est mutandae scenae caussa repetenda: ut, si v. 392 et 998 novas scenas describas, eodem iure etiam Megaronidis v. 199 oratio simili intervallo ab eis quae praecedunt segregetur. Ceterum idem ille Italus corrector praeter v. 392 in *CDE* peccata rectissimo iudicio correxit omnia: singulari tamen errore novas turbas v. 1115. 1120 invexit. Quem in omnibus princeps editio secuta est, e qua recentiora exemplaria pendent.

In argumentis metricis fabularum Plautinarum tractandis eandem rationem teneo ac si in Plauto verser: nam etsi nimis lepidi fuerunt qui huic ipsi illos versiculos tribuerent, tamen cum prologis non Plautinis omnibus hoc ii commune habent quod prorsus Plautina numerorum arte

facti sunt. De quibus quoniam altera pars eius commentationis, quam a. CIↃIↃCCCXXXXI. edidi, casu factum est ut adhuc in scriniis delitescat, summam sententiae meae quam paucissimis nunc illinc excerpam. Missis igitur eorum futilibus opinionibus qui aut a M. Varrone aut a Prisciano scripta coniecerunt (quorum hic habuisset profecto quod sibi gratularetur, si tam bonos trimetros facere ullo modo posset), duas aetates video tali ludendi generi aptas: alteram saeculi u. c. septimi, quo quam ferbuerint grammatica studia ad Plautinas litteras collata, Licinii Porcii, Aurelii Opilii, Volcatii Sedigiti, L. Attii exemplis, eorumque versibus astricta oratione utentium, docui Parergon I, p. 90 sqq. 238 sqq. 321 sq. coll. praef. p. XVII: alteram Antoninorum, qua et resuscitata sunt Plautina studia et ad antiquitatis Naevianae, Plautinae, Ennianae imitationem ipsi se scriptores et poetae totos composuerunt. Atque talis est, ut dicam quod sentio, prisci sermonis affectata species illa, quam argumenta metrica fabularum Plautinarum prae se ferunt: id quod non uno argumento intelligitur. Cum autem illorum duplex genus aetatem tulerit: alterum acrostichorum, quae servata sunt omnia (nisi quod unum intercidit cum ipso principio Bacchidum), alterum non acrostichorum, quorum hodie quinque tantum supersunt, olim tot quot sunt fabulae exstitisse prorsus simile veri est*): hoc quidem posterius genus ad Antoninorum tempora eo confidentius refero quo magis cognatos lusus ea aetas peperit. Nam

*) Atque adeo sexti, quod ad Persam pertinebat, lacera fragmenta quaedam in membranis Ambrosianis superesse iam Parerg. I, p. 297 ostendi.

vide mihi quam similis eius opera extiterit, qui singularum Terentii fabularum argumenta duodenis senariis non inscite factis comprehendit: quam eius, cuius in Aeneidis singulos libros argumenta senis hexametris conclusa in Anthologia latina habentur II, 194 Burm., Meyero n. 223. Atque haec quidem poematia utraque non aetatis tantum sunt unius, sed eiusdem adeo hominis, Sulpicii Apollinaris Carthaginiensis. Vt, qui ad hunc ipsum Plautina quoque argumenta referat quindenorum versuum numero exaequata *), in tanta Plauti Terentiique propinquitate non mehercule inepta coniectura utatur. Paullo quam horum asperiorem artem fateor acrostichorum esse: quod tamen non est cur e temporum distantia repetas, cum sat locuples asperitatis caussa in promptu haec sit, quod negotium mediocri poetae exhiberet versuum a certis litteris incipiendorum necessitas. Quem autem prisci sermonis colorem haec acrosticha produnt, eum non suapte sponte natum esse, sed dedita opera effectum imitando, certissimis puto argumentis intelligi. Mitto nunc cetera et in duobus subsisto, quorum alterum septimo saeculo esse antiquius, alterum eodem recentius contendo. Recentior est nominis forma *Pseudolus*, quae ne rationi quidem ullo modo est conveniens: pro qua antiquus poeta non poterat non *Pseudulus* ponere, quod et Nonii libri constanter testantur, etiam in Varronis *Pseudulo Apolline*, et Servius servavit et alia confirmant. Contrariam vim habet in Amphitruonis argumento admissus *Al-*

*) Quae concinnitas cum plane dubitari nequeat quin constans fuerit in omnibus, facile intelligitur in Amphitruonis argumento, cuius hodie decem tantum feruntur, quinque versus intercidisse.

cumenas genitivus, profectus ille e grammatici eruditione qui eam formam priscae latinitatis propriam fuisse nosset. Quod ut certissimum est, ita non minus certum hoc est, iam Plauti aetate vel certe in artis genere Plautino illius genitivi, si ab uno *familias* recesseris, usum prorsus desiisse, ut iam p. CXLIII. annot. significavi. Cuius cum nec in libris mss. ullum (praeter unum valde dubium exemplum) vestigium exstet, vel hanc ob caussam Lachmannus credi nequit Plauti manum Amph. III, 1, 12 hac correctione assecutus esse:

Si id Alcumenas innocentiae expetat.

Sed ut sint sane acrostichi versus illi aliquot post Plautum saeculis facti: haec ipsa Antoninorum aetas tantum abest ut artis imperitia laborarit vel indulserit sibi metrorum neglegentiam, ut consolita in imitatoribus diligentia veterum exemplum expresserit: id quod nuper demum satis eleganti M. Pomponii Bassuli titulo denuo intellectum est, quem prooemio schol. hib. Bonn. a. CIↃIↃCCCXXXXVII. enarravimus. Apage igitur illorum inertiam, qui quod in Plauto vix sint toleraturi, imputare tamen argumentis Plautinis non vereantur. Velut cum horum scriptorem sibi persuadent hiatum in caesura legitimum habuisse: qualem hiatum nullus unquam poeta fuit (nisi forte labantis latinitatis) qui consulto et tanquam de lege admitteret. Quem si non raro libri mss. exhibent, non faciunt aliud nisi quod quovis genere corruptelae cum in his argumentis tum in ipsis fabulis admisso: id quod ea, quam ab initio commemoravi, commentatione satis per singula demonstrasse videor. Cum Prisciano si nobis res esset, crederem quidvis: hoc unum non

crederem, vel unum bonum et concinnum versiculum ab eo procusum esse, qui mixtos scilicet e trochaico et iambico numero Terentianos illos concoquere potuit *Adhuc Archylis quae adsolent quaeque oportet* e. q. s.

In didascalia Trinummi nunc deperdita quod olim lectum esse conieci Parerg. I, p. 348, ACTAM LVDIS MEGALENSIBVS eam fabulam esse, eius me coniecturae non paenituit. Impugnavit tamen eam Eduardus Meierus noster eo commentariolo, cuius cap. II. mentio facta est, hoc quidem argumento usus quod, cum ego recte demonstrassem nec Romanis ludis nec plebeis nec Apollinaribus posse actam esse, non cogitassem de ludis funebribus. Cogitavi ego de illis profecto, sed ut alienis ab hac quaestione. Eodemque iure atque adeo maiore dici potuerat me non cogitasse de eis ludis quos dedicandae aedis caussa factos esse ostendi p. 287. 296. Quippe dedita opera ab extraordinariis, quales per rariores opportunitates fieri potuerunt, statos ludos discrevi qui certis diebus quotannis redirent, horumque solorum constantem frequentiam respiciendam putavi ubi non tam id ageretur ut concludendi necessitate verum, quam ut ratiocinandi probabilitate maxime simile veri erueretur. Et funebres quidem ludos ipsos quoties omnino illa aetate factos esse Romae putabimus? In quibus quod haerere, cum de fabularum commissione quaeritur, cogitatio nostra consuevit, id satis singulari casu effectum hoc est, quod e sex fabulis Terentianis duas traditum est per funebrium ludorum, sed eorundem, occasionem actas esse. Verum hi ludi recordandum est in cuius honorem facti sint: qui fuit L. Aemilius Paullus, vir et auctoritate et gratia populi in paucis

insignis, quem singulari pietate Q. Fabius et P. Cornelius filii prosecuti sunt: adeo ut inusitati honoris praecipuam mentionem scriptores dedita opera fecerint, Plutarchus vit. Aem. c. 39, Diodorus Exc. p. 584 sq., Polybius fr. l. XXXII, 14. Sat usitatus pompae funebris splendor fuit et varius exsequiarum apparatus et laudationum honos: sed ludorum amplitudo quam non frequens fuerit, gravi documento diligentissimus ludorum omnium enarrator Livius esse potest, in cuius libris XXV. duo tantum nisi fallor testimonia exstant de funebribus ludis inde a saeculi p. u. c. sexti anno XXXV. ad a. LXXXVII. factorum: quorum alteros M. Aemilio Lepido filios Lucium Marcum Quintum dedisse a. DXXXVIII, alteros M. Valerio Laevino P. et M. filios a. DLIV. prodidit lib. XXIII, 30 et XXXI, 50. Et hos, sive aliquot alios silentio praetermisisse Livium nullo argumento conieceris, quo tandem argumento non dicam evinces, sed probabiliter persuadebis scenicos fuisse? cum in hoc quoque genere tam mirifica illius diligentia extiterit ut, siquando etiam scenici vel Romani ludi vel Megalenses vel alii fuissent, id curiosa fide annotaret. Et in Lepidi atque Laevini ludis ea de re Livium taciturum fuisse hoc minus credibile est, quod in utrisque *dati gladiatorii muneris* nominatim mentionem fecit. Ex his igitur non inepte colligi videtur, aliquanto posteriorem aetatem demum scenicos ludos etiam ad privatam munificentiam ascitos vidisse. Tam autem incertus cum ludorum funebrium in tractanda re scenica Romanorum usus apparuerit, haud scio an alius cuiusdam ratiocinationis suae Meierus non nimium tenax futurus sit: quali memet fateor ne usurum quidem fuisse: nimirum argumentum fabulae ad

severitatem quandam morum et tristitiam compositae in funebres ludos magis quam in Megalenses convenire. Nam quod praeterea dicit non posse non frigere Lysitelis v. 695 ludibrium: *Quid? te dictatorem censes fore, si abs te agrum acceperim?* hoc si multo post annum DLII. dictum esset, quippe quo anno dictatorem Plautina aetas postremo vidisset: ita quoniam ad sensum res omnis redacta est, non habeo quod respondeam, nisi mihi non frigere. Satis enim caussae, cur summi qui Romae esset honoris appetentiam Lesbonico Lysiteles per acrimoniam tribueret, sentio in eis fuisse quibus ille consilii obstinationem summam fastidiosa honoris sui iactatione tueretur: *Te honestet, me autem contutitet: Tibi sit emolumentum honoris* e. q. s.

Praeterea scriptum fuisse in didascalia GRAECA THESAVRVS PHILEMONIS e prologo fabulae discitur. Vnius enim graeci exempli nomen inscribi solitum est, etiamsi duo fuerunt quae latinus poeta in condenda fabula secutus esset. E duobus autem etiam Trinummum a Plauto contaminatam esse in egregia commentatione illa, quam de Volcatii Sedigiti canone scripsit, Ladewigius coniecit, partem argumenti e Menandri Παρακαταθήκη repetens p. 34 sq. Cuius subtilissimae disputationi non habeo quod addam: nam cum de caussa universa tum de singulis documentis lubricum esse iudicium ipse non dissimulavit.

Restat ut curis secundis cum in poetae verbis tum in his Prolegomenis quaedam vel corrigam vel confirmem. Et in ipsa fabula primum debebam Italo correctori obsequi, *Mercaturane an uenalis habuit* v. 332 scribenti pro *mercaturamne:* quod cum olim putassem Ciceronis exemplo quodam defendi posse,

nunc non teneo diutius. V. 531 *Hem* particula rectius puto extra hunc versum ponebatur: *Istic oportet opseri mores malos.* — V. 659 vereor ne nimia modestia librorum scripturam omnium, etiam Ambrosiani, servarim: *Et tibi nunc, proinde ac merere, summas habeo gratias:* quam in *habeo summam gratiam* convertendam esse primus Ant. Reinius meus dixit ea commentatione quam ann. ad v. 820 commemoravi. Caussam tamen modestiae hanc habebam quod, cum reliquorum exemplorum ad defendendum pluralem prolatorum nullum vel aptum vel certum esse accurata ille disputatione effecisset, tamen unum praeter Trinummi versum videbam relictum esse Poenuli v, 4, 104: *Dí deaeque omnes, uóbis habeo mérito magnas grátias,* quam scripturam item libri omnes testantur: nam in hoc quidem tractando Reinio aliquid humani accidit. — V. 1071 constans loquendi usus Plautinus flagitabat ut *estne is an non est* reponeretur pro *estne hic an non est:* id quod multitudo exemplorum facile unicuique persuadebit. — Praeterea ab operis peccatum est v. 627 *iloco* pro *ilico,* v. 679 *inimice* pro *inimico,* item interpunctione post *illum* addita v. 985. Eisdem imputandum quod annot. ad v. 814 *F* dicitur *hifce* habere pro *ifce,* ad v. 9 autem *mihi hanc gnatam* in solis *EbFZ* esse, quod est etiam in *H.* Alia peccata, nisi prorsus levidensia, adhuc non repperi.

His autem Prolegomenis quae iam nunc addi velim, haec potissimum sunt quae infra posui. Pag. LXII. commemoratam e Trin. 841 structuram *domi cupio* dubitare noli etiam Bacchidum versui 246 reddere, ubi nunc *domum*

cupientes legitur. — P. LXXVI. quam attuli Palatini *B* scripturam *setius* pro *secius*, eam mirum est bis in tam antiquis monumentis reperiri quam sunt Lex Servilia et Sententia de finibus inter Genuates et Viturios regundis lata. De quo quid sentiendum sit, volo ab aliis doceri. — P. LXXIX. expetii quadrisyllabum vasculi nomen aliquod, quod Trin. v. 492 duce Ambrosiano codice, in quo SAT·L···M apparuisset, in suspectae *salillum* formae locum substitueretur. Tale etsi ne nunc quidem inveni, tamen si forte in trisyllaba forma acquiescendum sit quadrisyllabo *animai* genitivo iuncta, praesto sit in Labbei glossariis p. 323 ed. Lond. annotatum '*sitellum* κάδιον', pro quo e scriptoribus *sitella* tantum et *situla* formas novimus. — P. LXXX. dubitanter defensae coniecturae, qua inexplicabile visum v. 644 *uindex* nomen mutavi in *tu obex*, illud obstare video quod Phocas testatur p. 1709: 'alia ablativum tantum habent in singulari numero, ut *ab hoc frugi, ab hoc obice, ab hac prece, ab hoc uiscere.*' Quod praeceptum etsi non est omni ex parte verum, cum apud ipsum Plautum etiam accusativus *obicem* exstet, tamen nescio an eam vim habeat ut saltem nominativum fuisse inusitatum persuadeat. Contra *uindex* nisi forte in prisca latinitate reconditiorem aliquem significatum habuit: (velut cogitari potest vindicans h. e. ulciscens et puniens scelera carnifex aliquando dictus esse uindex:) me nescire fateor quid vulgata scriptura fiat. — P. LXXXIV sq. nescio quomodo memoriam meam fugit Bentlei in Andr. I, 3, 11 annotatio, qua exquisitiorem illum *si—siue* particularum usum pridem rectissime explicavit. Nisi quod reliquis exemplis perperam Pseuduli I, 5, 129 versum miscuit, ubi

si in *si sumus compacti* minime potest pro *siue* accipi. — P. LXXXIX. poteram e Ciceronis Orat. § 156 Attii exemplum addere *mulier una duum uirum*. — P. XCVI. longe luculentissimum documentum, quo pro *y* Plautum *u* scripsisse probaretur, licebat e Bacch. II, 3, 128 petere: ubi nisi pronuntiatum esse *Crucisalum me ex Crusalo* putaveris, lepos et acumen perit. — P. C. sq. quod iuncta *haud dudum* verba exstare apud Vergilium negavi, etsi vere negavi, tamen excidisse potius aliquid in Victorini verbis nunc video. Nec enim dubitandum videtur quin ad Aen. X, 599 grammaticus spectarit: *haud* (immo *hau*) *talia dudum*. — P. CVII. haud scio an non satis probabiliter *est* verbi aphaeresim etiam eis exemplis adhibuerim in quibus *est*, ut breviter definiam, non valet ἐστί, sed ἔστι: ut v. 310 *est quod gaudeas*, v. 508 *Philto, est ager sub urbe.* Quibus paria sunt Bacch. IV, 8, 51 *immo est quoque*, ib. 74 *si est*, cui opponitur *si non est*. — P. CX. reliquis exemplis, quibus *-ust* revocavi pro *-us*, adde *opust* e v. 365: ex eis autem, quibus immerito ab Hermanno *-us* servatum esse in Bacchidibus dixi, deme *Theotimus* quod huc errore irrepsit, proque eo substitue *melius* Bacch. v. 45, *opus* v. 189. — P. CXIII. tractatis, in quibus negavi *esse* Plautum omittere in constructione accusativi cum infinitivo, illud addere poteris quod tetigi Musei philol. novi t. IV, p. 588. — P. CXXV. emendato Mostellariae versui hunc adde Asinariae IV, 1, 7, in quo vulgo *dedit* corripitur ante *dono:*

Lenaé uiginti mnás dono argenti dedit:

sic enim plane non dubito quin transponendum sit. — P. CXLIII. quod a Terentio alienum dixi distractum in *aï* ge-

nitivum primae declinationis, id ne quis inconsideratius iactum existimet, de quattuor locis, quibus illam formam Bentleius intulit, paucis sic habeto. Ac vitiosam elisionem *Phaedriaï ostenderet* in Phorm. IV, 2, 7 probabili nuper emendatione Lachmannus sustulit:

Vbi Phaedriae esse ostenderet nihilo minus
Amicum sese quam Antiphoni.

Permiro autem commento in Heautont. V, 1, 20 Bentleius ne *sponsaï* quidem, sed ipsum *sponsaë* voluit ante *aurum* trisyllabum esse. Nihil quicquam molestiae est in tralaticia scriptura:

Sponsae uestem, aurum atque ancillas opus esse: argentum ut dares.

Nam quod ille prorsus invenustum dixit, *aurum* si sit sine accentu, in eo nimius fuit. Primum enim in enumeratione tam similium rerum non est profecto auri potissimum notio praecipua vi ulla sententiae insignis. Deinde autem ubicunque post aliquam interpunctionem et quamvis brevem pronuntiandi pausam vox de integro orditur, ne potest quidem id vocabulum, a quo orditur, prorsus delitescere quanquam in thesi positum. Non magis igitur ut omni accentu destitutum in illo versus loco *aurum* percipitur, quam ab initio versus collocatum *Aurum atque ancillas*. Quod volo capite XVI. disputatis addi. Duobusne igitur solis exemplis Heaut. III, 2, 4 et Andr. II, 6, 8 credemus usum illius genitivi Terentianum omnem contineri? Credat qui poterit: mihi vix dubium est quin corrupta sint. Et alterius quidem initio nescio an vocula exciderit:

Quia Cliniae ille seruos tardiusculust,
Idcirco huic nostro traditast prouincia:

in altero a librariis turbatum esse pristinum verborum ordinem puto:

Huiusce propter consuetudinem hospitae. —

P. CLI. commemoratum *potestatem* si modo correptam antepaenultimam Capt. V, 1, 13 habeat, id tantum absit ut evertat legem, ut confirmet potius: quando usitata in *potĕst* licentia potuit ad cognatam substantivi formam transferri: similiter atque a *manus* ad *minister*. Quanquam ego non hoc artificio utar potius, quam aut cum aliis eiecto *eam* pronomine sic scribam:

Páter, et poteris, ét ego potero: et dí potestatém dabunt,

aut servatum sic transponam *di potestatem eam dabunt.* Ac fortasse substantiva illa in *estas* exeuntia omnia *e* vocalem habuerunt natura longam, id quod in *egestas* nomen cadere satis persuadent *egere egenus* formae. — P. CLIV. defensae *dum quidem* particularum mensurae praeter alia haec patrocinantur Bacch. II, 2, 48. II, 3, 122:

Dum quidem hóc ualebit péctus perfidiá meum:
Si quidem híc relinquet néc secum abducét senex:

quorum neutro deleto pronomine opus erat. — P. CLXVIII. in Epidici versu V, 2, 38 excidit *ego: Dedin tibi ego minas triginta:* parum enim probabilitatis habiturum sit ex *dedin,* pro quo *diden B,* effectum *dedine.* — P. CLXXVIII. oblitus sum non minus quam *eminor* suspectum nomen *eminatio* de medio tollere Capt IV, 2, 19: quod huc corrigendo est illatum, postquam

v. 11 *minor* in *eminor* casu verterat. Excidit nisi fallor *nam* ante *min:*

Quaé illaec nam minátiost? nam néqueo mirarí satis.— P. CCX. enarrata Bentlei observatione, cuius ille etiam in Terentii emendatione nunquam non memor fuit, non paucis in locis cum fructu utare, in quibus, utrum e discrepantibus codicum testimoniis praestet, dubius haereas. Velut una hac re, quod spondeum quintus pes trimetri pro iambo obtinet, praestat Trin. v. 33 *metere messem maxumam* prae tralaticia verborum collocatione *messem metere maxumam*. — Praeterea nescio quo errore p. XCV. *adulescens* forma mixta est cum *u* vocalis pro *i* positae exemplis: quae erat p. XCVI. commemoranda.

CAPUT XX.

Quoniam in multo ampliorem molem, quam primo et statueram et exspectaveram, haec prolegomena succreverunt, non abs re duxi subiectis rerum tractatarum indicibus lectorum commodo consulere. Lectores autem etsi mihi multos exopto, vel postulo tamen eos, si qui ad tractanda veteris Latinorum poesis monumenta monumentorumque fragmenta animum applicaturi sint: ne vel negligenter ignorata vel stulte et arroganter spreta Bentlei Hermannique arte et disciplina, cuius ego nihil volui nisi probabilis interpres esse, similia portenta in hoc genere postera aetas videat atque praeterita nimis multa experta est cum magno litterarum nostrarum damno atque, ut dicam quod sentio, Ger-

mani nominis dedecore. Scio penes paucos hodie harum rerum iudicium esse: qui si nostram operam probaverint h. e. si et recta via ac ratione nos ingressos esse et e singulis plurima non inepte explicasse pronuntiarint, ceteri ab his discant, ut aliquando iudicare ipsi possint. Discant autem ita ut incipiant a credendo, qua via sola in quavis arte aliquid proficitur: credant igitur non frustra tantorum ingeniorum tam praeclaram vitam in his studiis consumptam esse: credant non potuisse in hac parte caecutire, quorum in reliquis partibus litterarum nostrarum acumen summum et incomparabilem virtutem communi consensu admiremur: credant plus doctrinae, iudicii, fidei in illis quam in librariis esse, verique esse similius eorum quae praeceperint plurima vera esse quam plurima falsa: credant denique non impune licere in latinis litteris, quod si quis in graecis hodie peccet, omnium risu explodatur. Nam ab hac demum verecundia progressi et naviter intelligendo et prudenter dubitando et diligenter quaerendo hoc sibi iuris vindicabunt, ut imprimis salutaris hereditatis beneficio acceptam doctrinam etiam emendent pro virili parte et promoveant. Quali aliorum opera nihil magis in votis habeo quam ut quam plurima ipse discam: quo facto et impense laetabor et lubentissime mea corrigam. Sed nunc quo melius nostrarum ordo disputationum perspiciatur, quibus talium studiorum non incommodo instrumento utentur, reminiscendum est a codicibus nos exorsos primo capite breviter descripsisse Ambrosianum librum a p. VII. ad XIII: altero eas Trinummi partes generatim tractasse quae superstitibus membranis Ambrosianis non continentur a p. XIII. ad XXVII: tertio reliquos libros

enumerasse a p. XXVII. ad p. XXXVI: quarto de horum dignitate, cognatione et successionibus egisse a p. XXXVI. ad LI: quiuto de editorum criticorumque opera a p. LI. ad LVIII: sexto de fide Ambrosiani codicis cum Palatinorum recensioue comparati a p. LVIII. ad LXVIII: septimo de emendandi rationibus hinc aptis a p. LXVIII. ad LXXIV: octavo de rebus grammaticis a p. LXXIV. ad XCI: nono de genere orthographico a p. XCI. ad CXV: decimo de vi positionis a p. CXV. ad CXXXIX: undecimo de ecthlipsi sive syncopa a p. CXL. ad CLIX: duodecimo de synizesi a p. CLIX. ad CLXV: tertio decimo de correptione longarum vocalium a p. CLXV. ad CLXXXVII: quarto decimo de hiatu a p. CXXXVII. ad CCVI: quinto decimo de accentu grammatico cum numerorum acceutu conciliato a p. CCVI. ad CCL: sexto decimo de accentus logici in componendis versibus vi a p. CCL. ad CCLXX: septimo decimo de pedibus metricis et caesuris a p. CCLXX. ad CCXCIV: duodevicesimo de cantico Trinummi a p. CCXCIV. ad CCCXV: undevicesimo de miscellis quibusdam a p. CCCXV. ad CCCXXVIII. Quibus iam indices succedant primus eorum Trinummi versuum, qui per varias horum prolegomenon occasiones in disceptationem venerunt, cuius quidem indicis ope tanquam criticum in hanc fabulam commentarium perpetuare poteris: alter tractatorum e reliquis fabulis Plautinis aliisve scriptoribus locorum: tertius rerum notabiliorum.

I.

II.

III.

A D D E N D V M.

P. ccxci. post v. 21 haec exciderunt:

et Ennius Macr. Sat. vi, 1. Cic. Off. i, 12:

Hoc, nisi tu: nam mi calido dabis sanguine poenas:
Nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis:

et Lucilius Prisc. x, p. 903:

Et cum id mi uisus facere est, tum retia nexit:

T · MACCI · PLAVTI

TRINVMMVS

GRAECA · THENSAVRVS · PHILEMONIS

(ACTA · LVDIS · MEGALENSIBVS)

ARGVMENTVM.

Thensaúrum clam abstrusum ábiens peregre Chármides
Remque ómnem amico Cállicli mandát suo.
Istóc absente·mále rem perdit fílius.
Nam et aédis uendit: hás mercatur Cállicles.
Virgo índotata sóror istius póscitur.
Minus quó cum inuidia dét ei dotem Cállicles,
Mandát, qui dicat aúrum ferre se á patre.
Vt uénit ad aedis, húnc deludit Chármides
Senéx, ut rediit: quóius nubunt líberi.

PLAVTI TRINVMMVS INCIPIT. ARGVMENTVM **B**. INCIPIT TRINVMMVS PLAVTI **CDEG**. INCIPIT TRINVS PLAVTI **H**. INCIPIT EIVSDEM· TRINVMMVS FOELICITER. PROLOGVS **K**. PLAVTI POETE CLARISSIMI TRINVMMVS INCIPIT. ARGVMENTVM **F**, *qui tamen deinceps eadem constantia* TRINVMVS *servat in singularum paginarum inscriptione, qua in eisdem* TRINVMMVS *scripturam* **A**: *ut nihili sit Osanni dubitatio Analect. p. 14.* PLAVTI TRINVMMVS **Z** 1. Thenſaurum **BaEa**. Tenſaurum **D**. enſaurum **C**. Cenſaurum **G**. Teſaurum **K**. Theſaurum **BbEbFHZ** clam **B**. *om. libri.* suum *Hermannus* abe enſperegre **B** 2. callidi **FGH**: *et sic v. 4. 6* 3. abſentē alerem **B** perdidit **K** 4. edif **E** callidef **B**. challicles **Ea** 5. *et* 6. *om.* **K** 6. quo cum] cocum **B** det ei **B**. ei det *libri* dotim **DEaG**. dotum **C** 7. dicat] dat **EFH** se *Camerarius.* ſeſe *libri* 8. ad aedis uenit *Hermannus* carmidef **K** 9. quo iuſ **B**. cuiuſ *reliqui* nubunt liberi *Saracenus.* nubunſ eri **BD**. nubuntur eri **EaG**. nubunturire **C**. nubuntur heri **EbFHKZ**

PERSONAE.

LVXVRIA cum INOPIA PROLOGVS
MEGARONIDES SENEX
CALLICLES SENEX
LYSITELES ADVLESCENS
PHILTO SENEX
LESBONICVS ADVLESCENS
STASIMVS SERVOS
CHARMIDES SENEX
SYCOPHANTA
CANTOR.

PROLOGVS.

LVXVRIA. INOPIA.

LVXVRIA.

Sequere hác me, gnata, ut múnus fungarís tuum.

INOPIA.

Sequór: set finem fóre quem dicam néscio.

LVXVRIA.

Adest, én, illae sunt aédes: i intro núnc iam.
Nunc, né quis erret uóstrum, paucis ín uiam
Dedúcam, si quidem óperam dare promíttitis.

PROLOGVS *om. libri* LVXVRIA. INOPIA *om.* ***A*** *(in quo primus paginae versus scriptura vacat)* ***BC*** 1. LVXVRIA *om. libri* •equere ***CD*** HACMR ***A**, Bothius.* me mea *reliqui.* ac me *Nonius p. 497.* hac mea *Hermannus* me me agnnt aut ***B*** fungaſ *Nonius* 2. INOPIA *om.* ***BCDEa*** set]ſed *libri cum* ***A***: *et sic constanter, nisi ubi contrarium notabitur* fidem forē ***B*** 3. LVXVRIA *om.* ***BCDEa*** adeſt *superiori versui continuat* ***B***. ades *Gulielmus Quaest. Pl. in Trin. c. 3,* adesto *idem et Scaliger* en *Hermannus.* hem *libri (cum* ***A*** *ut videtur)* ille ***BCE*** edeſ ***E*** i intro] lintro ***BCDE***. intro ***K*** nunciam ***BD***. nuntiam ***CEa*** 4. errer ***G*** ueſtrum ***K***

Nunc ígitur primum quaé ego sim, et quae illaéc siet
Huc quae ábiit intro, dícam si animum aduórtitis.
Primúm mihi Plautus nómen Luxuriae índidit:
Tum illánc mihi esse gnátam uoluit Inopiam.
Set éa quid huc introíerit inpulsú meo,
Accípite, et date uacíuas auris dum éloquor.
Aduléscens quidamst, quí in hisce habitat aédibus:
Is rém paternam me ádiutrice pérdidit.
Quoniam ĕi, qui me aleret, níl uideo esse rélicui,
Dedi ĕi meam gnatam, quícum una aetatem éxigat.
Set de árgumento ne éxpectetis fábulae:

---

6. igitur primum ***AB***, *Guyetus.* primum igitur *reliqui* que ego ***C*** *Non opus est hac scriptura:* quae égo siem II.LAEC ***A***. illec ***H***. illa haec ***CDFKZ***. illa hec ***BEG*** fiet ***FHK***, *Pius.* sciet *reliqui* 7. Nuc que ***C*** introducam ***CH*** aduortitis ***AHKZ***. aduertitis ***EF***. auertitis ***BCDG*** 8. mihi ***AB***. mi *reliqui* 9. illanc mihi esse gnatam ***R*** *Parerg. Plaut. I, p. 528.* hanc mihi ganatam esse ***B***. mihi hanc gnatam esse ***EbFZ***. mihi hanc gnatam gnatam esse *reliqui.* mihi natam hanc is esse *Dousa (ms.)* mi hanc is esse gnatam *Hermannus. In **A** v. 8. et 9. in unum sic contracti sunt:* PRIMUMMIHIGNATAMESSEUOLUITINOPIAM 10. *Hunc inter v. 7. et 8. collocat **A*** ea ***AB***. *om. reliqui* quid huc *Bothius.* huc quid *libri cum **A**, nisi quod* huc cur ***H*** inpulsu ***ABCD***. impulsu *reliqui* 11. et date] Edate ***C*** uaciuas auris ***BCDEGaZ***. UOCIUO•URIS ***A***. uacuas auris ***GbK***. uacuas aures ***FH*** 12. adolescens ***F***. adulescens ***A*** *cum reliquis* quidam est *libri cum **A**, praeterquam quod* quidnam est ***DaG***, est quidam ***H*** edibus ***H***

13. re ***B*** adiutricem ***Ca*** 14. QUONIAMEIQUI ***A***, *Camerarius.* Qm̃ ei qui ***B***. Quoniam ***CK***. Qm̃ ***DG***. Qui ***EFHZ***. Quoniam qui *Pylades* AL•ERET ***A***. alaeret ***B*** nihil *libri cum **A*** uideo esse] UIDE••••••E ***A*** relicui] reliqui *libri cum **A***

15. DEDIEIMEAM ***A***, *Pareus.* Dediemeam ***B***. Dedi meam *reliqui* gnatam meam *(producta paenultima ei vocis) Fleckeisenus Exercit. Plaut. (Gotting. a. 1842) p. 13.* una *addidi cum Ed. Vollbehrio,* is *Hermannus* etatem ***E*** 16. expectetis *libri, nisi quod* expetetis ***G***

Senés, qui huc uenient, i rem uobis áperient.
Huic graéce nomen ést Thensauro fábulae:
Philémo scripsit: Plaútus uortit bárbare,
Nomén Trinummo fécit. nunc uos hóc rogat
Vt líceat possidére hanc nomen fábulam.
Tantúmst. ualete: adéste cum siléntio.

17. huc aduenient *H* uenient, i rem *B*. UENIENTIREM *A*. uenienti irem *B*. uenient hi rem *reliqui, nisi quod* rē *supra versum D* UOUOBIS *A*. nobiſ *K* 18. GRAECENOMEN *A, Guyetus, Bentleius in Ter. Heaut. prol. 7.* grece nomen *B*. nomen graece *GHKZ, Bentleius in Ter. Phorm. prol. 26.* nomen grece *DEF*. non grece *C* thenſauro *BCDHK*. tenſauro *EG*. theſauro *AFZ* fabule *CDE* 19. uertit *libri cum A, Donatus in Ter. Eun. prol. 7* babare *C* 20. trinum̊o *H* UOSHOC *A*. hoc uoſ *reliqui* 21. hanc] hoc *EbF*, '*libri veteres*' *Lambini* 22. tantum eſt *libri cum A* ADESSECVM *A ut videtur*. adeſt ecum *B*

ACTVS I.

MEGARONIDES.

Amícum castigáre ob meritam nóxiam
Inmoénest facinus, uérum in aetate útile
Et cónducibile. nám ego amicúm hodié meum
Concástigabo pró commerita nóxia:
Inuítus, ni id me inuítet ut faciám fides.
Nam hic nímium morbus móres inuasít bonos:

Act. I. Scen. 1. MEGARONIDES ſenex ***B***. MECARONIDES ***DEG***. Mec Aronideſ ***H***. *om.* ***A*** *(cum vacuo spatio unius versus) et* ***C***. 23. AMICUM ***A***, *Cicero de invent. I, 50 et ad Herenn. II, 23, Camerarius.* Me amicum (*h. e.* MEGARONIDES. Amicum) ***BF***. •e amicum ***CH***. Ne amicum ***EK***. Nae amicum ***DGZ***, *quod tuetur Lomanus Spec. crit. litt. in Plaut. et Ter. (Amstelod. a. 1845) p. 17. Vide Fleckeisenum in Schneidewini Philol. II, p. 101 sq.* MERITAMNOXIAM ***A***, *Cic. utroque loco.* meritam ñ mala noxiam ***B***. merita non mala (*cum vacuo spatio*) nocia ***C***, *sine illo spatio* ***DEaG***. merita non mala noxa ***HK***. merita mala noxia ***EbFZ*** 24. Immoene est *Bothius.* Inmene eſt ***BCD***. In men eſſe ***K***. Immene ẽ ***Ea***. Immane eſt ***EbFGHZ***. IMMUNEEST ***A***, *Cicero bis, Festus Pauli p. 109 Muell.* 25. amicam meam hodie ***H*** 26. congaſtigabo ***CEF***. cum caſtigabo ***HK*** commerita] commissa *codd. ad Herenn.* 27. IDMEE ***A***, *Hermannus.* me id *reliqui, nisi quod* ne *sine* id ***H*** inuite ***H*** ut *om.* ***H*** FACIAT ***A*** fides] fidem ſuam ***H*** 28. Nam *om.* ***H***.

Ita plérique omnes iám sunt intermórtui.
Set dum ílli aegrotant, ínterim morés mali
Quasi hérba inrigua súccreuere ubérrume:
Neque quícquam hic uile núnc est nisi morés mali.
Eorúm licet iam métere messem máxumam:
Nimióque hic pluris paúciorum grátiam
Faciúnt pars hominum, quam íd quo prosint plúribus.
Ita uíncunt illut cónducibile grátiae,
Quae in rébus multis óbstant odiosaéque sunt
Remorámque faciunt rĕi priuatae et publicae.

---

29. PLERIQUE **A**, '*libri veteres*' *Lambini, Dousa.* plerũque *reliqui* omnis **BCD**. HOMINES **A** iam omnes **K** 30. cum **H** egrotant **BCDE** 31. erba **B** inrigua **ABCDEGK**. rrigua **FHZ**. succreuere *Dousa fil.* succrerunt *idem et Acidalius.* succreuerunt *libri, nisi quod* subcreuerunt **F** uberreme **B**. uberrime **CEFG**. uberime **HK**. uberrimę **DZ** 32. Neque] nque **H** non nunc **E** 33. Eorum] quorum **EbF**. eque **EaH** METREREMESSEM **A**. metere messe **B**. messem metere *reliqui* maxumam **EF**. maximam *reliqui* 34. pauciorum] paucique **EFH** graciam **G** 35. quo prosint **B**. quod prosint **ABCDEGHK**. quod prosit **FZ**. *Cf. Parerg. Plaut. I, p. 350*

36. illut] illud *libri, et sic constanter, nisi ubi aliud testabimur* conducibile **AEbFKbZ**. conductibile *reliqui* gratie **E** 37. que **F** odioseque **BCDE** 38. remoramque] *attulit Festus p. 277* priuate **BDE** publice **BCDE**

CALLICLES. MEGARONIDES.

CALLICLES.

Larém corona nóstrum decorarí uolo:
Vxór, uenerare, ut nóbis haec habitátio
Bona faústa felix fórtunataque éuenat —
Teque út, quam primum póssim, uideam emórtuam.

MEGARONIDES.

Hic ille ést, senecta aetáte qui factúst puer,
Qui admísit in se cúlpam castigábilem.
Adgrédiar hominem.

CALLICLES.

Quóia hic prope me uóx sonat?

Act. I. Scen. 2. CALLICLES MEGARONIDES *A ut videtur. om. C.* gallicief megaronidef *extremae scenae I. agglutinata B, ut solet.* Calliclef Megaronidef fenef duo *Z.* MEGARONIDES (MERGARONIDES *Ea*) CALLIDES (CALIDES *E*) SENES *EF.* MECARONIDES (MEGARONIDES *K*) CALLIDES (CALLICLES *K*) SENES II. *DGHK* 39. CALLICLES] Cal. *Z.* MER. *E. om. reliqui de constanti fere in scenarum exordiis more, de quo primus loquitur, qui in praemissis personarum nominibus primum locum tenet. Nullas autem personarum notas per hanc totam scenam B habet: de quo semel monuisse satis esto* •arem *C* ueftrum *K* decorali *B* 40. hec *E* habet atio *B* 41. fraufta *C* fortuuaque [ta] *C* euenat *Pareus.* eueniat *libri cum A* 42. cum primum *et* possit *Lambinus,* possit *etiam Dousa ms.* 43. ME. *personae notam om. EF et vacuo spatio relicto CD* etate *E* FACTUST *A.* factuf eft *reliqui* 44. cupam [l] *B* 45. aggrediar *EH.* adgrediar *reliqui* CA. *personae notam om. CD et spatio vacuo relicto B. Eiusmodi spatia et hic et alibi etiam in CD apparerent, nisi propter neglectam in his libris versuum distinctionem proximae post personarum notas voces saepe ipsos versus exordirentur, initiis autem versuum personarum notae constanter in marginibus praemitterentur, ubi spatii significatio*

MEGARONIDES.

Tui béneuolentis, sí ita's ut ego té uolo:
Sin áliter es, inimíci atque iratí tibi.

CALLICLES.

O amíce, salue. [atque aequalis. ut uales,
Megaronides?]

MEGARONIDES.

Et tu édepol salue, Cállicles.
Valén? ualuistin?

CALLICLES.

Váleo et ualui réctius.

MEGARONIDES.

Quid túa agit uxor? út ualet?

CALLICLES.

Plus quam égo uolo.

MEGARONIDES.

Bene hérclest, illam tíbi ualere et uíuere.

---

fieri nulla potuit quoia hic **R**. QVIAHIC **A**. cuia *reliqui* prope me uox *Hermannus*. uox prope me *libri* 46. ME. *om.* **G** *et cum spatio* **CD** beniuolentiſ **H**. be uolentiſ **G** si *om.* **A** ita eſ *libri cum* **A** TR **A**, *Hermannus. om. reliqui* 47. eſ **BFZ**. EST **A** *ut videtur*. reſ **CDEGK**. reſt **H** adque **C** iram **G** 48. CA.] *spatium* **DG** *Vncis inclusa, quae cum reliquis etiam* **A** *servat, glossemata esse vidit Lomanus p. 70 sq.* adque **C** equaliſ **BE**. aequaleſ **Da** ualeaſ **H** 49. mecaronideſ **G** aedepol **Z** callideſ **DFHK** 50. *et* 51. *transponit* **A** 50. CAL. *praemittunt* **EbFZ**: *unde consequens fuit ut per proximos versus usque ad 57 Calliclis et Megaronidis nomina in eisdem libris constanter permutarentur (e rasura et correctura in* **E**.) *Verum sine libris perspexit Acidalius* Valent **B** CA.] *spatium* **B** 51. TUAAGIT **A**. agit tua **BDEFGK**. agat tua **C**. ait tua **H** ME.] *spatium* **B** 52. ercle eſt **B**. hercle eſt *reliqui* UALERRE **A**, *Bothius: (absque quo esset, transponi tibi illam potuerat.)* bene ualeret **B**. bene ualere *reliqui*

CALLICLES.

Credo hércle te gaudére, si quid míhi malist.

MEGARONIDES.

Omníbus amicis, quód mihist, cupio ésse item.

CALLICLES.

Eho tú, tua uxor quíd agit?

MEGARONIDES.

Immortális est:

Viuít uicturaquést.

CALLICLES.

Bene hercle núntias,

Deosque óro ut uitae tŭae superstes súppetat.

MEGARONIDES.

Dum quidem hércle tecum núpta sit, sané uelim.

CALLICLES.

Vin cómmutemus? túam ego ducam et tú meam?
Faxo haút tantillum déderis uerborúm mihi.

MEGARONIDES.

Nempe ĕnim tu, credo, me ínprudentem obrépseris.

---

53. Crede *B* te gaudere te ſi *Da* MI *A*. michi *G* male eſt *EFH*. mali eſt *reliqui* 54. mihi ſt *BC*. mihiſt *E*. miſt *D*. m^i^ſt *H*. mihi eſt *reliqui* item *Bothius*. idem *libri* 55. EHOTUTUA *A*. eo tua *Z*. ••eho tua *D* (*erasis ab initio litteris*). eho tua *reliqui* uicturaque eſt *libri cum A* 56. nuntiaſ (*A*)*C*. nunciaſ *B*. ^de^nuntiaſ *D*. denuntiaſ *EFK*. denunciaſ *GHZ* 57. uite tue *E* 58. ME. *addidit Camerarius. om. libri* ſit *cum spatio* *BC*. ſit ME. *DEaG*. ſit CA. *EbFZ*. *Personae notam sustulit Camerarius* 59. CA.] ME. *EbFZ* ego tuam *K* 60. HAUT *A*. haud *reliqui, et sic constanter, nisi ubi contrarium testabimur* tantullum (*A*)*Z* dederiſ uerborum mihi] uerborum mihi *H*. imprudenti obrepſeriſ ne tu hercle *Ea* 61. ME. *addidit Acidalius. om. libri* Nempe enim *R*. namque

CALLICLES.

Ne tu hércle faxo haut néscias quam rem égeris.

MEGARONIDES.

Habeás ut nanctu's: nóta mala res óptumast.
Nam ego núnc si ignotam cápiam, quid agam nésciam.

CALLICLES.

Edepól proinde ut diu uíuitur, bene uíuitur.

MEGARONIDES.

Set hoc ánimum aduorte atque aúfer ridiculária:
Nam ego dédita opera huc ád te uenio.

CALLICLES.

Quíd uenis?

MEGARONIDES.

Malís te ut uerbis múltis multum obiúrgitem.

CALLICLES.

Men?

(nanque ***FK***) enim *libri*. neque enim *Pius, Acidalius*. Nunquam *Camerarius*. Enim *Bothius*. Nam equidem *Vollbehrius*   tu] TR (***A***)   crede *Acidalius*. crebro ***F***   me imprudentem ***R***, *ut Poen. prol. 14: cf. Trin. 974*. M•INPRUDRNTEM ***A***. mihi imprudenti (inprudenti ***CD***) *reliqui*   62. CA. *Acidalius. om. libri*   ne *libri (praeter* nae ***F***) *cum* ***A***: *et sic constanter, nisi ubi aliud testabimur*   hecle ***C***   haut nescias ***R***. HAVT • • SCIAS ***A***. haud ſciaſ *reliqui (fallitur enim Madrigius Opusc. acad. alt. p. 78.)* haud scies *Camerarius. Cf. Fleckeisenum in Schneidewini Philolog. II, p. 102 sqq.*   63. ME.] CA. ***EbFZ***   NANCTVS ***A***. mactuſ ***B***. nactuſ *reliqui, nisi quod* nactaſ ***K***   nota] nona ***H***   optumaſt ***BCDKZ***. optimaſt ***G***. optim ē ***H***. optuma eſt ***AF***. optima eſt ***E***   65. CA. ***DEaGH***, *Hermannus. om.* ***K*** *et cum spatio* ***C***. ME. ***EbFZ***   aedepol ***Z***   diu uiuitur, bene *Acidalius*. bene uiuitur, diu *libri cum* ***A***   66. ME. *Hermannus. om. libri*   adque ***C***   67. UENIO ***A***. aduenio *reliqui*   CA.] ME. ***DEaH***. CA. *reliqui: eaque personarum permutatio in* ***DEaH*** *(nisi ubi plane desunt notae personarum) pertinet usque ad v. 79*   68. ME. *om.* ***C***   ut te ***H***   OBIURGITEM ***A***, *Camerarius*. obuirgem ***C***. obiurgem *reliqui*

MEGARONIDES.

Númquis est hic álius praeter me átque te?

CALLICLES.

Nemóst.

MEGARONIDES.

Quid tu igitur rógitas, tene obiúrgitem?
Nisi tú me mihimet cénses dicturúm male.
Nam si ín te aegrotant ártes antiquaé tuae,
Aut sí demutant móres ingeniúm tuum,
[Neque eos antiquos seruas, ast captas nouos,]
Omníbus amicis mórbum tu incutiés grauem,
Vt té uidere audíreque aegrotí sient.

CALLICLES.

Qui in méntem uenit tíbi istaec dicta dícere?

---

69. nunquiſ *FG* preter *BCE* me atque te] me adte *C.* te atque me *KZ* 70. Nemo eſt *libri cum A* ME. *om. CEbFGZ* QUIDTU *A*. quid *reliqui* igitur? ME. rogitaſ *EbFZ*. *correxit iam Acidalius* OBIUR••EM *A* obiurgentem *B*. obuirgitem *C*. obiugitẽ *D* (r *above*) 71. TUMEMIHIMET *A*. tute (*vel* tu te) mihi me *reliqui, nisi quod* tute mihi cenſeſ me *H*. *Cf. Parerg. Pl. I, p. 515. 576.* 72. egrotant *BCDE* ARTESANTIQUAETUAE *A, Camerarius*. arteſ anii que tuac *B*. arteſaniiq' tuae *C*. arte ſaniiq' tuae *K*. arteſaniiq' tue *Ea*. arteſanij q' tuae *D*. arteſanieq' tuae *G*. arteſ aīq' tuae *H*. arteſ anniq' tui *EbF*, *et ita 'alibi legi' dicit Pius*. arteſ animi tui *Z* *Sequitur in libris integer versus aperte insiticius, quem om. A*: Sin immutare uiſ ingenium moribuſ. *ubi* Sine *K, Camerarius, Scaliger, Gronoviana* 74. *Vncis inclusi ut subditicium: vid. Parerg. I, p. 513 sqq.* SERUOS *A ut videtur*

75. TUINCULTIES (tu inculces?) *A*. tuincucieſ *B*. concutieſ *H* 76. ut te] uitte *Ea* audireq' *D* egroti *BCDE* ſient] ſciut (nt *above*) *K* 77. quid *Z*. qui *reliqui, Scioppius Susp. lect. II, 13* iſta ec *DG*. iſtec *E*

MEGARONIDES.

Quia omnís bonos bonásque adcurare áddecet,
Suspícionem et cúlpam ut ab se ségregent.

CALLICLES.

Non pótest utrumque fíeri.

MEGARONIDES.

Quaproptér?

CALLICLES.

Rogas?
Ne admíttam culpam, ego mĕo sum promus péctori:
Suspíciost in péctore alienó sita.
Nam núnc ego si te súrrupuisse súspicer
Iouí coronam dé capite ex Capitólio,
Qui in cólumine astat súmmo: si id non féceris,
Atque íd tamen mihi lúbeat suspicárier:
Qui tu íd prohibere mé potes ne súspicer?
Set istúc negoti cúpio scire quíd siet.

MEGARONIDES.

Habén tu amicum aut fámiliarem quémpiam,
Quoi péctus sapiat?

---

78. omniſ *libri*. omneſ *Gronoviana* accurare ***H***. adcurare *reliqui* 79. ſuſpitionem ***CGK*** uti ***K*** apſe ***B***. abſ ſe ***KZ*** 80. CA. *om.* ***CDG*** poteſt *libri cum* ***A***. potiſ *Bothius* utrunque ***FH*** ME.] *spatium* ***DG*** CA.] *spatium* ***D***
81. pronuſ ***H***. prontuſ ***K*** 82. ſuſpitio eſt ***K***. ſuſpicionem ***EH***. ſuſpicio eſt *reliqui cum* ***A*** aliena *Gronoviana* ſitam ***H***
83. SURRUPUISSE ***A***. ſubripuiſſe ***FG***. ſurripuiſſe *reliqui* 84. EX ***A***. *om.* ***K***. e *reliqui* 85. qui *Scaliger, Beckerus de com. Rom. fab. p. 40.* quod *libri cum* ***A*** COLUMINE ***A***. culmine *reliqui* adstat ***HK***. aſtat *reliqui cum* ***A*** 86. adque ***C*** iubeat ***C***
87. qui] quid ***KZ*** me]non ***H*** 88. iſtud ***DGHZ*** NEGOTI ***A***. negotii ***BCDG***. negocii ***EFHKZ*** CUPIOSCIRE ***A***. ſcire cupio *reliqui* QUIDSIET ***A***. quidquid eſt ***B***. quicquid eſt *reliqui* 89. ME.] *spatium* ***D***. 90. Quoi ***B***. cui *reliqui cum* ***A***

CALLICLES.

Édepol haut dicám dolo.
Sunt quós scio amicos ésse: sunt quos súspicor,
Set quórum ingenia atque ánimos nequeo nóscere:
[Ad amici partem an ad inimici perueniant:]
Set tu éx amicis cértis mi's certíssumus.
Si quíd scis me fecísse inscite aut ímprobe,
Si id nón me accusas, túte obiurgandú's.

MEGARONIDES.

Scio,
Et si ália huc causa ad te ádueni, aequom póstulas.

CALLICLES.

Expécto si quid dícas.

MEGARONIDES.

Primumdum ómnium,
Male díctitatur tíbi uolgo in sermónibus.

CA. *om.* ***CD*** aedepol ***Z*** aut ***H*** 91. AMICOSESSE ***A***. esse amicos *reliqui* suspcor (i) ***B***. suspicos (r) ***D***. suspicer ***F*** 92. set quorum ***R***. sunt quorum *libri cum* ***A***. quorum *Camerarius, Beckerus de com. Rom. fab. p. 7. Cf. Parerg. Pl. I, p. 520 sq. et praef. p.* XXIX *sq.* adque ***C***. ATQ' ***A*** animos nequeo noscere *Acidalius, Bentleius in Ter. Ad. III, 1, 10.* ANIMOSQ'ONOSCERE ***A***. animos non possum (possim ***Z***) noscere *reliqui* 93. *ex interpolatione irrepsisse docui Parerg. I, p. 517 sqq.* an ad] an ***K*** peruenant *Pareus.* peruenat ***B***. perueniat ***CDEaG***. perueniant *reliqui* 94. mi es *Dousa ms.* mihi es *libri* certissimus *libri* 95. QUIT ***A*** scis *om.* ***Z***. sis (e) ***K*** 96. non me *Hermannus.* me non *libri* tute obiurgandus *Bothius.* tute ipse obiurgandus es *libri.* tu ipse obiurgandu's *Scaliger, Hermannus* es scio *libri.* es. MEG. scio *Acidalius* 97. ME. et ***EbFZ*** alia huc *Camerarius.* huc alia *libri* equum ***BEG***. aequum *reliqui* 98. CA.} spatium ***D*** expecto, *non* exspecto *libri* ME. *om.* ***CDZ*** 99. dictatur ***G***. dictura ***H*** uolgo ***B***. uulgo *reliqui*

Turpílucricupidum té uocant ciués tui;
Tum autém sunt alii, quí te uolturiúm uocant:
Hostísne an ciuis cómedis, parui péndere.
Haec quom aúdio in te díci, discruciór miser.

CALLICLES.

Est átque non est mi ín manu, Megarónides:
Quin dícant, non est, mérito ut ne dicánt, id est.

MEGARONIDES.

Fuitne híc tibi amicus Chármides?

CALLICLES.

Est ét fuit.
Id ita ésse ut credas, rém tibi auctorém dabo.
Nam póstquam hic eius rém confregit fílius,
Vidétque ipse ad paupériem protractum ésse se,
Suámque filiam ésse adultam uírginem,
Simul éius matrem sŭamque uxorem mórtuam:
Quoniam hínc iturust ípsus in Seleúciam,

---

100. turpi lucricupidum ***B***. turpilucri cupidum ***DZ*** 101. tum] tu ***BCDG*** uulturium *libri* 102. hostisne an ciuis *libri omnes* comedes ***B*** 103. hec ***BE*** dici discrucior ***B***, *Kampmannus de AB praepos. (Vratisl. a. 1842) p. 19, Fleckeisenus Exerc. Plaut. p. 13.* dicis excrucior ***BEGK***. dicis excrutior ***CD***. dici excrucior ***FHZ*** 104. CA.] *spatium* ***D*** mihi *libri* mecaronides ***G*** 105. *affert Donatus in Ter. Hec. IV, 2, 4* *Vacuum spatium ab initio* ***C*** qui ***K*** id est ME. fuit ne ***EbFZ***. id ē fuit ne ***BCDG***. ME. idem fuitne ***EaK***. me ibidem ME. fuitne ***H***. carmides ***H*** CA.] *spatium* ***D*** 109. ipse] filium ***H***. pauperiem ***B***. paupertatem *libri*. ipse *delebat Scaliger* prostractum ***B*** 112. Qm̄ ***BDG*** hic ***K*** iturust ipsus *Hermannus*. iturūst ipse ***B***. iturumst ipse ***DEaGK***. iturum est ipse ***C***. iturust ipse ***Z***. iturus est ipse ***FEb***. iturūst hinc ipse ***H***. iturus ipse est *Bothius* Seleuciam *Camerarius*. seleutiam ***B***. seleuticam *reliqui*

Mihi cómmendauit uírginem gnatám suam
Et rém suam omnem et illúm corrumptum filium.
Haec, sí mi inimicus ésset, credo haut créderet.

MEGARONIDES.

Quid tu ádulescentem, quém esse corrumptúm uides,
Qui tŭae mandatus ést fide et fidúciae,
Quin ĕum restituis? quín ad frugem cónrigis?
Ei rei ópcram dare te fúerat aliquanto aéquius,
Si quí probiorem fácere posses, nón uti
In eándem tute accéderes infámiam,
Malúmque ut eius cúm tuo miscerés malo.

CALLICLES.

Quid féci?

MEGARONIDES.

Quod homo néquam.

CALLICLES.

Non istúc meumst.

---

114. ſuā *supra versum* **D** corrumptum] corrūtum **B**. corruptum *reliqui: vide ad v. 116.* corruptum illum *transposuit Bothius* 115. Haec ſi mihi **B**. hic ſi *reliqui* haut **B**. haud *reliqui* 116. ME *om.* **CDEaG** adoleſcentem **EF** Quid tu? adulescentem quom *Bothius* corrumptum] corruptum **FHZ**. coruptū **E**. corruitū **CDG**. coruitum **K**. corruuū **B**. *Quae vestigia omnia apparet ad* corrumtum *scripturam spectare* 117. Qui· **B** tue **E** fide **B**. fidei *reliqui* fiducie **E** 118. reſtuiſ **DG**. reſtiuſ [tu] **K**. reſtitueſ **Ea** conrigiſ **BC**. cōrigiſ **D**. corrigiſ *reliqui* 119. fuerat *om.* **H** aequuſ **C**. equuſ **EaG**. equiuſ **EbZ** 120. propiorem **K** posses *Hermannus.* poſſiſ *libri* 122. maluque **G**. malcūq' **Ha** male **K** 123. *pro personarum notis spatia* **D** meum eſt *libri*

MEGARONIDES.

Emistin de adulescénte has aedis? quíd taces?
Vbi núnc tute habitas.

CALLICLES.

Émi atque argentúm dedi,
Minás quadraginta, ádulescenti ipsi ín manum.

MEGARONIDES.

Dedísti argentum?

CALLICLES.

Fáctum, neque factí piget.

MEGARONIDES.

Edepól fide adulescéntem mandatúm malae.
Dedístine hoc ei gládium, qui se occíderet?
Quid séctiust [nam, te óbsecro,] dare te ín manus

---

124. ME. *om.* *CD* hemiſtin *CDEG*. hemriſtin *Ka* adoleſcente *libri omnes* edeſ *E*. aedaeſ *C*. aedeſ *reliqui* 125. habitas *sine interrogatione primus Taubmannus*. abitaſ *K* CA. *om.* *CD* adque *C* agentũ *D* didi *DEaG* 126. quaraginta *B* aduleſcenti *BCZ*. adoleſcenti *reliqui* *Megaronidi haec:* Adulescenti ipsi in manum dedisti argentum, *tribuit Meierus Prooem. schol. Hal. aest. a. 1845 p. IV* 127. ME.] *spatium* *D* dedisti *Camerarius*. dediſtin *libri*. dediſtine *Hermannus* CA. *om.* *DG* 128. ME. *om.* *CD* aedepol *FZ* fideli *F*. fidei *reliqui* aduleſcentem *BC*. adoleſcentem *reliqui* male *CDE* 129. hoc *Bothius*. hoc facto *BCDEaGK*. hoc pacto *EbFHZ* gradium *Ea* 130. CA. *praemittit* *H*, *spatium* *DE* Quid sectiust nam, te obsecro, dare te in manus *B*. Quid ſecutuſ eſt aut quid intereſt dare te in manuſ *libri, nisi quod* ſecuſ *pro* ſecutuſ *EbFHZ*. *In hoc non est dubium quin lateat* ſectiuſ *h. e. teste Gellio XVIII, 9* sectius: *atque* sequius *volebat Rittershusius. Apertum autem interpretamentum sunt* aut quid interest: *quorum loco aliquid posuimus, quod per se non ineptum esset. Licebat etiam* Quid sectiust, [dare gladium, quam] dare te in manus

Argéntum amanti homini áduleseenti, animi ímpoti,
Qui exaédificaret suam ínchoatam ignáuiam?

CALLICLES.

Non égo illi argentum rédderem?

MEGARONIDES.

Non rédderes,
Neque dé illo quicquam néque emeres neque uénderes,
Nec, quí deterior ésset, faceres cópiam.
Incónciliastin' ĕum, qui mandatúst tibi?
Ille quí mandauit, cum éxturbasti ex aédibus?
Edepól mandatum púlchre et curatúm probe.
Credo huíc tutelam: sŭam rem melius gésserit.

CALLICLES.

Subigís maledictis mé tuis, Megarónides,
Novó modo adeo ut, quód meae concréditumst

---

131. hominiſ *Ca* adulefcenti *CH*. adulefcentia *B*. adolefcenti *reliqui* impoti *Z*. āpoti *Ba*, l. impoti *Bb manu vix recentiore*. iampoti *CEaK*. iā potj *D*. iam perditi *EbF*. iam potenti *G* 132. incoactam *H* ignauiam *EbFZ*. ignauium *BC*. ignituium *DEaG*. ignitium *HK* 133. CA.] *spatium D* reddere *CDGK* ME.] *spatium D* 134. redercf *G* 136. inconciliafti *BbF*. inconciliaftin *reliqui*. inconciliaftine *Hermannus*. inconciliasti in *Scaliger*. *Huc spectare credunt Festum Paulli p. 107 M.* mandatuſ eſt *EbF* 137. illi *B*. illum *EbFZ* edibuſ *DEG* 138. *vacuum spatium ab initio CEG* aedepol *FZ*. 139. tutelam *Scaliger*, *Gulielmus Quaest. Pl. in Trin. c. 3, Bergkius in Zimmermanni Diar. antiqu. stud. a. 1834 p. 1006.* tute iam *vel* tu te iam *libri* ſuam *BCDEaGHKZ*. tuam *EbF*, '*prisca exemplaria*' *Pii, Lambinus* rem melius *Hermannus*. meliuſ rem *libri* geſſerat *C*. gesseris *Lambinus* 140. megoranideſ *H* 141. CA.] *spatium D* ut *om. Bothius* quod meae *EbFZ*. quomeae *B*. cū aeę *C*. cū aee *DEaK*. cū ęe ē *G*. cū ee *H* concreditum est *Camerarius*. concreditum ſim *B*. concredituſ Sim *CDEaH*. cum creditur Sin *K*. creditus ſim *G*. concreditum ſit *EbFZ*

Tacitúrnitati clám, fide et fidúciae,
Ne enúntiarem quoíquam neu facerém palam,
Vt míhi necesse sít iam id tibi concrédere.

MEGARONIDES.

Mihi quód credideris, súmes ubi posíueris.

CALLICLES.

Circúmspicedum te, né quis adsit árbiter
Nobís, et quaeso idéntidem circúmspice.

MEGARONIDES.

Auscúlto si quid dícas.

CALLICLES.

Si taceás, loquar.
Quoniám profectus hínc est peregre Chármides,
Theusaúrum demonstráuit mihi in hisce aédibus,
Hic ín conclaui quódam. set circúmspice.

MEGARONIDES.

Nemóst.

---

142. tatinurnitati *C* fidei *libri* 143. enunciarem *BHK*. enuntiare *F* quoiquam *B*. cuiquam *reliqui nisi quod* tibi cuiquam *D* facērē *D* 144. ut *libri*. ubi *Camerarius: unde* uti *Dousa ms., Gronoviana* 145. ME. *om. CD* *Post* Mihi *spatium e rasura ortum B* pofiuerif *B*. pofuerif *reliqui* 146. CA.] *spatium D* circunfpice *hic et in proximis G* adfit, *non* affit, *libri* arbitrer *F* 147. identidem *EbFG*. identi dem *B*. itidentidem *CDb*. itidendidem *DaEa*. itidem idem *Z*. idem et idem *H*. idem idem *K* 148. ME. *om. CD* fi quid *usque ad* circumspice *(v. 151) K habet in margine scripta* CA.] *spatium D* 149. Quoniam profectus hinc est *Bothius*. Quoniam (Qm̃ *B*) hinc eft profectuf *libri*. Nam quoniam hinc est profectus *Hermannus*. Quoniam hinc est profecturus *Scaliger* peregere *Z* charmedef *C*. *om. K* 150. theusaurum *BCDEaG*. thefaurum *reliqui* demonftrauit mihi in hifce *B*. mihi demonftrauit in hifce *reliqui*. in hisce demonstrauit mi *Hermannus* edibuf *DE*. 151. circum ifpice *B* 152. Me. *om. D* Nemoft *B*. nemo eft *reliqui*

CALLICLES.

Nummorum Phílippeum ad tria mília.
Id sólus solum pér amicitiam et pér fidem
Flens me óbsecrauit sŭo ne gnato créderem,
Neu quoíquam, unde ad eum id pósset permanáscere.
Nunc si ílle huc saluos révenit, reddam sŭum sibi:
Si quíd eo fuerit, cérte illius fíliae,
Quae míhi mandatast, hábeo dotem olim úndo dem,
Vt eam ín se dignam cóndicionem cónlocem.

MEGARONIDES.

Pro di ímmortales, uérbis paucis quám cito
Aliúm fecisti me: álius ad te uéneram.
Set ut óccepisti, pérge porro próloqui.

CALLICLES.

Quid tíbi ego dicam? qui íllius sapiéntiam
Et mĕam fidelitátem et celata ómnia
Paene ílle ignauos fúnditus pessúmdedit.

MEGARONIDES.

Quidúm?

CA.] *spatium* ***D*** numorum ***HKZ*** attria ***B*** millia ***B***. milia *reliqui* 153. ſolum] ſum ***F***. *om.* ***H*** amiciciam ***BFGH*** per *om.* ***F*** 155. neu *Hermannus*. neue *libri* quo iquam ***B***. cuiquam *reliqui* undȩ ***C*** permanaſcere ***BEbZ***. permaneſcere *reliqui* 156. nunc] non ***E***. nam ***FH*** ſaluſ ***K*** reuenit] redierit ***F*** 157. certe *Bothius*. certo *libri* 158. mandata est *Camerarius*. mandata ſi *libri* dotem olim ***K***. dote~m ***B***. dotem *reliqui*. dotem illi *Hermannus* 159. ut] et ***K*** condicionem ***B***. condictionem ***H***. conditionem *reliqui* collocem ***H***. conlocem *reliqui* 160. ME.] *spatium* ***D*** proh ***EHK*** dii ***BFH*** 161. ad te ***FZ***. ate *reliqui* ueueram ***Z*** 162. occipiſti ***B*** 163. CA.] *spatium* ***D*** sapientia Et mea fidelitate celata omnia *Salmasius* 164. fidelitatem noſti et ***H*** 165. poene ***B***. pene ***CDEZ*** ſpeſſum dedit ***B***. peſſundedit ***FGHK***

CALLICLES.

Quia, ruri dúm sum ego unos séx dies,
Me apséute atque insciéute, inconsultú meo,
Aedís uenalis hásce inscribit lítteris.

MEGARONIDES.

Adésuriuit ét inhiauit ácrius
Lupus: óbseruauit, dúm dormitarét canes:
Gregem úniuorsum uóluit totum auórtere.

CALLICLES.

Fecísset edepol, ni haéc praesensissét canes.
Set núnc rogare hoc égo uicissim té uolo:
Quid fúit officium mĕum me facere, fác sciam.

---

166 ME.] *spatium* ***D*** CA. *om.* ***CD*** ruri *Nonius p. 525.* rure *libri* ſum *om.* ***R*** unoſex ***C*** *(cum rasura)* ***DEaGK***. ĩmo me ſex ***H*** 167. me *om.* ***H*** apſente ***B***. abſerate ***Ea***. abſente *reliqui* atque] at ***Da*** inconsulto *Nonius* 168. *personae spatium* ***CDEK*** aediſ uenaliſ *Nonius.* aedeſ uenaliſ ***B***. edeſ uenaleſ ***EZ***. aedeſ uenaleſ *reliqui* iuſcribſit *Nonius.* conſcribit ***EFH***, *'quidam libri veteres' Lambini, qui alios dicit* proscribit *legere.* ſcribit *Dousa ms.* literiſ ***FH***

169. *ME. om.* ***CDEFZ*** adeſuriuit et ***R***. adeſuriuit magiſ et *libri.* adesuriuit mage *Hermannus.* adesuriuit mage et *Bothius* inebuiauit ***Ca***. inebriauit ***CbDa*** 170. *ante* lupuſ *vacuum spatium* ***CEGHK*** adſeruauit ***F*** obseruauit: dum *disiunxit Hermannus, iungens* canes, gregem dormitaret *Lambinus, Dousa ms.* dormitarent *libri* 171. uniuerſum *libri.* uniuersim *Bothius* uouit ***C*** totum *libri praeter* tecum ***Z***: *unde* secum *Saracenus, Acidalius.* totum *defendit Scioppius Susp. lect. V, 13, Spengelius in Seebodii Nov. horr. philol. et paed. III (a. 1828), 4, p. 104, Doederlinus Synon. IV, p. 358* auertere *libri* 172. CA.] *spatium* ***DE***. *om.* ***FZ*** aedepol ***FZ*** haec *om.* ***H*** praeſenſiſſet ***ABCGH***. praeſenſiſet ***C***. praeſenſiſſent ***EFHZ*** CANIS ***A*** *ut videtur* 173. nunc *om.* ***H*** rogare] orare ***C***

hoc *Hermannus. om. libri cum* ***A*** vicissatim *Scaliger, Bothius* 174. fit ***H*** FAC ***A***, *Hermannus.* face *reliqui, nisi quod* face ut ***H***

Vtrum índicare me ĕi thensaurum aequóm fuit,
Aduórsum quam eius me ópsecravissét pater?
An ego álium dominum páterer fieri his aédibus?
Qui emísset, eius éssetne ea pecúnia?
Emi égomet potius aédis: argentúm dedi
Thensaúri causa, ut sáluom amico tráderem.
Neque ádeo hasce emi míhi neque usuraé meae:
Illí redemi rúsum, a me argentúm dedi.
Haec, síue recte seú peruorse fácta sunt,
Ego mé fecisse cónfiteor, Megarónides.
En mĕa malefacta, meam én auaritiám tibi.
Hascíne propter res míhi malas famás ferunt?

---

175. Virum *B* idicare *C* ei] er *C* theſaurum *DaFHZ*. tenſaurum *Ea*. thenſaurum *A*, *reliqui* EQUM *A*. equum *E* 176. Aduerſum *libri cum A* quam *ABCDEaGHK*. quod *EbFZ*, *Acidalius et* me eius *transponens Hermannus* opſecrauiſſet *BC*. obſeruauiſſet *H*. obſecrauiſſet *reliqui* 177. HISAEDIBUS *A*. hiſcaedibuſ *C*. hiscedibuſ *EaG*. hiſce aedibuſ *reliqui*

178. eiuſneſſetne *D* 179. aediſ *libri omnes* 180. theſauri *FGHZ*. theuſauri *A cum reliquis* ſaluom *B*. ſaluum *A cum reliquis* 181. HASCEMI *A* USSURAE *A ut videtur*. uſure *EF* mee *EF*. me *H* 182. redimi *F* ruſum *R*. ruſ-ſum *BCDEaK* (*et D quidem* redemir' ſum, *EaK* redemiruſ ſum). rurſum *EbFGHZ* 183. Haec siue recte *R Parerg. Pl. I, p. 515*. Haec (Hec *E*) ſunt ſeu recte *libri*, *nisi quod* SI *pro* ſeu *A*, recte *CD*. Haec ſeu ſunt recta *Bothius* PERUORSAE *A*. peruerſe *C*. peruorſe *reliqui* 184. Ego me *Lambinus*, *Dousa ms.*, *et ut videtur A*. e[go]met *D*. egomet *reliqui*. Quae ego me *Lomanus p. 73*

185. En *Hermannus*. Em *B*. hem *reliqui* mea] mea tibi *Hermannus* malafacta *C* meam en *R*. em meam *B*. hem meam *reliqui*. *Nisi praestat* auaritiam en meam tibi: *praesertim cum non liqueat, utrum in A sit* MEAMAUARITIAM *an* AUARITIAM MEAM auariciam *F* 186. *ante* haſcine *personae spatium DEGK* Hascine propter *Pareus, Hermannus*. Haſcine (Naſcine *BF*) me propter libri: *de A non satis liquet* res mihi malas famas ferunt *R*. RESMALASFAMASFERUNT *A*. reſ maledictaſ famaſ ferunt

MEGARONIDES.

Pausá: uicisti cástigatorém tuum.
Occlústi linguam: níhil est quod respóndeam.

CALLICLES.

Nunc égo te quaeso, ut me ópera et consilió iuues,
Commúnicesque hanc mécum meam prouínciam.

MEGARONIDES.

Pollíceor operam.

CALLICLES.

Ergo úbi eris paulo póst?

MEGARONIDES.

Domi.

CALLICLES.

Numquíd vis?

MEGARONIDES.

Cures tŭam fidem.

---

reliqui, etiam Leidensis Gronovii. res maledicta differunt *Camerarius.* res maledictis differunt *Dousa Pl. Explan. IV, 22. Alia Scioppius Susp. lect. V, 13, Gronovius Observ. IV, 3.* res maledicas famas ferunt *Salmasius, Hermannus, et cum Pareo* serunt *proponens Bothius* 187. ME.] *spatium* ***D*** uicisti] insisti ***Z*** gatorem ***B***, casti ***B*** *marg.* 188. occlusti ***ABCEbK***. oclusti ***Db***. occlusisti ***FZ***. occidisti ***DaEaGH*** QUOD ***A***. qui *reliqui* 189. CA.] *spatium* ***D*** te *supr. scr.* ***D*** queso ***DH*** mea ***F*** uiues ***EFG*** 190. tecum meam *nescio unde Lambinus, qui veteres libros nonnullos ait habere* meum mecam prouintiam ***C*** 191. ME.] *spatium* ***D***, *usque ad finem huius scenae personarum notis carens omnibus* policeor ***F*** CA. *Camerarius. om. libri* paulo post? ME. domi *Camerarius.* paulo post domi *libri praeter* ***H***. paulo post? CA. domi ***H***, *Angelius.* ME. paulo post domi? *Scaliger* 192. CA. *om.* ***CHK*** Numquid ***AC***. Nunquid *vel* nūquid *reliqui* uis] me uis ***H*** cures ***AHZ***. cur ē ***B***. curest ***CDEaGK***. cura ***EbF*** CA. *om.* ***K***

CALLICLES.

Fit sédulo.

MEGARONIDES.

Set quíd ais?

CALLICLES.

Quid uis?

MEGARONIDES.

'Vbi nunc adulescéns habet?

CALLICLES.

Postículum hoc recépit, quom aedis uéndidit.

MEGARONIDES.

Istúc uolebam scíre. i sane núnc iam.
Set quíd ais, quid nunc uírgo? nempe aput tést?

CALLICLES.

Itast,
Iuxtáque eam curo cúm mea.

MEGARONIDES.

Recté facis.

---

fiet *AEbFH*. fit *reliqui* 193. Me. *om.* *CEaHK* CA. *om.* *C*. ME. *H*, *qui in hac personarum permutatione pergit usque ad v. 199* adolescens *FH*. adulescens *reliqui cum A* habet] abiit *EaH* 194. quom *B*. cum *A cum reliquis* aedes *H*. edis *E* uenderet *Nonius p. 384*, *sed* uendidit *idem p. 54 et Gellius XVII, 6* 195. uolebat *B*. uolebatn *C* nunciam *BCDE* 196. quid nunc virgo? nempe *Megaronidi continuant A (in quo etsi personarum notae nullae perscriptae sunt, tamen in mediis versibus binarum semper litterarum spatia relicta sunt) BCD (in quo* nēpe *sup. scr.) EaGHK, Bothius.* CA. quid? ME. nunc uirgo nempe *EbFZ*. CA. quid nunc? ME. uirgo nempe *Acidalius* APVT *A*. apud *reliqui* te est *libri cum A* CA. *om.* *CG* ITAST *A*. ita es *BCK*. ita ēs *DEG*. ita est *FHZ*
197. *affert Nonius p. 322* mea] ea *F* 198. CA. *om.* *CEaGK*

CALLICLES.

Numquíd, priusquam abeo, mé rogaturú's?

MEGARONIDES.

Vale.

Nihil ést profecto stúltius neque stólidius,
Mendáciloquius níl neque adeo argútius,
Neque cónfidentilóquius neque periúrius,
Quam urbáni adsidui cíues, quos scurrás uocant.
Atque égomet me adeo cúm illis una ibidém traho:
Qui illórum uerbis fálsis acceptór fui,
Qui omnía se simulant scíre neque quicquám sciunt.
Quod quísque in animo aut hábet aut habiturúst, sciunt:
Sciúnt, quid in aurem réx reginae díxerit:
Sciúnt, quod Iuno fábulatast cúm Ioue:
Quae néque sunt neque futúra sunt, illí sciunt.

NUMQUIT *A*. num *reliqui* rogaturuſ *libri cum A*, *praeter* rogitaturuſ *Z* 199. stultius]ſtulticiuſ *B* neque ſtolidiuſ *usque ad* argutum magiſ *post* aſſidui *collocat H* 200. Mendaciloquius nil *R*. neque mendaciloquiuſ *libri cum A* neque adeo argutius *R*. NEQUEADEOARGUTUMMAGIS *A*. neque argutum magiſ *reliqui* 202. urb[a]ani *B* adſidui *AB*. aſſidui *reliqui* QUOSCURRAS *A* 203. adque *C* ego [met] me *D*. ego me me *EFK* 205. ſeſe ſcire ſimulabant *H*. ſe ſimulant ſimulant ſcire *K* NEQ QUICQUAM *A*. neque quicquam *F*. nequicquam *B*. nec quicquam *reliqui* 206. *om. K* quisque] quiſ *H* aut habet *R*. habet *libri cum A* HABITURUST *A*, *B m. rec.*, *Bentleius sched. de metr. Ter. p. XVIII ed. Lips.* habituruſ *BaH*. habitaturi *CDEG*. habituri *FZ*. habiturus est *Camerarius* ſunt *Z* 207. *om. H* Sciunt quid *Hermannus*. ſciunt id quod *libri*, *nisi quod* garrire id quod *F*. sciunt quod *Guyetus*, *Bentleius* 208. Sciunt quod] ITEMSCIUNTIDQUOD *A*. quod *H*. Sciunt quid *Bothius* Iuno] Time *H* fabulata ſi *BCDGK*. fabulata ſit *Z*. fabulata eſt *reliqui* 209. Quae neque sunt neque futura sunt, illi *R*. QUAENEQUEFUTURANEQUESUNTTAMENILLI *A*, *Bentleius*. Quae neque futura neque

Falsón' an uero laúdent, culpent quém uelint,
Non flócci faciunt, dúm illut, quod lubeát, sciant.
Omnés mortales húnc aiebant Cálliclem
Indígnum ciuitáte ac sese uíuere,
Bonís qui hunc adulescéntem euortissét suis.
Ego de ĕorum uerbis fámigeratorum ínsciens
Prosílui amicum cástigatum innóxium.
Quodsi éxquiratur úsque ab stirpe auctóritas,
Vndé quid auditum dícant: nisi id appáreat,
Famígeratori rés sit cum dąmpno ét malo:
Hoc íta si fiat, público fiát bono.
Paucí sint faxim, quí sciant quod nésciunt,
Occlúsioremque hábeant stultiloquéntiam.

---

facta ſunt tamen illi *reliqui libri, nisi quod* facta *post* illi *iterat* ***H***. Neque facta neque futura tamen illi *Hermannus* 210. falſon an ***B***. falſo an ***F***. falso nam *reliqui* 211. floci ***HK*** • UBEANT ***A*** 212. omneſ mortaleſ ***EbH***. omniſ mortaliſ ***BCDEaGKZ***. omniſ mortaleſ ***F*** nunc hunc aibant *Hermannus* callidem ***FH*** 213. ciuitate] cuntare ***H*** ac ſeſe *Gulielmus Verisim. I, 24*. hac eſſet ***BCDEaG***. hac eſſe ***EbFZ***. hac esse et (***HK***?) *Taubmannus*. hac et se *Acidalius, Hermannus. In* ***A*** *visum est* HAEC *apparere* 214. BONISQUE ***A*** adoleſcentem *libri praeter* ***AB*** EUORTISSEOMNIBUS ***A***. euertiſſet ſuiſ *reliqui* 215. de eorum uerbiſ ***B***. DEORUMUERBIS ***A***. de uerbiſ eorum ***CDEGKZ***. de uerbiſ ***H***. de uerbiſ illorum ***F*** famigeneratorum ***C*** INSCIENS ***A***. inſciuſ *reliqui* 217. EX • QU • RATUR ***A*** ubſque ***K*** apſtirpe ***R*** 218. quid *Scaliger*. QUIDQUID ***A***. quicquid *reliqui*. quidque *Acidalius* 219. famigeratori res *Gulielmus Quaest. in Trin. c. 1, Scaliger: et sic* ***A*** *ut videtur*. famigerator ire ***BDEaGK***. famigenerator ire ***C***. famigerator ne ***EbFZ***. famigeratoris res *Acidalius* dampno ***C***. damno *reliqui* 220. bono] bo ***C*** 221. pauci sint faxim *Camerarius*. pauciſ ini ſaxim ***BCDGK***. pauciſ ini ***Ea***. pauciſſimi ***H***. pauciſſimi ſaxim ***EbFZ*** 222. occluſiorem habeant ***H*** ſtultiloquentiam lyſiteleſ ***BCD***

ACTVS II.

LYSITELES.

Multás res simítu in meó corde uórso,
Multum ín cogitándo dolórem indipíscor.
Egomét me coquo ét macero ét defetígo:
Magíster mihi éxercitór animus núnc est.
Set hóc non liquét nec satís cogitátumst,
Vtrám potius hárum mihi ártem expetéssam,
Vtram aétati agúndae arbitrér firmiórem:

Act. II. Scen. 1. LYSITELES ***A***. LISITELES ADOL ***D***. Lyſitelеſ adol' ***Z***. LISITELES ADOLESCENS ***E***. Lyſitеleſ adoleſcenſ ***F***. LISIT it ADVLESCENTES ***C***. *om.* ***B*** *De versuum distinctione, qualem libri praebeant, dictum est in praefatione. Ab Hermanno, quibusdam in partibus etiam a Bothio, tantum suscepimus quantum videretur recte descriptum esse* 223. Multa ***B*** ſimitu ***AB***. ſimileſ ***CD***. ſimuleſ ***Ea***. ſimul ***EbEZ*** CORDEMEO ***A*** uerſo ***F*** 224. MVLTA ***A*** INDISPICOR ***A***. indiſpiſcor ***Da*** 225. Egomet me coquo ***ABEa***. egomet me coquo quo ***CD***. egomet me concoquo ***EbFZ***. ego me et concoquo *Hermannus* defecigo ***Ba***. defectigo ***CDEa***. 226. exercitorque *Hermannus, qui vitandae diastoles caussa potuerat* exercitor nunc est animus NVNC ***A***. hunc ***BCDEa***. hinc ***Z***. hic ***EbF*** 227. nec ***(A)EFZ***. neque ***BCD*** COGITATUMEST ***(A.)*** cogitatum ſi *reliqui* 228. ueram ***FZ*** artem] partem *Acidalius* 229. Vtrainaetati ***B*** etati ***E*** agunde ***DE*** arbitreſ ***B***

Amórin me an réi opsequí potius par sit:
Vtra ín parte plús sit uolúptatis uítae.
[Ad aetatem agundam.]
De hac ré mihi satis haú liquet: nisi hóc sic faciam, opínor,
Vt utrámque rem simul éxputem, iudéx sim reusque ad ĕam rem.
Ita fáciam: ita placét.
'Omnium primum amóris arteis, quemádmodum expediant, éloquar.
Númquam amor quemquám nisi cupidum póstulat se hominem ín plagas
Cónicere: eos petit, ĕos sectatur, súbdole ab re cónsulit:

---

230. amorin me an ***CD***. amor in me an ***B***. amori in me an ***E***. amori ne an ***FZ***. amórine me án *Hermannus* opſequi ***B***. obſequi *reliqui* parſ ***DE*** SIT ***A***, *Hermannus*. ſiet *reliqui* *Ceterum nescio an rationi convenientius hic versus aut ante v. 229 aut post v. 231 legatur* 231. utram ***C*** sit uoluptatis *Hermannus*. UOLUPTATIS ***A***. uoluptati ſit *reliqui*. uoluptatis sit *Angelius* 232. adetate agunda ***B***. *Non dubito quin e glossemate irrepserint, etiam in A* 233. *transponendum fortasse* mihi hau satis HAU ***A*** *ut videtur*. haud *reliqui* SIC ***A*** *ut videtur*, *Pius*. ſi *reliqui libri* 234. UTUTRAMQUE ***A***. utramque ***BCDE***. utranque ***F***. *om*. ***Z*** rem *om*. ***Z***. *Primus* utramque rem *addidit Angelius* ſim re Vſque ***CDEF***. ſim reuſ Quę ***Z*** 235. faciam ita] faciam ut ***F*** 236. ART • • S ***A*** (*h. e.* ARTEIS). arteſ ***F***. artiſ *reliqui* quemadmodum expediant eloquar ***R***, *Lindemannus*. ELOQUARQUEMADMODUMSEEXPEDIANT ***A***. eloquar quemadmodum expediant *reliqui*. (expetant *Palmerius Spicil. p. 762*) 237. nunquam ***ABC***. nunquam ***EFZ*** quemquam ***AC***. quenquam ***BF*** postulat se hominem ***R***. hominem poſtulat ſe *libri cum A* 238. coniicere ***F***. conicere *reliqui cum A* PETIT • O • SECTATUR ***A***, *quod potius* EOS *quam* CON *interpretor*. cupit eoſ conſectatur *reliqui*. *Rectius fortasse* petit, sectatur *scribetur* ſubdole ***R***. ſubdole blanditur *libri cum A e glossemate* ab] ob ***B***

Blandíloquentulúst, harpagó, mendax, cúppes,
Despóliator, látebricolarum hóminum corrúmptor,
Celátum indagátor.
Nám qui amat, quod amát, quom extemplo eius sáuiis
percúlsus est,
'Ilico rés foras lábitur, líquitur.
'Dá mihi hoc, mél meum, sí me amas, si aúdes.'
'Atque ibi ille cucúlus: 'o océlle mi, fíat:
Ét istuc, et si ámplius uís dari, dábitur.'

---

239 *sqq. sic scriptos* ***B*** habet:

Blandiloquentuluſ harpago mendax
Cuppeſ auaruſ eliganſ deſpoliator
Latebricolarum hominum corruptor
Blanduſ inopſ celatũ indagator

A quo exemplo in singulis non discrepant reliqui, nisi quod eleganſ *omnes,* CORRUMPTOR ***A****,* cẹlatũ ***CD****,* celati ***EbFZ*** *(de* ***A*** *non liquet.) Glossemata esse* auaruſ, eleganſ, blanduſ, inopſ *vidit Hermannus praef. p. XI: quo praeeunte bacchiacos descripsimus. Quanquam dubitari potest num continuandi sint trochaici:*

Blándiloquentulus, méndax, cuppes, déspoliator, hárpago,
Látebricolarum hominúm corruptor, célatum indagátor est.

242. NAMQUIAMATQUODAMAT ***A***. nam quã ad quod damat ***B***. namq' ad quod clamat ***C***. nã quã ad quod clamat ***DEZ***. nec quenquam Adclamat ***F***. nam quum quis clam amat *Saracenus.* nam qui ab eo quod amat *Camerarius* quom *Bothius.* quem ***F***. quam *reliqui cum* ***A*** eius ***B***. *om. libri* SAUIISPERCULSUSEST ***A***. ſauiſ ſagittatiſ percuſſuſt ***B***. ſauiſ ſagittatiſ percuſſuſ eſt ***CDEa***. ſuiſ ſagittiſ percuſſuſ eſt ***EbF***. ſeuiſ ſagittiſ percuſſuſ eſt ***Z***. savi sagittis percussust *pereleganter Hermannus* 243. Ilico ***ACDEFZ***. illico ***B*** foreſ ***Ea*** dabitur ***D*** loquitur ***F*** 244—251 *creticos catalecticos descripsit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 212 (Epitom. p. 77 ed. II): mihi 247—249 dimetri trochaici visi* *Pro* si me amas si audes *in* ***A*** *apparet* SIMEAUDESS *(reliqua legi nequeunt) h. e.* si me audes si me amas *ut videtur* audeſ ***BCDEa***. audiſ ***EbFZ****, Hermannus* 245. Atque ibi ***B***. ABI ***A***. Ibi *reliqui.* Ibi tum *Hermannus. An* at ibi? o ocelle *Lindemannus.* ocelle ***AFZ***. occelle ***BCDE***. hem ocelle *Hermannus*

'Ibi illa pendentém ferit.
Iam ámplius orat: nón satis
'Id malist, ni etiam ámpliust,
Quód bibit, quód comest, quód facit súmpti.
Nóx datur: dúcitur fámilia ei tóta,
Véstiplica, unctor, aúri custos, flábelliferae, sándaligerulae,
Cántrices, cistéllatrices, núntii, renúntii,
Raptóres panis ét peni.
Fit ípse, dum illis cómis est,
Inóps amator. haéc ego
Quom agó cum meo ánimo, et quom récolo, ubi qui egét,

---

247. Ibi illa ***BCDZ***. IBIILLAM ***A***. ab illa ***Ea***. ad illa ***Eb***. ad illam ***F***. Ibi *Hermannus, sic creticos continuans:*

'Ibi pendentém ferit: iam ámplius órat:
Nón satis id ést mali, ni ámpliust étiam.

248. SATIS ***A***. ſat *reliqui* 249. id malist ***R***. id eſt mali *libri* ETIAMAMPLIUS ***A*** *ut videtur*. ampliuſ etiam *reliqui* 250. *inter* etiam *et* quod *vacuum spatium* ***C*** quod bibit ***EbFZ***. QUODEB·BIT ***A***. quo debebit ***BCDEa***. quod ebibit *Nonius p. 484, Camerarius, etiam Bentleius in Ter. Eun. V, 8, 57*. quod et bibit *Nonius p. 81* SUMPTUI ***A*** 251. familia ei ***R***. familia *libri cum* ***A*** 252. Vestiplica ***R***. UESTISPICA ***A***. ueſtiſplice ***BC***. ueſtiplice ***DE***. ueſtiſpici ***F***, *Nonius p. 12*. ueſtiſpicii ***Z***. ueſtiplici *Aldus*. ueſtiſpicae *Camerarius* uncto ***C*** flabellifere ***BCZ***. fabellifere ***DaEa*** ſcandaligerulae ***C***. ſcandaligerule ***E*** 253. nuntii renuntii ***AEF***. nuncii renuntij ***D***. nuncii renuncii ***BCZ*** 254. *Pro his dimetris iambicis trochaicum septenarium cum bacchiaca clausula Hermannus:*

Pánis et peni raptores: ipse, dum illis cómis est,
Inóps fit amátor.

heo ***EF*** 257. cum ago cum meo animo et recolo *libri, nisi quod* et *om.* ***Z***, rectilo *habet* ***B***. *In* ***A*** *ab initio apparet* QUOM: *reliqua satis discrepare videntur, sed legi non potuerunt, nisi quod extrema ad* REPUTO *propius accedunt quam ad* RECOLO. *Interim duos catalecticos posui, sed quos exspectare emendationem putem*

Pretí quam sit párvi: apage amór, non placés:
Nil te útor. quanquámst illut dúlce, esse et bíbere,
Amór amari dát tamen satís, quod sit aégre:
Fugít forum, fugát tuos cognátos, fugát te
Ipsum á tuo contútu.
[Neque eum sibi amicum uolunt dici.]
Mílle modis amor ígnorandust, prócul abdendust, ápstinéndust.
Nám qui in amorem praécipitauit, péius perit quasi sáxo saliat.

---

258. Preti quam *R*. quam pretii *(A)BD*. quam precii *reliqui* apage amor *R*, *Donatus in Eun. IV, 6, 18.* apage te amor *libri cum A. Cf. Handium Tursell. I, p. 404* placeſ] pagaleſ *B*. palageſ *CDaEa* 259. nihil *libri* quamquam *AC*. *Iungebatur hoc superioribus* est illut dulce *R*. illud eſt dulce *libri cum A*. illud dulce est *Hermannus* bibere, amor *R*. bibere. Amor *vulgabatur* amari *R*. amara *libri cum (A)* DAT • AME • SATIS *A*, *quod* dat tamen satis *interpretatus sum*. dat tibi ſatiſ *reliqui* sit aegre *R*. aegre ſit *Z*. egre ſit *BCDEF* 261. 262. tuos *Camerarius*. uoſ *libri* fugat te ipsum a tuo *R*. ſugat ipſe ſe a ſuo *BCDEFZ*. FUGAT••S••••M••SUO *A*, *quae nescio an* ſugat ipſuſ ſemet ſuo *valeant. Trimetri bacchiaci in promptu sint, nisi suspectum hoc genus:*

Fugát forum, fugát tuos cognátos,
Fugát temet á tuo contútu

(vel secundum libros

Fugát se ipsus á suo contútu),
[Neque eúm sibi volúnt dici amícum.]

contuitu *Z*. contutu *reliqui* 263. *interpolatori deberi sensit Bothius* EUM *AB*. enim eum *CDEFZ* uolunt dici amicum *Hermannus* 264. ignoranduſt *CDEFZ*. ignorandum eſt *B* abdendust *R*. ADHIBENDUSATQUE *(A.)* adhibenduſ eſt atque (adque *C*) *reliqui*. abhibendus est *Acidalius*, adbibendust *Balbachius Obss. crit. in Pl. p. 52*, habendust *alii* abstinendust *Saracenus*. ABST • NDUST *A*. aptinenduſ *B*. abtinenduſ *CE*. abtinend̄ *D*. abſtinendum *Z*. abſtinenduſ eſt *F* 265. amore *BCDEF* precipitauit *CDE* periit *F*. P••••T *A h. e. ut videtur* PERIIT quasi *Lindemannus*. quam ſi *libri* de saxo *Hermannus*. *Quod si necessarium sit, non sine aliqua audacia coniicias sic scriptum*

'Apage te sís, amor: tŭas res tibi habéto.
'Amor, amicús mihi né fuas úmquam:
Súnt tamen, quós miseros místere maleque hábeas,
Quós tibi obnóxios fácile fecísti.
Cérta res ést ad frugem ádplicare ánimum:
Quánquam ibi grándis animó labos cápitur:
Bŏni sibi haec éxpetunt, rém, fidem et honórem,
Glóriam et grátiam: hóc probis prétiumst.
Èo mihi mágis lubet cúm probis úna
Pótius quam cum ímprobis vívere vanídicis.

---

fuisse: Qui in amorem praecipitat, peius péreat quasi de sáxo saliat. *Nisi forte ex interpretamento sunt* in amorem, *ut sic scripserit poeta:* Nám qui eo (*vel* Qui in eum) praecipitáuit, peius péreat, quasi de sáxo saliat 266. *ΑΠΑΓΕ graecis litteris ut videtur A.* apace *BCDa* te *R. om. libri* HABETO *A.* habe *reliqui: quo servato si* tŭas tibi rés *scripseris, acatalectum effeceris. Licebat etiam bacchiacum constituere:* Apáge sis, amór, tibi tuás res habéto. *Continuavi tamen creticos catalecticos ad finem scenae* 267. AMICUSMIHI *A.* mihi amicuſ *reliqui* umquam *CD.* unquam *reliqui* 268. miseros misere maleque *R.* miſeroſ maleque *BEa.* miſeroſ maleque *reliqui cum A.* misere et male *Hermannus* *Inter* habeaſ *et* quoſ *vacuum spatium C* 269. obnoxios facile fecisti *R.* obnoxioſ feciſti *libri.* fecisti obnoxios *Acidalius, Hermannus: quo quis abutatur ad tales versus commendandos, sed eos acatalectos:*

Súnt tamen, quós miseros mále habeas, quós tibi
Fécisti obnóxios:

vel etiam ad trimetros fingendos:

Súnt tamen, quós miseros mále habeas,
Quós tibi fécisti obnóxios.

270. certa res est *R.* CERTAESTRES *A.* certunſt *BCDEaZ.* certumſt *Eb.* certum eſt *F* adplicare *BC.* applicare *reliqui* animuſ *Z* 271. quamquam *C* ibi grandis animo labos *R.* ibi animo laboſ grandiſ *BCDEaZ.* tibi anime laboſ grandis *EbF.* IBILABOSGRANDIS *A* 272. boniſ *BCDEa* fidem et *R.* fidem *libri cum A* 273. pretiumſt *DE.* preçiumſt *BC.* preciumſt *Z.* precium é *F.* PRETIUMEST *A* 274. una *R. om. libri* 275. inprobiſ uinçere *D.* uanidiciſ LX ſilto Lyſiteleſ *B,* LX *posito pro* EX *h. e. aut* exit *aut* ſenex

PHILTO. LYSITELES.

PHILTO.

Quo íllic homo fŏras se penetráuit ex aédibus?

LYSITELES.

Pater, ádsum: imporá quiduis, néque ero in morá tibi
Nec látebrose me áps tuo conspéctu occultábo.

PHILTO.

Féceris pár tuis céteris fáctis,
Sí patrem pércoles. tŭam per pietátem,
Nólo ego cum ínprobis té uiris, gnáte mi,

Act. II. Sc. 2. FILTA LYSITELES *A*. PHILTO SENEX L ADVLESCNS *C*. FILTO SEÑ. LISITELES ADOLESCENS *D*. FILTOSE SENEX LISITELES ADOLESCENS *E*. Philto fenex. Lyfitelef adolefcenf *FZ*. SENEX ADVLESC C *B* *Personarum notas propemodum usque ad finem fabulae nullas CD habent, spatiis tamen relictis ubicunque in medium versum (secundum eam, quam illi codices sequuntur, distinctionem vel potius continuitatem scripturae) personarum mutatio incidit. In B per priorem partem huius scenae A ponitur pro Philtonis nomine, Z pro Lysitelis: inde a medio versu 233 nulla fit nominum significatio* 276. *A* Quo *B* illic homo illic homo *E* FORASSEPAENETRAUIT *A*. foraf fe penetrauit *BC*, *Nonius p. 374*. fe penetrauit *sine* foraf *DEFZ*. sé foras pénetrat *eleganter Hermannus* ex *om. Nonius* 277. LY.] *A B*. LI. *E constanter* Pater *E* QUIDUIS *A*: quod uif *reliqui* ero in mora tibi *B*. tibi ero in mora *libri*. *Solutionem ultimae in continuitate numeri qui ferendam neget, ei tibi delendum, et fortasse proximo versu* occulam *scribendum catalectice* 278. nec] nepe *Da*. neque *reliqui* apf *B*. abf *reliqui* confpectuf *BCDE* 279. *Catalecticos descripsi ut 283 sq. 293 sqq. et superioris scenae 244 sqq. 250 sq. 266 sqq.* par tuif] partiuf *CDE* ceterif *DZ*. certif *E* 280. *Sic B*. patrem tuum fi percolef per pietatem *libri cum A, nisi quod* pietatem *D*. (fáctis si) Tŭum patrem pércoles. pér pietátem tuam *Hermannus*. perpetim *pro* per pietatem *Scaliger: quo ascito cogitet quispiam de acatalecto:* Si patrem tú tuum pércoles pérpetim 281. inprobif *AD*. improbif *reliqui* mi *fortasse irrepsit e proximo*

Neque in uia neque ín foro mihi úllum sermonem éxsequi.
Nóui ego hoc saéculum, móribus quíbus sit:
Málus bonum málum esse uolt, út sit sui símilis;
Túrbant, miscent móres mali, rapáx, auarus, ínuidus;
Sacrúm profanum, púplicum priuátum habent, hiúlca gens.
Haéc ego doleo, haec súnt quae excruciant, haéc dies noctísque canto
Tíbi uti caueas. quód manu nequeunt tángere, tantum fás habent
Quó manus apstíneant: cetera rápe, trahe, tene, fúge, late.
Lácrumas mi haec, quom uídeo eliciunt,
Quía ego ad hoc genus dúraui hominum. quín prius me ad plurís penetraui?

---

282. foro mihi ullum ***B***. FORO•••ULLUM ***A***. foro ullum *reliqui. Fortasse* foro mi ullúm sermonem exséquier *catalectice* exequi ***CEFZ*** 283. ſaeculum ***Z***. SAECLUM ***A***. ſeculum *reliqui* QUIBUSIT ***A***. quibus siet *Hermannus* 284. *Iambicos dimetros Reizius proponebat apud eundem de metris p. 147* bonũſ ***DE*** uult ***ACDE*** ut ſit ſupſimiliſ ***Ea*** (ſubſ. ***Eb***). similis ut sit sui *Hermannus* 286. prophanum ***FZ*** puplicũ ***D***. publicum *reliqui* priuiatum ***D*** 287. ſunt] ſ̃ *sup. scr.* ***D*** quae excruciant ***BZ***. quae me excruciant ***AEbF*** (*qui solus* excrutiant). quem excruciant ***CDEa*** noctisque *Hermannus*. nocteſque *libri* canto Tibi uti ***B***. canto tibi ut ***AB***. tibi canto ut *reliqui* nequeunt *Bothius*. NONQUAKUNT ***A***. non queunt *reliqui*. haud queunt *Guyetus, Hermannus* tangaere ***D*** 289. aptineant ***B***. abſtineat ***Ca***. abſtineant *reliqui* cetera ***BDZ*** tene ***B***. om. *libri* 290. lachrumaſ ***Z*** mi haec ***B***. haec mihi *libri* QUOM ***A***. quon ***B***. cum *reliqui* 291. duraui hominum ***B***. hominum duraui *libri* quin] quam *Scaliger in Virg. Cop. 6* pluriſ *libri*. plures *Gronoviana*. patres *coniiciebat Camerarius. Ceterum duos tetrametros facili opera sic restituas:*
Lácrumas haec mihi, quóm ea uideo, eliciunt, quia ego ad hóc genus
Hóminum perduráui. quin me ad plúris penetraui prius?
Cf. Parerg. Pl. I, p. 536

Nam hí mores maiórum laudant, ĕosdem lutitant quós conlaúdant.
Hís ego de ártibus grátiam fácio,
Né colas, ne ínbuas ĕis tuum ingénium.
Mĕo modo et móribus uíuito antíquis:
Quae égo tibi praécipio, ea mémineris fácito.
Níhil ego istós facetós moror móres,
Túrbidos, quíbus boni sése dedécorant.
Haéc tibi sí capessés mea impéria,
Múlta bona in péctore consília consídent.

LYSITELES.

Sémper ego usque ad hánc aetatem ab íneunte adulescéntia

---

292. hil **Z**. hi *reliqui cum* **A**, *in quo* Ei *exstare nescio quo errore l. s. s. testatus sum* lutitant **R** *Parerg. p. 535.* latitant **ABCDEFZ** quoſ conlaudant **AB**. *om. reliqui* eosdem, quos laudant, lutant *Hermannus* 293. HIS **A**. hiſce *reliqui* de *Bothius.* te *libri* 294. ne colas, ne inbuas eis tuum ingenium **R**. neu colaſ neu inbuaſ ingenium **ACDEFZ**, *nisi quod* imbuaſ **EFZ**. neu colaſ neucinbuaſ ingenium **B**. (eas) Né colas, neú tuum ingénium iis ímbuas *Hermannus. Pro glossematis habuit Bothius* 296. praecipio ea memineris facito **R**. praecipito et facito **BCDEaZ**. praecipito hec facito **EbF**. praecipio ea facito *Pius. Potest etiam scriptum fuisse* praécipio et [suádeo,] fácito *vel* praécipio, et [cúrato et] fácito 297. facetos moror **R**. moror faceoſ **B**. moror fac eoſ **CDEa**. moror fatuoſ **EbFZ**. MORORF·····S **A**. moror facetos *Camerarius* 298. TURBIDOS **A**, *Hermannus.* et turbidoſ *reliqui* BONIS **A** sese dedecorant **R**. dedecorant ſe *libri cum* **A** (*D cum vacuo spatio*). *Poteris etiam* dédecorant sése 299. capesses mea imperia *Hermannus.* mea imperia capeſſeſ *libri cum* **A**. *Licebat etiam* si mea capésses impéria 300. bona] bo **B** consilia **R** *duce Hermanno. om. libri cum* **A** 301. *Novam scenam ordiuntur* **CDE**, *continuant* **ABFZ** LYSITELES ADVLESCNS PHILIO SENEX **C**. LYSITELES ADOL· FILTO SEN **D**. LISITELES ADOLESCENS FILTO SENEX **E** **Z** Semper **B** (*ut dictum supra*) adoleſcentia **EFZ** (*non* **A**)

Tŭis seruiui séruitutem impériis praedictís pater.
Pro íngenio ego me líberum esse rátus sum, pro imperió tuo
Méum animum tibi séruitutem séruire aequom cénsui.

PHILTO.

Quí homo cum animo inde áb ineunte aetate depugnát suo,
'Vtrum itane esse máuelit, ut eum ánimus aequom cénseat,
'An ita potius, út parentes éum esse et cognatí uelint:
Si ánimus hominem pépulit, actumst, ánimo seruit, nóu sibi;
Sín ipse animum pépulit, uiuit, uíctor uictorúm clŭet.
Tú si animum uicísti potius quam ánimus te, 'st quod gaúdeas.
Nímio satiust, út opust ita ted ésse, quam ut animó lubet.

---

302. TUIS *A, Aldus*. tui *reliqui*. tuo *Guyetus, Hermannus* imperiis praedictis *R, h. e. den ausgesprochenen Befehlen*, ut dicto imperio *Amph. III, 4, 8.* imperiiſ et praeceptiſ *libri cum A, nisi quod* preceptiſ *BCE*, ę imperiiſ *E*. imperio et praeceptiſ *Guyetus, Hermannus*. imperiis praeceptis *Bothius. Fortasse tamen interpretamentum est alterutrum, quo alia vox expulsa, velut:* seruitutem strenuam imperiis, pater 303. Pro ingenio ego *ABC*. Pro ingeo ego *DE*. Proin ego *FZ* raptuſ *C* *post* ſum *spatium B* tuo *libri*. tuum *Gronoviana Lipsium secuta* 304. equom *B*. equum *E*. aequum *reliqui* 305. PH. *om. B* ineunti *B* 306. UTRUMITANE *A*. utrum id itane *reliqui*. utrum is ita se *Acidalius*. utrum is ita *Guyetus, Hermannus*. utrum ita se *Bothius* AEQUM *A*. equom *B*. equum *E*. aequum *reliqui* 307. parenteſ *F*. parentiſ *reliqui* 308. hominem *ACEbFZ*. hominum *BDEa* PEPULIT *A, Hermannus*. perpulit *reliqui*. perculit *Lambinus* actumst] actum ſi *BCD*. actum eſt ſi *Z*. actum eſt *AEZ* SERUIT *A, Hermannus*. ferusuit *BCDEa*. feruiuit *Z*. feruibit *EbF* non] N̄ *A* ſibi] ſibi animuſ *EbF* 309. SIN *A, Hermannus*. si *reliqui* pepulit *ABCEa*. perpulit *EbFZ* uiuit *Hermannus*. dum uiuit *libri cum A (nisi quod* inuit *C)* uictorum] UIRTUTUM *A* 310. animum si *Hermannus* potiuſ potiuſ *B* te eſt *libri* 311. SATIUSTUTOPUST *A*. ſatiuſ (*vel* ſa tiuſ) tui opuſt *BCDEaZ*. ſatiuſ opuſ eſt *EbF* ita ted *R*. te ita *libri cum (A)* satiust, te ita, ut opus est *transposuit Hermannus* lubet *BCDEa*

[Qui ánimum uincunt, quám quos animus, sémper pro-
biorés cluent.]

LYSITELES.

'Istaec mihi ego sémper habui aetáti integumentúm meae,
Né penetrarem me úsquam, ubi esset dámpni conciliá-
bulum,
Né noctu irem obámbulatum, neú suum adimerem álteri.
Ne aégritudiném, pater, tibi párcerem, parsi sédulo:
Sárta tecta túa praecepta usque hábui mea modéstia.

PHILTO.

Éxprobras, bene quód fecisti? tíbi fecisti, nón mihi:
Míhi quidem aetas áctast ferme, túa istuc refert máxume.
Bénefacta benefáctis aliis pértegito, ne pérpluant:
'Is probust, quem paénitet, quam próbus sit et frugí
bonae.

---

812. *Insiticium esse docui Parerg. Pl. I, p. 534 sq.* quos] QUI *A* cluent (*A*), *Saracenus.* cluentis *libri* 813. isteo *CDE* mihi ego *Hermannus.* ego mihi *libri* INTEGUMENTUM *A.* tegumentum *reliqui* meae] Maee *C* 814. penetrassem *Z*, *correctum ab Aldo* dampni *CDE.* damni *reliqui* conciliabolum *BCDEbFZ.* *correxit Aldus.* CONCILIATABULUM *A* 815. Neinoctu *Ba* 816. Ne aegritudinem'pater, tibi *R.* Neu tibi aegritudinem pater *libri cum A (nisi quod* egritudinem *BCEZ).* Ne aegritudinem tibi pater *Bothius* parere *CD* 817. Sarta tecta] sancta *FEb.* sarcta tecta *olim fuisse Naekius monet de allitterat. p. 385.* precepta *CE* 818. PH. *om. B* Exprobras *R.* Quid exprobras? *libri cum A, nisi quod* exprobas *F* 819. ACTA ESTFERME *A*, *Camerarius e Cic. epist. ad Brut. I, 2, ubi* acta ferme est *editur.* acta si fert me *BCDEa.* acta est *EbFZ* maxume *AF.* maxime *reliqui* 820. *Hunc, qui in libris legitur ante v. 323, huc transposuit Bothius* 821. *A* Is *B* probust] probus est *libri cum A, nisi quod* improbus ẽ *Da* PAENITET *A*, *Gronovius.* non penitet *reliqui, nisi quod* poenitet *Z* bone. *BCDE*

Qui ípsus sibi satís placet, nec próbus est nec frugí bonae:
Qui ípsus se contémpnit, in eost índoles indústriae.

LYSITELES.

'Ob eam rem haec, pater, aútumaui, quía res quaedamst, quám uolo
Ego me a te exoráre.

PHILTO.

Quid id est? dáre iam ueniam géstio.

LYSITELES.

'Adulescenti hinc génere summo, amíco atque aequalí meo,
Mínus qui caute et cógitate sŭam rem tractauít, pater,
Béne uolo illi fácere, nisi tu nón uis.

PHILTO.

Nempe dé tuo?

LYSITELES.

Dé meo: nam quód tuumst, meúmst, omne meum autém tuumst.

Versum 322 *om.* ***CDEFZ***, *ex* ***B*** *protraxit Scioppius Susp. lect. II, 13. Tenet etiam* ***A*** ipsius ***B***, *cum rasura inter hanc vocem et proximam* bone ***B*** 323. contempnit ***BCD***. contemnit *reliqui* eost ***BCDE***. east ***Z***. eo est ***AF*** 324. autumau ***C*** quaedamst ***Z***. quaedanst ***B***. quae dant ***C***. que dant ***DEa***. quaedam est ***AEbF*** 325. ATE ***A***. apste ***B***. abs te *reliqui*

PH. *om.* ***B*** DAREIAMUENIAM ***A***. ueniam dare iam ***B***. ueniam iam dare *reliqui* 326. adolescenti ***EF*** *(non* ***A****)* huic *libri: quod cum deleri iussissem, in* hinc *mutavit Vollbehrius coll. Ter. Andr. I, 1, 14* equali ***DE*** 328. ILLI ***A***. ego illi *reliqui* NISITUNONUIS ***A***. si tu non neuis *reliqui*. neuis *hinc excerpsit grammaticus, cuius glossarium Plautinum edidimus Ind. schol. aest. Bonn. a. 1846* PH. *om.* ***B*** nepe ***CDEa*** 329. tuumst meumst ***Z***. tuũſĩ meũſĩ ***B***. tuum ſimmeum ſi ***CDEa***. tuum est meum est ***AFEb***

omne meum autem tuumst *Hermannus*. omne meum est autem tuum ***AEbFZ***. omne meuſĩ autem tuum ***B***. omnẽ meũ ſi autem tuum ***CDEa***. *Duriuscula sit scribendi metiendique versus haec ratio:* Dé meó: nam quód tuúmst, meumst, ómne autóm meúmst tuum

PHILTO.

Quíd is? egetne?

LYSITELES.

Egét.

PHILTO.

Habuitne rem?

LYSITELES.

Hábuit.

PHILTO.

Qui eam pérdidit?

Públicisne adfínis fuit an máritumis negótiis?

Mércaturamne án uenalis hábuit, ubi rem pérdidit?

LYSITELES.

Níhil istorum.

PHILTO.

Quíd igitur?

LYSITELES.

Per cómitatem edepól, pater.

Praéterea aliquantum ánimi causa in déliciis dispérdidit.

PHILTO.

Édepol hominem praédicatum fírme et familiáriter,

Quí quidem nusquam pér uirtutem rém confregit, átque eget.

Nil moror cum tíbi esse amicum cum ĕiusmodi uirtútibus.

---

330. LY. habuit] ſ habuit *(sic)* ***B*** PH.] *Z* ***B*** 331. affinif ***F***. adfinif *reliqui cum* ***A*** maritū if ***CDEa*** negociif ***EFZ*** 332. mercatura ne an ***F***. mercaturam eam *Nonius p. 212* uenalif *idem*. uenalef *libri* urbi ***F*** 333. ſtorum ***B*** PH. *om.* ***B*** LY. *om.* ***BZ*** aedepol ***FZ*** 335. aedepol ***FZ*** predicatum ***CE***. PRAEMA••ATUM ***A***, *et ita quidem ut evanidarum litterarum prior esse* N *videatur. Quaerendum igitur, num* praemandatus *possit tanquam* prae-commendatus *esse* FIRMEKT ***A***. ferme *reliqui* 336. quid quidē ***BCDEa*** nuſquam ***ABC***. numquam ***D***. nunquam ***EFZ*** adque ***C*** 337. Nihil *libri cum* ***A*** *Versus 336. 337 inter se transponi iubebat Acidalius*

LYSITELES.

Quía sine omni málitiast, toleráre ei egestatém uolo.

PHILTO.

Dé mendico mále meretur, qui ĕi dat, quod edit aút bibat:
Nam ét illut, quod dat, pérdit et illi pródit uitam ad míseriam.
Nón eo haec dico, quín, quae tu uis, égo uelim et faciám lubens:
Sét ego hoc uerbum quóm illi quoidam díco, praemonstró tibi,
'Vt ita te aliorúm miserescat, né tis alios misereat.

LYSITELES.

Déserere illum et déiuuare in rébus aduorsís pudet.

PHILTO.

Pól pudere quám pigere praéstat totidem lítteris.

---

338. Quin *EbF* ſint *Eb* malitia est tolerare *Camerarius*. MALITIAESTOLERARE *A*. malitia ſit olerare *B*. malitia ſi tolerare *CDEZ*. malicia tolerare *F* ei egestatem *R Parerg. I, p. 526 sq*. eiuſ egeſtatem *ADEFZ*. egeſtatem eiuſ *BC: unde qui proficiscatur*, egestatem ei *commendare poterit* 339. quo dedit *BDEa* AUTBIBAT *A, Reizius ap. Herm. praef. p. IX*. aut quod bibat *reliqui* 340. illud *libri praeter B* PRODIT *A, Servius in Aen. IV, 231*. producit *reliqui* 341. EOHAEC *A*. eo hęc *B*. eo hoc *DFZ*. ego hoc *CE* quin quae *(A), Saracenus*. quinque *B*. quñquę *DZ*. quamque *CEF*. 342. quom illi quoidam *B*. cum illi cuidam *reliqui cum A* premonſtro *CE*. praemoſtro *B*

343. MISERESCATNETISALIOS *A*. miserescat ne tui alios *Camerarii editio altera, Bentleius in Ter. Hec. I, 1, 7*. misereſ cane tui aliuſ *B*. misereſ *(cum spatio)* caue tui aliuſ *CDE (nisi quod* aliiſ *C)*. miſer et caue tui aliuſ *F*. miſereat caue tui aliuſ *Z*. miſereat caue tui allioſ *Pius*. misereat ne tui alios *Scaliger* 344. deiuuare *libri cum A*. desinare *Scaliger, Guyetus*. desiuare *Lipsius e Festo Pauli p. 72* aduorſiſ *AB*. aduerſiſ *reliqui* 345. *affert Nonius p. 423* Pob *B* preſtat *CD*

LYSITELES.

Édepol deum uirtúte dicam, páter, et maiorum ét tua
Múlta bona bene párta habemus: béne si amico féceris,
Né pigeat fecísse; ut potius púdeat, si non féceris.

PHILTO.

Dé magnis diuítiis si quid démas, plus fit án minus?

LYSITELES.

Mínus, pater. set ciui inmuni scín quid cantarí solet?
Quód habes ne habeás, et illuc, quod nón habes, habeás, malum:
Quándoquidem nec tíbi bene esse póte pati neque álteri.

PHILTO.

Scío equidem istuc íta solere fíeri: uerum, gnáte mi,
'Is est immunis, quoi nihil est, qui múnus fungatúr suum.

LYSITELES.

Dĕum uirtute habémus, et qui nósmet utamúr, pater,
Ét aliis qui cómitati símus beneuoléntibus.

---

346. aedepol *FZ* VIRTUTE *A*, *Aldus*. uirtutem *reliqui* 347. Bona multa *Hermannus* parta *AFZ*. paria *BC*. patria *D*. pátia *E* habemuſ *AFZ*. habeamuſ *BCE*. habemuſ *D ead. m.* amicoſ *DE* 348. pudeat] pigeat *F* 349. Magnis de diuitiis *Hermannus*. De diuitiis magnis *Bothius* De] dem *Z* diuiciiſ *B* QUIT *A* ſit *C* an minus *AF*. animuſ *BC*. animinuſ *E*. an mimuſ *Z* 350. IMMUNI *A*, *Gruterus*. inmuni inmunificoſ *BDE*. in mimi inmunificoſ *C*. immunifico *FZ* SCIN *A*. ſciſ *reliqui* quid] quidem *F* 351. ILLUCQUODNON *A*. illud quod nunc non *reliqui*. *Fortasse et delendum* malo *C* 352. QUANDOEQUIDEM *A* POTE *A*. poteſ *reliqui* NEQ' *A*. nec *reliqui* 353. quidem *F* ita] iſt ita *E* 354. *vacuum spatium ab initio C* eſt] eſ *E* inmuniſ *D*. immunuſ *Z* minuſ *CDE*

PHILTO.

Nón edepol tibi pérnegare póssum quidquam, quód uelis.
Quoí tu egestatém tolerare uís? loquere audactér patri.

LYSITELES.

Lésbonico huic ádulescenti, Chármidai fílio,
Qui íllic habitat.

PHILTO.

Quín comedit, quód fuit, quod nón fuit?

LYSITELES.

Ne éxprobra, patér: multa homini euéniunt, quae uolt, quaé neuolt.

PHILTO.

Méntire edepol, gnáto, atque id nunc fácis haut consuetúdine.

---

357. aedepol *FZ* QUIDQUAM *A*. quicquam *reliqui* quod om. *A* 358. Quoi tu *R Parerg. I. p. 526.* cuius *libri cum A, (de quo quod aliud illic testatus sum, imprudens feci).* cui *Muretus Var. lect. XV, 13.* egestatē *D* PATRIAUDACTER *A* 359. adolescenti *F* (*non A*) Charmidai *Scaliger, Gruterus.* CHARMIDE *vel* CHARMIDI *A* charmidae *Z*. charamide *BCDE*. charmidis *F*. Charmidae huius *Muretus, Acidalius, Bentleius in Ter. Heaut. V, 5, 21 et Adelph. V, 8, 23* 360. QUIN *A*. qui *reliqui* non fui *BCDE* 361. EXPROBRA *A*. opprobra *B*. obprobra *reliqui* multa homini eueniunt *Bothius.* multa eueniunt homini *F, Camerarius.* multa ueniunt homini *Z*. multe • ueniunt homini *B*. multe ueniunt homini *CDE* MALAMULTAEUENIUNTHOMINI *A* QUAEUOLTQUAENEUOLT *A*. quae uult quae ne uult *FZ*. qui uult quae neuult *C*. qui uult quene uult *DE*. qui uult qui neuult *B*. *Vel hinc vel e v. 364* neuult *transiit in glossarium Plautinum, de quo ad v. 328* *Sequitur in A versus 369, in reliquis idem cum v. 368. Recte transposuit Acidalius: partem veri assecutus est Muretus, et hoc ordine collocans Scaliger: 361. 365. 366. 362. 363. 364. 367. 368. 369* 362. aedepol *Z* adque *C* AUT *A*. haud *reliqui*

Nám sapiens quidém pol ipsus fingit fortunám sibi:
Ĕo non multa, quaé neuolt, euéniunt, nisi fictór malust.

LYSITELES.

Múlta ei opera opúst ficturae, quí se fictorém probum
Vitae agundae esse éxpetit: set hic ádmodum adulescén-
tulust.

PHILTO.

Nón aetate, uérum ingenio apíscitur sapiéntia.
[Sapienti aetas condimentum, sapiens aetati cibust.]
'Agedum, eloquere, quíd dare illi núnc uis?

---

363. IPSUS *A*. ipſe *reliqui* figit *Ca* 364. EONONMULTA *A*. eone multa *vel* eo ne multa *reliqui*. eo nemulta *Acidalius* quae neuult *F*. que neuult *E*. quae neuolt *reliqui cum A* maluſt *Acidalius*. maluſ ſiet *BCDEaZ*. maluſ eſt *EbF* 365. *Philtoni continuavit Camerarius* Multa ei opera opust *B*. Multaſ operá opuſ *BCDE*. Multa opera opuſ *FZ*. Multa est opera opus *Camerarius*. MULTAESTOPERA ••••••••••TURAE, *quod Parerg. Pl. I, p. 526 interpretatus sum* opera ei opuſ. *Durior tamen vel haec collocatio verborum:* Múltast opera ei ópus, *vel haec:* Múlta ei operaſt ópus fictuare *Z* 366. AGUNDAEESSE *A*. agendae eſſe *B*. eſſe agendae *DFZ*. eſſe agende *E*. eſſe agenda *C* expetit *FZ*. expetiſ *BCE*. expediſ *D* sed] LY. *praemiſit Camerarius* adulescentulust *Muretus*. adoleſcentuluſ *F*. aduleſcentuluſ *reliqui* 367. aetatē *C*. etatē *BDE* APISCITUR *A*, *Hermannus*. adipiſcitur *reliqui* 368. *sic scriptum hic collocat A: ante 362 habent reliqui* Sapienti aetas *Acidalius*. Sapientia etaſ *BE*. Sapientia aetaſ *CD*. Sapientiae aetaſ *EbFZ* condimentumſt *Z*. condimentum ſi *BCDEa*. condimentum eſt *EbF* cibuſ eſt *Z*. cibūſt *vel* cibumſt *BCD*. cibum eſt *AF* *Sanam sententiam haec tantum forma orationis praebet, quam esse pristinam puto:* Sapientiae aetas condimentum est, sapientia aetati (*vel potius* aetati sapientia) cibus. *Quae cum in numeros nullis machinis aptentur, non dubito quin aliunde invecta sint ad illorum similitudinem quae in Schneidewini Philologo tractavimus vol. I, p. 300 sqq.* 369. *post v. 361 collocant libri* Agidum *B* quod *F* nunc uiſ *FZ*. nunculſ *B*. nuntiaſ *CDE*. nam uis *Acidalius*

LYSITELES.

Nil quicquám, pater.
Tú modo ne me próhibeas accípere, si quid dét mihi.

PHILTO.

'An eo egestatem ĕi tolerabis, sí quid ab illo accéperis?

LYSITELES.

Ĕo, pater.

PHILTO.

Pol égo istam uolo me rátionem edoceás.

LYSITELES.

Licet.
Scín tu illum quo génere gnatus sít?

PHILTO.

Scio, adprimé probo.

LYSITELES.

Sóror illist adúlta uirgo grándis: eam cupió, pater,
Dúcere uxorém sine dote.

PHILTO.

Síne dote uxorémne?

LY. nihil quicquam *Camerarius et sine* LY. ***A***. nihili quiquam ***BCDEa***. LY. nihili cuique ***Z***. nihili. LY. cuique *(cum proximo sapientiae constructum)* ***EbF*** 371. An eo *om.* ***F*** egestatem ei ***R*** *Parerg. Pl. I, p. 587, Bothius.* EGESTATEME (*vel* EGESTATEMI) ***A***. egeſtatem et ***BCDEF***. egeſtatem tu ***Z***. egestatem eius *Camerarius* tolerabiliſ *libri cum* ***A***, *correctum iam in proximis post* ***Z*** *exemplaribus* 372. Eo] Ego ***C*** 373. gnatuſ ***Z***. natuſ *reliqui cum* ***A*** APRIMEOPROBO ***A***, *in quo fortasse apprime approbo latet.* adprime probo *reliqui* 374. illiſ eſt *libri cum* ***A*** 375. *Sic haec personis distribuit* ***A***. Ducere uxorem. PH. sine dote? LY. sine dote. PH. uxorem? ***EbZ***, *vulgo*. Ducere uxorem ſine dote. PH. uxorem? ***F***. *Nullae personarum notae in* ***Ea*** *et reliquis* uxoremne *Reizius apud Hermannum praef. p. IX.* uxorem *libri cum* ***A***

LYSITELES.

Ita,

Tŭa re salua. hoc pácto ab illo súmmam inibis grátiam,

Néque commodius úllo pacto ei póteris auxiliárier.

PHILTO.

Égone indotatám te uxorem ut pátiar?

LYSITELES.

Patiundúmst, pater:

Ét eo pacto addíderis nostrae lépidam famam fámiliae.

PHILTO.

Múlta ego possum dócta dicta et quámuis facundé loqui:

Históriam ueterem átque antiquam haec méa senectus sústinet.

Vérum ego quando te ét amicitiam et grátiam in nostrám domum

Vídeo adlicere, etsi áduorsatus tíbi fui, istac iúdico:

Tíbi permittam, pósce, duce.

LYSITELES.

Dí te seruassínt mihi.

Sét ad istam adde grátiam unum.

---

ita, pater *Guyetus* 376. ab illo *supr. scr.* ***D*** *ead. m.* ab illo *usque ad* addiderіſ (*v. 379*) *om.* ***F***, '*libri veteres*' *Lambini* SUMMAMINIBIS ***A***. inibiſ ſummam *reliqui* 377. NEQ'OMMODIUS ***A*** 378. EGONE ***A***, *Lambiniana*. Ego *reliqui* te *om.* ***A*** patiundum ſi ***BCDEa***. patiundum eſt ***EbFZ*** 379. noſtra ***BCEa***. noſtrā ***D*** 380. docte *Bothius* 381. adque ***C*** 382. *spatium ab initio* ***C*** 383. adlicere *libri* aduerſatuſ ***AEbFZ***. aduerſatuſ ſi ***BCDEa*** iſtac iudico ***AB***. iſtac iudicio ***CDEb***. iſtec iudicié ***EbFZ*** iſtaec indici '*in priscis exemplaribus*' *Pii* 384. PERMITTAM ***A***. promitto ***F***, '*libri veteres*' *Lambini*. permitte *reliqui* poſſe ***Z*** ſeruaſint ***C*** 385. ad istam adde *Reizius apud Hermannum praef. p. IX.* adde ad iſtam libri (*nisi quod* adte ***C***)

PHILTO.

Quíd id est autem unum?

LYSITELES.

Éloquar.
Tú ad eum adeas, tú concilies, túte poscas.

PHILTO.

Éccere.

LYSITELES.

Nímio citius tránsiges: firmum ómne erit, quod tu égeris.
Gráuius tuum erit únum uerbum ad ĕam rem, quam centúm mea.

PHILTO.

Ecce autem in benígnitate hac répperi negótium.
Dábitur opera.

LYSITELES.

Lépidus uiuis. haéc sunt aedes, híc habet:
Lésbonicost nómen. age rem cúra: ego te opperiár domi.

PHILTO.

Non óptuma haec sunt, néque ut ego aecum cénseo:

386—388 *om.* F Tu ad eum adeas, tu *Bothius.* Tute ad eum adeaſ tute (*vel* tu te) *libri cum* A PH. *om.* Z ecceref EbZ 387. LY. *om.* Z ciciuſ CDE firmū *supr. scr.* D *ead. m.* omnē BCE. om̃em D egeris] gerif Ea 388. TUUMERIT A, *Hermannus.* erit tuum *reliqui* 389. in *om.* F hac *Lomanus p. 73.* hoc *libri. om. Scaliger* negocium EFZ 390. hęc BCD. hec E. hae Z haec ſunt aedeſ *om.* F 391. Leſbonico eſt *libri cum* A agerem B. agere CDEa te *om. Hermannus* operiar BDEF domi] domiphilto B

Act. II. Sc. 3. 392. *Superioribus continuat* B: *novam scenam* PHILTO SENEX *inscriptam ordiuntur reliqui: duorum versuum intervallum est in* A optima BCDEFZ ut ego AB. ego ut *reliqui* ecum B. aequum *reliqui*

Verúm meliora súnt quam quae detérrumá.
Set hoc únum consolátur me atque animúm meum,
Quia quí nil aliut, nísi quod sibi solí placet,
Consúlit aduorsum fílium, nugás agit:
Miser éx animo fit, fáctius nihiló facit.
Suaé senectuti is ácriorem hiemém parat,
Quom illam ínportunam témpestatem cónciet.
Set áperiuntur aédes, quo ibam: cómmodum
Ipse éxit Lesbonícus cum seruó foras.

LESBONICVS. STASIMVS. PHILTO.

LESBONICVS.

Minus quíndecim diés sunt, quom pro hisce aédibus
Minás quadraginta áccepisti a Cállicle.

---

393. quamque *BCDE* deterrima *F solus* 394. hoc] HOCME *A* confolatur me *FZ*. confulatur me *B*. confolaturū me *CDE*. CONSOLATUR *A* adque *C* 395. nihil *libri cum A* ALIUT *A ut videtur*. aliud *reliqui* 396. confolit *F* aduorfum *libri omnes* factiuf *CDEa*. faetiuf *B*. fanctiuf *EbF*. fatiuf *Z*. sectius *Gulielmus in Trin. c. 3* 398. is] hif *DE*. *fortasse delendum: quanquam potest etiam* senectae *a poeta scriptum esse* aeriorem *B* hyeme *Z* 399. QUOM *B*. cum *reliqui* ilļa *C*. illam *reliqui*. illanc *Camerarius* inportunam *BC*. opor-tunam *DEZ*. opportunam *F* contiet *DE* foraf lefbonicuf ftafimuf *B* 400. COMMODUM *A*. commode *reliqui*

Act. II. Sc. 4. LESBONICUS STASIMUS FILTO *A*. ADV-LESCENS SERVVS SENEX DV. *B*. LESBONICVS Adulefcenf STA-SIMVS Seruus PHILTO Senex *reliqui, nisi quod* adolefcenf *DEFZ*, Stafinuf *Z*, SEÑ. *DE* *Harum personarum notatio graecis litteris E, K, A fit in B* 402. QUAM *A*. qm̃ (*quod valere* quo-

Estne hóc quod dico, Stásime?

STASIMVS.

Quom consídero,

Meminísse uideor fíeri.

LESBONICVS.

Quid factúmst eo?

STASIMVS.

Coméssum, expotum, exúnctum, elutum in bálineis.
Piscátor, pistor ápstulit, lanií, coqui,
Holitóres, myropolae, aúcupes: confít cito.
Non hérclo minus euórsi sunt nummí cito,
Quam sí formicis tu óbicias papáuerem.

LESBONICVS.

Minus hércle in istis rébus sumptumst séx minis.

---

niam *solet*) ***CE***. q.m̃ (uo) ***D*** *ead. m.* quod ***Z***. cum *reliqui* PROHISCE AEDIBUS ***A***, *Camerarius*. proiſcebibuſ ***B***. pro hiſ aedibuſ *reliqui* 403. mina ***C*** accallicle ***C***. a callide ***DEF*** 404. ST. *om.* ***B*** quom ***B***. QUM ***A***. cum *reliqui* 405. Memineſſe ***BCDE*** uideor *supr. scr.* ***D*** *ead. m.* fieri *om.* ***F*** factumſt ***B***. factũſt ***Z***. factunſt ***BC***. factum eſt ***E***. factum ***AF*** 406. comeſſum (*vel* comeſ ſum) ***ABCDE***. comeſum ***FZ***. *An* comeſtum? exunctum *Gulielmus in Trin. c. 1.* EX • SSUM ***A*** *h. e.* exeſſum *ut videtur*. exutum *reliqui*. exuctum (*puto* exsuctum) *Scaliger* ELUTUM ***A***. elotum *reliqui* balneiſ ***F***. balineiſ *reliqui cum* ***A*** 407. apſtulit ***B***. abſtulit *reliqui* 408. olitoreſ ***F***. holitoreſ *reliqui cum* ***A*** miropolae ***BF***. miropole ***CDE*** *Versus 409. accessit ex* ***A***, *in quo haec apparere visa sunt:* NONHERCLE MINUSNUORS • • • • • • • • • • • • CITO. *Vide Parerg. Pl. I, p. 577.* Non hercle minus euorsae (*ab* euerrere) sunt minae cito *coniecit Vollbehrius* 410. quam ſi *libri cum* ***A***, *Charisius p. 64.* quasi si *Acidalius*. as ſi *Nonius p. 220* formicis tu obicias *Hermannus*. formiciſ obiciaſ *Nonius*. tu obiciaſ formiciſ ***ABCEZ***. obiciaſ (tu) formiciſ ***D*** *ead. m.* obliciaſ formiciſ ***F*** 411. Miniſ ***F*** iſtiſ ***BCF***. hiſtiſ ***DE*** hiſce ***Z***. H • • • ***A*** (HEIS?) SUMPTUMESTSEXMINIS ***A***, *Camerarius*.

STASIMVS.

Quid, quód dedisti scórtis?

LESBONICVS.

Ibidem uná traho.

STASIMVS.

Quid, quód ego frudaui?

LESBONICVS.

Hém istaec ratio máxumast.

STASIMVS.

Non tíbi illut apparére, si sumás, potest,
Nisi tu ímmortale réro esse argentúm tibi.
Sero átque stulte, príus quod cautum opórtuit,
Postquám comedit rém, post rationém putat.

LESBONICVS.

Nequáquam argenti rátio comparét tamen.

STASIMVS.

Ratió quidem hercle appáret: argentum *οἴχεται*.
Minás quadraginta áccepstine a Cállicle,
Et ille aédis mancupio áps te accepit?

ſumptun ſi ſex minif *B*. ſumptunſiſeximnſ *C*. ſumptunſiſ eximiiſ *DE*. ſumptuſ eſt eximiiſ *FZ* 412. ibidem] totidem *Lambinus* UNAM *A* 413. ego frudaui *R Par. I, p. 540 sq.* ego defrudaui *BDa*. ego defraudaui *reliqui*. ego *om. Bothius* EMISTAEC *A*. em iſta *B*. hem iſta *reliqui* maxumaſt *B*. maxima eſt *ADa*. maxuma eſt *reliqui* 414. apparere *libri omnes* ſumuſ *B*. summes *Is. Pontanus Anal. III, 10* potest? *Bothius, proximum versum transponens post 410* 415. inmortale *B* rere] recte *F* 416. *A* Sero *B* (*h. e. Philtoni tribuit*) adque *C* 419. quidam *Z* ercle apparet *B*. APPARET···L· *A* (*h. e.* apparet herclo) oechetę *B*. oe che te *C*. oechete *reliqui. Cf. Victorium Var. lect. XXIV, 5. Muretum Var. lect. IV, 19. Vtitur hoc versu Cicero in Pisonem c. 25* 420. accepstine *R Parerg. I, p. 523.* ACCEPISTINE *A*. accepiſti *reliqui* callide *F* 421. aediſ *libri omnes*

LESBONICVS.

'Admodum.

PHILTO.

Pol opíno adfinis nóster aedis uéndidit.
Patér quom peregre uéniet, in portást locus:
Nisi fórte in uentrem fílio conrépserit.

STASIMVS.

Trapezítae mille dráchumarum Olýmpicum,
Quas dé ratione déhibuisti, rédditae.

LESBONICVS.

Nempe quás spopondi.

STASIMVS.

Immó quas dependi, ínquito,
Pro illo ádulescente, quém tu esse aibas díuitem.

MANCUPIOABSTEACCEPIT ***A***. abs te mancipio accepit *reliqui, nisi quod* apſte ***B***. abs te accepit mancipio *Camerarius* 422. opino *Acidalius*. opinor *libri cum* ***A*** affinif ***F***. adfinif *reliqui cum* ***A*** aedif *omnes* 423. Patri *Dousa* QUUM ***A***. cum *reliqui* porta ſi ***BCDE***. porta eſt *reliqui cum* ***A*** 424. in uentrem filio correpserit *Camerarius, et ut videtur* ***A***. inuenirem filium correpſerit *reliqui, nisi quod* conrepſerit ***B***, cum repſerit ***CDEFZ***. inuenire filium contempſerit '*in priscis exemplaribns*' *Pii* 425. Trapezite mille ***B***. trapezete mille ***C***. trapezitem ille ***DEF***. TRAPA••••••MILL• ***A*** drachumarum ***B***. drahcumarum ***CDE***. drachmarum ***AZ***. dragmarum ***F*** olimpicum ***CDE***. olympium ***B***. olympico *Pii codices antiqui*' 426. dehibuiſti ***B***. debuiſti *reliqui. Illuc haud dubie spectat quod in* ***A*** *legi potuit* QUAS••••••••••••••BUISTI: *quae spatia olim interpretabar* de ratione ei debuisti *Parerg. I, p. 525 sq.* reddite ***BCDE***. reddere ***F***. reddito *Scaliger* 427. quaſpopondi ***BCDE*** dependi inquito *Camerarius, et ut videtur* ***A***. dependit inquid ***B***. dependit inquit *reliqui*. *Post hunc versum in* ***BCDEFZ***, *ante eum in* ***A*** *hic sequitur:* Qua ſponſione pronuper tu exactuſ eſ: *quem esse suppositicium demonstrari Parerg. l. s. s.* Quas sponsiones *vel* Quam sponsionem *Scaliger*. Quas sponsione pro *Acidalius* 428. adoleſcente *solus* (***A***) esse aibas *Guyetus*. ESSEAIIIBAS ***A***. aiebaſ eſſe *reliqui*

LESBONICVS.

Factum.

STASIMVS.

'Vt quidem illut périerit.

LESBONICVS.

Factum íd quoquest.

Nam núnc eum uidi míserum, et me eius míseritumst.

STASIMVS.

Miserét te aliorum, tŭi nec miseret néc pudet.

PHILTO.

Tempúst adeundi.

LESBONICVS.

Éstne hic Philto, qui áduenit?

Is hérclest ipsus.

STASIMVS.

Édepol ne ego istúm uelim

Meum fieri seruom cúm suo pecúlio.

PHILTO.

Erum átque seruom plúrumum Philtó iubet

Saluére, Lesboníсum et Stasimum.

---

429. LE. *om.* ***FZ*** ST. *om.* ***BFZ*** perierit. LE.] perierit. *K.* ***B*** quod eſt ***F***. quoque eſt *reliqui* 430. nunc] tunc *Lambinus* miſerum] miſerium ***CE***. eumiſerium ***D***. miſerrimum '*alibi exemplarium*' *Pius* et me *libri omnes* miſeritumſt *Camerarius*. miſerū unſt ***B***. miſerum unſi ***CDE***. miſertumſt ***FZ***

431. *inter* te *et* aliorum *rasura est in* ***B*** TUINEC ***A***, *Bentleius in Ter. Hec. I, 1, 7.* cui te nec *reliqui*. tui te nec *Pius*

432. Tempuſt adeundi ***B***. TEMPUSESTADEUNDI ***A***. tempuſ adeundi *reliqui, cum rasura in fine* ***B***. Tempus adeundi est *Camerarius* LE.] *K* ***B*** 433. Iſt ***D*** hercleſt ***BC***. hercleſt ***D***. hercle eſt *reliqui cum (**A**)* ST.] *A* ***B*** edepol ***Z*** NE ***A***. ni ***BCDEa***. nae *reliqui* 434. ſeruum *libri* 435. PH. *om.* ***B*** Herum ***FZ***. Erum *reliqui, et sic constanter* ſeruom ***B***. ſeruum *reliqui* plurimum *libri* 436. didunt ***B***. dii diunt ***F***. di diunt ***EZ***

LESBONICVS.

Dí duint
Tibi, Phílto, quaecquonque óptes. quid agit fílius?

PHILTO.

Bene uólt tibi.

LESBONICVS.

Edepol mútuom mecúm facit.

STASIMVS.

Nequam illut uerbumst ‘béne uolt’, nisi qui béne facit.
Ego quóque uolo esse líber: nequiquám uolo.
Hic póstulet frugi ésse: nugas póstulet.

PHILTO.

Meus gnátus me ad te mísit, inter se átque uos
Adfínitatem ut cónciliarem et grátiam.
Tuam uólt sororem dúcere uxorem: ét mihi
Senténtia eadémst ét uolo.

LESBONICVS.

Haut noscó tuum:
Bonís tuis rebus měas res inridés malas.

---

437. phylto *B* quaequôque *B*. queęquonque *Z*. queę quoniãq' *CDB*. quaecunque *AF* optes *cum spatio C* 438. uolt *F*. uult *reliqui cum A* LE.] *spatium B* aedepol *FZ* mutuom *B*. mutuum *reliqui cum A* meum *B* 439. ST. *om. B* nequicquam *FZ* uerbumst (*A*)*Z*. uerbum si *BCDE* uerbum est *F* uult *libri cum A, nisi quod* uul *C* 440. *X. praemittit B* ESSEUOLO *A*. uolo esse *reliqui* NEQUIQUAM *A*. nequidquam *B*. nequicquam *reliqui* uolō *B* 441. nugas postulet *B*. nugas postulat *reliqui* 442. adque *C* uos *Z*. nos *reliqui* 443. adfinitatem *BCDE*. affinitatem *reliqui* consolarem *C* 444. uol *B*. uolt *reliqui* *post* sororem *et rursum post* uxorem *vacuum spatium in C* 445. eademst *Z*. eadem si *B*. eadem sim *CDE*. eadem est *F* haud nosco tuum *BCDE*, *Bentleius in Ter. Eun. V, 8, 36*. haud nescio tu *FZ* hau nosce tuum *Camerarius*. au *posuit Palmerius Spicil. p. 859, ab Guyetus* 446. inrides *libri*

PHILTO.

Homo égo sum, tu homo's: íta me amabit Iúppiter,
Neque té derisum uéni neque dignúm puto.
Verum hóc quod dixi méus me orauit fílius,
Vt tŭam sororem póscerem uxorém sibi.

LESBONICVS.

Mearúm me rerum nóuisse aequomst órdinem.
Cum uóstris nostra nón est aequa fáctio:
Adfínitatem uóbis aliam quaérite.

STASIMVS.

Satín tu's sanus méntis aut animí tui,
Qui cóndicionem hanc répudies? nam illúm tibi
Ferentárium esse amícum inuentum intéllego.

LESBONICVS.

Abin híne dierecte?

STASIMVS.

Si hércle ire occipiám, uotes.

---

447. tu homo's *B*. homo tu eſ *libri* iupiter *BDEFZ* 449. QUOD *A*. ut *reliqui* meus] mei·ſ *B* 450. poſcere *B* ſibi uxorem *EFZ*. :ſibi :uxorem *D* 451. me rerum *Hermannus*. rerum me *libri* mouiſſe *B*. NOUISSE *an* NOSSE *A habeat, non satis apparuit* equumſt *Z*. aequom ſi *B*. aequum ſi *C*. equum ſi *DE*. aequum eſt *AF* 452. *vacuum spatium ab initio C* *post* Cum *rasura in B* uoſtriſ *pro* ueſtriſ *solus B* noſtrā *D* facio *Z* 453. affinitatem *F*. adfinitatem *reliqui* querite *BCDE* 454. satin tu's sanus *B*. ſat intuſ ſanuſ *BCE*. ſattuſ intuſ ſanuſ *D*. ſatin tu ſanuſ *FZ* 455. *personae spatium C* condicionem *ABC*. conditionem *reliqui* 456. ferentarium (*A*)*Z*, *Varro de l. lat. VII, 57*. ferent aneum *B*. ferent an eum *reliqui*. ferentaneum *Bothius* AMICUMESSE *A* intellego *omnes, et sic constanter* 457. dierecte *AFZ*. derecte *BCDE* hercle ire si *Hermannus* UOTES *A*. uotiſ *reliqui*. uetes *Camerarius*

LESBONICVS.

Nisi me áliut quid uis, Phílto, respondí tibi.

PHILTO.

Benígniorem, Lésbonice, té mihi,
Quam núnc experior ésse, confidó fore.
Nam et stúlte facere et stúlte fabulárier,
Vtrúmque, Lesboníce, in aetate haú bonumst.

STASIMVS.

Verum hércle hic dicit.

LESBONICVS.

'Oculum ego ecfodiám tibi,
Si uérbum addideris.

STASIMVS.

Hércle quin dicám tamen:
Nam sí sic non licébit, luscus díxero.

PHILTO.

Ita núnc tu dicis, nón esse aequiperábilis
Vostrás cum nostris fáctiones átque opes?

LESBONICVS.

Dicó.

---

458. me aliud quid *Hermannus.* quid me aliud *libri cum* ***A*** respondi tibi ***AB***. tibi respondit ***CDE***. tibi respondi ***FZ*** 462. utrunque ***F*** etate ***EF*** HAU ***A***. haud *reliqui* bonum est *solus* ***F*** 463. occulum ***D***. occultum ***E*** ego *om.* ***DEFZ*** ECFODIAMTIBI ***A***. effodiam tibi ***B***, *Acidalius.* tibi effodiam *reliqui* 464. quin *Pius, et ab* hercle *seiunctum Hermannus.* quidem ***F***. quid *relibui* 466. PH. *om.* ***B*** NUNCTU ***A***. tu nunc *reliqui* esse aequiperabilis ***Ca***. esse aequiperabiles ***BCbDF***. esse equiperabiles ***EZ***. ESS•I••QUIPERABIL•S ***A***, *et ita quidem ut sexta ab initio littera videatur* ***A*** *esse. Fuit igitur, nisi fallimur,* ESSET 467. *affert Nonius p. 304* uestras *libri cum* ***A*** adque ***C***

PHILTO.

Quid? nunc si in aédem ad cenam uéneris,
Atque íbi opulentus tíbi par forte obuénerit:
Adpósita cena sít, popularem quám uocant:
Si illí congestae sínt epulae a cluéntibus,
Si quíd tibi placeat, quód illi congestúm siet,
Edísne an incenátus cum opulento áccubes?

LESBONICVS.

Edím, nisi si ille uótet.

STASIMVS.

At pól ego, etsí uotet,
Edim átque ambabus mális expletís uorem,
Et quód illi placeat, praéripiam potíssumum:
Neque illí concedam quícquam de uitá mea.
Verécundari néminem aput mensám decet:
Nam ibi dé diuinis átque humanis cérnitur.

---

468. Quid nunc? *vulgo coniungitur.* quid tunc ***Z***. quid tu *Acidalius* cenam ***ABEF***. cęnam ***C***. coenam ***DZ*** 469. adque ***C*** opulentiuf ***F*** par *om.* ***F*** OBUENERIT ***A***, *Pistoris.* ut uenerit ***BCDEZ***. ut uenerif ***F*** 470. ADPOSITA ***A***. appofita *reliqui* CENASIT ***A***, *Hermannus.* fit coena ***DZ***. fit cęna ***C***. fit cena ***EbF***. eft cena ***Ea*** fit cenā ***B*** 471. illic ***F*** congefte ***BCDE*** aepulae ***C***. aepule ***B***. epule ***E*** CLUENTIBUS ***A***. clientibuf *reliqui* 472. tibi ***FZ***. illi ***BCDE*** illic ***F***
473. Aedifne ***BCD***. Edef ne ***Z*** incenatuf ***ABCE***. incoenatuf *reliqui* accubef ***AB***. accumbef *reliqui* 474. EDIM ***A***, *Camerarius.* edit ***BCDE***. edam ***FZ*** nifi fi *libri cum* ***A***. nisi *Camerarius* uotet] UOLET ***A***. uetet *reliqui* ST.] ***A B*** ego *supr. scr.* ***D*** ETSI ***A***, *Hermannus.* etiamfi *reliqui* UOTET ***A***. uetet *reliqui* 475. edam ***FZ*** adque ***C*** MAGIS ***A*** expletus *Gronoviana* 476. *personae spatium* ***C*** placet ***F*** pre eripiam ***BCDE*** potiffimum *libri cum* ***A*** 479. adque ***C*** cernim ***Da***

STASIMVS.

Eheú, ubi dicto níl erat usus, spóndeo
Dicébat: nunc hic, quom ópus est, non quit dícere.

LESBONICVS.

Quom adfínitate uóstra me arbitrámini
Dignum, hábeo uobis, Phílto, magnam grátiam.
Set si haéc res grauiter cécidit stultitiá mea,
Philtó, 'st ager sub úrbe hic nobis: ĕum dabo
Dotém sorori: nam ís de stultitiís meis
Solús superfit praéter uitam rélicuos.

PHILTO.

Profécto dotem níl moror.

LESBONICVS.

Certúmst dare.

STASIMVS.

Nostrámne, ere, uis nutrícem, quae nos éducat,

---

503. ST.] *A* ***B*** heu ***Z*** dicto nil erat usus ***R***. ubi usus nihil erat dicto *libri cum* ***A***. nihil erat dicto usus *Hermannus*. nihil usus erat dicto *Guyetus* 504. DICEBANT ***A*** quom ***B***. cum ***A***. quoniam *reliqui* quit ***BFZ***. quid ***ACDE*** 505. Quom ***B***. Cum *reliqui cum A* affinitate ***F***. adfinitate *reliqui cum* ***A*** uostrâ ***B***. urã ***CD***. uestra ***AEFZ*** mea ***BCDE*** 506. HABE • OBIS ***A*** filio ***BCDE*** 507. SE • SIHAKCRES ***A***. Sed etsi hercles ***BCDEZ***. Sed etsi hercle res ***F***. Sed etsi haec res *Saracenus*. Sed etsi hercle *Camerarius* cecidi *Lambinus* stulticia ***CFZ*** 508. Philto est *libri* 509. STULTITIISMEIS ***A***. stultitia mea *reliqui, nisi quod* stulticia ***FZ*** 510. *hoc loco habent* ***AEbFZ***, *ante v. 507* ***BCDEa*** preter ***BE*** reliquus *libri hic et ubique* 511. certunst ***Z***. certum si ***BCDE***. certum est ***AF*** 512. Nostram neeleuis nutrice ere ***BCDE***, *nisi quod* nel leuis ***C***. Nostram ne nutricem here ***Z***. Nostramne ducis nutricem here ***F***. Nostramne uis nutricem here *Gruterus*. Nostramne te nutricem here *Acidalius*. Nostramne nutricem, here, uis *Hermannus*. NOSTRAMNEERE UISIO • • • • • • TRICEM ***A***, *et ita quidem ut paenul-*

Abálienare a nóbis? caue sis féceris.
Quid edímus nosmet póstea?

LESBONICVS.

Etiam tú taces?
Tibi egón rationem réddam?

STASIMVS.

Plane périimus,
Nisi quíd ego comminíscor. Philto, té uolo.

PHILTO.

Si quíd uis, Stasime.

STASIMVS.

Huc cóncede aliquantúm.

PHILTO.

Licet.

STASIMVS.

Arcáno tibi ego hoc díco, ne ille ex té sciat
Neue álius quisquam.

PHILTO.

Créde audacter quídlubet.

STASIMVS.

Per dĕos atque homines díco, ne tu illúnc agrum

---

tima ante lacunam littera videatur T *esse. Fortasse igitur rarius vocabulum positum fuit pro* nutricem. *Velut:*

Nostramne, ere, toleratricem, quae nos educat,
Te abalienare a nobis?

que ***BE*** 514. Qui dedemuſ ***BE*** 515. Tibi egon ***R*** *Parerg. I, p. 593.* TIBINEGON ***A***. tibi ego *reliqui* periimus *Camerarius.* perimuſ *libri cum* ***A*** 516. philio ***BCDa***. filio ***DbE*** 518. archano ***DbEF*** 519. quiſque ***F***. QUISQUISQUAM ***A*** *post* audacter *spatium* ***C*** quid iubet ***B*** 520. adque ***C*** illunc (***A***) ***B***. illum *reliqui*

Tuum síris umquam fíeri neque gnatí tui.
Ei 'rei árgumenta dícam.

P H I L T O

Audire edepól lubet.

S T A S I M V S.

Primum ómnium olim térra quom proscínditur,
In quíncto quoque súlco moriuntúr boues.

P H I L T O.

Apage.

S T A S I M V S.

'Acheruntis óstium in nostróst agro.
Tum uínum, priusquam cóctumst, pendet pútidum.

L E S B O N I C V S.

Consuádet homini, crédo. etsi sceléstus est,
At mi ínfidelis nón est.

S T A S I M V S.

Audi cétera.

Post íd, frumenti quom álibi messis máxumast,
Tribus tántis illi mínus redit quam obséueris.

---

521. SIRIS ***A***, *Camerarius*. ſciriſ ***BCDE***. ſinaſ ***FZ*** UMFIERI *et in fine versus* TUIQUAM ***A*** 522. argumenta ***B***. ARGUMENTI ***A***. argumentum *reliqui* aedepol ***FZ*** iubet ***BC*** 523. cum *reliquorum om.* ***A*** 524. QUINCTO ***A***. quinto *reliqui* 525. acheruntiſ ***ACDEF***. accheruntiſ ***B***. acherontiſ ***Z*** hoſtium ***AFZ*** noſtroſt ***CDEFZ***. noſtro ſi ***B***. NOSTROEST ***A*** 526. tuum ***C*** coctumst *Valla, Scriverius*. COCTUMEST ***A***. coactum ſi ***B***. coactumſt *reliqui, defensum a Gronovio Observ. IV, 3* post pendet *spatium* ***CE*** 527. LE. *om.* ***B*** etſi]et ***C*** 528. *vacuum spatium* ***CE*** mih ***C***. mihi *reliqui cum* ***A*** ST. *om.* ***BE*** cetęra ***C***. cętera ***DZ*** 529. post] p' ***D*** QUOM ***A***, *Camerarius*. quo ***BCDF***. quod ***E***. quando ***Z*** meſiſ ***A*** maximaſt ***Z***. maxima eſt ***AF***. maxima ſim *reliqui* 530. illic ***F***. *aut* ILLIC *aut* ILLIS ***A***. ille *Pius* manuſ ***Ba***. miniſ ***Ca*** redit *Lambinus*. reddit *libri cum* ***A*** obſeuerit ***Da***. obſeruerit ***F***

PHILTO.

Hem, istíc oportet ópseri morés malos,
Si in ópserendo póssint interfíeri.

STASIMVS.

Neque úmquam quisquamst, quóius ille agér fuit,
Quin péssume ei res uórterit. quorúm fuit,
Alii éxulatum abiérunt, alii emórtui,
Alií se suspendére. en, nunc hic, quóius est,
Vt ad íncitast redáctus.

PHILTO.

Apage istúnc agrum.

STASIMVS.

Magis ápage dicas, si ómnia ex me audíueris.
Nam fúlguritae súnt ibi alternae árbores:

---

531. Em ***AB*** opferi ***B***. obferi *reliqui* 532. ſi in opſerendo ***BC***. ſi inopſ herendo ***DE***. ſi in obſerendo *reliqui* interſici ***F***. interficier ***Z*** 533. ST. *om.* ***B*** quisquam est *Camerarius*. quiſquam ſi ***BCDEZ***. quiſquam ***AF*** quoiuſ ***B***. quo uiſ ***CDE***. cuiuſ ***AFZ*** 534. peſſime ***B*** uorterat ***B***. UERTERIT ***A*** quorum (*a prioribus seiunctum*) *Saracenus*. quoium ***B***. cuium *vel* ciuum ***C***. ciuium ***Z***. cuiũſ ***D***. cuium ***AEF*** 535. EXOLATUMABIERE ***A***. exulatum abierunt *reliqui*. exſolati abierunt *Nonius p. 123* alii *supr. scr. ant. m.* ***D*** 536. en *Hermannus*. em ***AB***. hem *reliqui* quoiuſ ***B***. cuiuſ *reliqui cum* ***A***

537. incitast redactus ***R***. INCITAS • REDACTUS ***A***. incitaſ redactuſ ***BCDEZ***. mendicitatem redactuſ ***F***. incitaſ redactuſ eſt *Nonius* apage iſtunc ***R***. apage a me iſtunc *libri*. (APAGEAME *apparet etiam in* ***A***.) apage a me istum *Camerarius* 538. ex me *Kampmannus de AB praep. p. 29*. a me (***A***)***B*** . mea ***CDE***. *om.* ***FZ*** audieriſ ***F*** 539. fulguritae sunt ***AB***, *Pius*. fulgur ita ſunt ***CDE***. fulguritaſſunt ***FZ***. 'fulgure ita afflatae ſunt *Iacobus Gutherius reperit in veteri suo codice, quem vide lib. I. de iure Manium lib. I. cap. 4*': *Pareus* ibi ***R***. hic *Camerarius*. *om. libri cum* ***A***

Sués moriuntur ángina illi acérrume:
Oués scabrae sunt, tám glabrae, en, quam haec ést manus.
Tum autém Surorum, génus quod patientíssumumst
Hominúm, nemo exstat qui íbi sex mensis uíxerit:
Ita cúncti solstitiáli morbo décidunt.

PHILTO.

Credo égo istuc, Stasime, ita ésse: set Campás genus
Multó Surorum iam ántidit patiéntiam.
Set is ést ager profécto, ut te audiuí loqui,
Malós in quem omnis públice mittí decet.
Sicút fortunatórum memorant ínsulas,
Quo cúncti, qui aetatem égerint casté suam,
Conuéniant: contra istúc detrudi máleficos
Aequóm uidetur, quí quidem istius sít modi.

---

540. angiua *F* illi *B*. hic *Hermannus*. *om. libri cum A* acerrumę *Z*. acerruma *Lambiniana* *Totum versum sic Bothius transposuit:* Acerrume moriuntur angina sues 541. ſcabre *BCD* glabre *B*. galabre *CDE* en *Hermannus*. em *B*. hem *reliqui* eſt *om. B* 542. Surorum *alibi*, syrorum *hic libri* PATIENTISSIMUMEST *A*. pacientiſ ſū munc ſī *B*. pacientiſ ſum mun *CD*. patientiſ ſummum *E*. patientiſſumum *Z*. patientiſſimum *F* 543. EXSTAT *A*. extat *reliqui* menſeſ *libri* 544. ſolſticiali *CDEFZ*

545. campaſ *BCDEZ*. campanſ *F*, '*libri veteres*' *Lambini*, *e Nonio p. 486*. CAMPAN • *A h. e. aut* CAMPANS *aut fortasse* CAMPANŪ

546. molto *C* Surorum *Nonius*. syrorum *libri* antidit *ABCE*. antodit *D*. anteit *FZ*. anteiſ *Diomedes p. 394* patientiam *R Parerg. I, p. 340*. patlentia *BCDE*. patientia *FZ*. ſapientia *Diomedes* 547. Sta. *praemittit Z* is est *Bothius*. iſteſt *B*. *Aut* ISEST *aut* ISTEST *A*. iſte eſt *reliqui* ut te] uite *Da*

548. moloſ *C* omneſ *libri* dicet *C* 549. memorat *Ca* 550. EGERINT *A*, *Hermannus*. egerunt *reliqui*, *nisi quod* egrerunt *Da* CASTESUAM *A*, *Camerarius*. caſteſum *BCDE* caſte *FZ* 551. ISTUC *A*. iſtoc *reliqui* deſtrudi *B*. detrundi *C* 552. aequom *B*. aequum *reliqui cum A* qui idem ſi iſtiuſmodi ſit hoſpitium *FEb* SIT *A*. *om. Da*. ſiat *reliqui*

STASIMVS.

Hospítiumst calamitátis. quid uerbís opust?
Quamuís malam rem quaéras, illic réperias.

PHILTO.

At tu hércle et illi et álibi.

STASIMVS.

Caue sis díxeris
Me tíbi dixisse hóc.

PHILTO.

Díxti tu arcanó satis.

STASIMVS.

Quin híc quidem cupit illum áb se abalienárier,
Si quém reperire póssit, os quoi súblinat.

PHILTO.

Meus hércle nunquam fíet.

STASIMVS.

Si sapiés quidem.
Lepide hércle agro hoc ego húnc senem detérrui:
Nam quí uiuamus níhil est, si illum amíserit.

---

553. ST. *om.* ***EFZ*** Hoſpicium eſt ***BCDE***. hoſpitium eſt *reliqui* ST. quid ***F*** *post* uerbiſ *spatium* ***C*** opuſt ***CD***. opuſi ***B***. opuſ eſt *reliqui* 554. quaeraſ ***ACDEFZ***. quaerenſ ***B*** 555. PH.] LE. ***EFZ***. *spatium* ***C*** et illi ***B***. illi ***CDEZ***. illic ***F***. ETILLIC ***A*** *Stasimo haec continuat Bothius:* At tu hercle et illi et alii caue sis dixeris 556. *personae spatium* ***C*** dixti tu ***B***. DIXTI ***A***. dixiſti *reliqui* archano ***DEF*** 557. quidem *om.* *Guyetus* ABSE ***A***, *Hermannus*. apſeſe ***B***. ab ſeſe *reliqui* 558. SIQUEM ***A***, *Acidalius*. ſi quidem *reliqui* repperire ***DZ***. reperiri *Gronoviana* possit (***A***), *Hermannus*. poſſet *libri*. possiet *Camerarius* os quoi ***B***. CUIOS *vel* CUIUS ***A***. cuiuſ oſ ***FZ***. cuiuſ *reliqui* 559. PH. *om.* ***Z*** hercle ***B***. quidem hercle *libri cum* ***A***. *Licet etiam* quidem *sine* hercle 560. herchc ***B*** agro hoc ego ***B***. AGROEGOHOC ***A***. de agro ego *reliqui* 561. NAMQUIUAMUS

PHILTO.

Redeo ád te, Lesboníce.

LESBONICVS.

Dic sodés mihi,
Quid hic ést locutus técum?

PHILTO.

Quid censés? homost:
Volt fíeri liber, uérum quod det nón habet.

LESBONICVS.

Et ego ésse locuples, uérum nequiquám uolo.

STASIMVS.

Licitúmst, si uelles: núnc, quom nihil est, nón licet.

LESBONICVS.

Quid técum, Stasime?

STASIMVS.

Dé istoc, quod dixtí modo:
Si anté uoluisses, ésses: nunc seró cupis.

PHILTO.

De dóte mecum cónueniri níl potest:
Quod tíbi lubet, tute ágito cum gnató meo.

A *post* illum *spatium* *C* 562. PH. *om.* *B* ad te] ate *D* 563. ESTLOCUTUS *A*. locutuſ *reliqui*. locutust *Hermannus* cenſeſ homoſt *FZ*. CENSESHOMOEST *A*. cenſuſ homoſt *CDE*. cenſuſ homo ſt *B* 564. uult *libri* quod det non habet] nequicquam uolo *B* *post* det *spatium* *C* 565. LE.] *K* *B* ego *supr. scr.* *D* locuplex *Ea* NEQUIQUAM *A*. necquicquam *C*. nequicquam *reliqui* (*praeter morem*) 566. ST.] *E* *B* LICITUM ESTSI *A*. licitu ſi (*vel* licituſi) *BCDE*. licitum ſi *FZ*. licuit *Guyetus* quõ *B*. CUM *A*. quoniam *reliqui* 567. dixti *Scaliger*, *Guyetus*. dixiſti *libri* 568. ante *Guyetus*. antea *libri* 569. dotem *B* conueniri nihil potest *Acidalius*. conuenire nihil poteſ *libri* 570. Quod *Dousa ms.*, *Hermannus*. Quid *libri* gnato *F*, *Pareus*,

Nunc tŭam sororem fílio poscó meo:
Quae rés bene uortat. quíd nunc? etiam cónsulis?

LESBONICVS.

Quid istíc? quando ita uis, dí bene uortant: spóndeo.

PHILTO.

Numquam édepol quoiquam tam éxpectatus fílius
Natúst, quamst illut spóndeo natúm mihi.

STASIMVS.

Di fórtunabunt uóstra consilia.

PHILTO.

'Ita uolo.
I hac, Lésbonice, mécum, ut coram núptiis
Dies cónstituatur: ĕadem haec confirmábimus.

LESBONICVS.

Set, Stásime, abi huc ad mĕam sororem ad Cálliclem:
Dic, hóc negoti quómodo actumst.

STASIMVS.

'Ibitur.

Naekius Opsc. I, p. 188. nato *reliqui* 572. Querens ***B*** nunc etiam *ante Acidalium* consulis *Camerarius.* confuif ***B***. cum ſuif ***CDE***. non uif ***Z***. num uif ***F*** 573. iſtuc *Hermannus* uortat ***B*** 574. PH. *om.* ***BFZ***. *spatium* ***E***. '*in quibusdam codicibus hic loquitur Stasimus*': *Pius* cuiquam tam ***FZ***. quoiquam ***B***. cuiquam *reliqui (sed* ***D*** *m. ant. in margine tantum)* expectatuſ *libri, nisi quod* expect^{ta}uſ ***B*** 575. Natuſt ***B***. Natuſ *libri. In* ***A***, *nisi deficeret, non dubito quin* GNATUST *scriptum reperiremus* quamſt ***B*** eſt illud *Camerarius.* illud eſt *libri* 576. uoſtra ***B***. ueſtra *reliqui* *affert Nonius p. 109* 577 *et* 578, *qui cum tertio 590 in libris sequuntur post v. 581, huc transposuit Bothius, tertium illum post v. 589* *E* (*i. e.* LESB.) *praemittit* ***B*** lebonice ***Da*** noptiiſ ***B*** 579. habi ***B*** ad *om.* ***F*** callidem ***FC*** 580. negotii ***B***. negocii *reliqui* actumſt ***CD***. actum ſi ***B***. actum eſt *reliqui*

LESBONICVS.

Et grátulator měae sorori.

STASIMVS.

Scílicet.

LESBONICVS.

Dic Cállicli, me ut cónuenat.

STASIMVS.

Quin tu í modo.

LESBONICVS.

De dóte ut uideat quíd facto opus sit.

STASIMVS.

'I modo.

LESBONICVS.

Nam cértumst sine dote haút dare.

STASIMVS.

Quin tu í modo.

LESBONICVS.

Neque enim ílli dampno umquam ésse patiar

STASIMVS.

'Abi modo.

LESBONICVS.

Meam néglegentiam.

---

582. callidi ***FZ*** me ut conuenat ***R***. me ut conueniat *libri*. mi ut conuenat *Bothius cum proximo versu construens duce Acidalio. Cf. Hermanni praef. p. XIX. Licebat etiam* med út conueniat: Tu i modo 583. facto opus sit ***R*** *Parerg. I, p.* 5*26*. possit facto *libri, h. e.* opus sit facto *interprete Camerario* í modo] Imodo ***C*** 584. LE. *om.* ***B*** certumst ***Z***. certum si ***BCDE***. certum est ***F*** sine dote haud dare *Pius*. sine dote haddare ***B***. sine dote addere ***DEZ***. sime dote addere ***C***. dotem dare ***F***. sine dote non dare *Saracenus*. me sine dote haud dare *Taubmannus, casu puto* 585. dampno ***CD***. damno *reliqui* umquam ***BC***. unquam *reliqui* 586. negligentiam ***F***

STASIMVS.

'I modo.

LESBONICVS.

Nulló modo

Aequóm uidetur, quín, quod peccarim

STASIMVS.

'I modo.

LESBONICVS.

Potíssumum mihi id ópsit.

STASIMVS.

I modo.

LESBONICVS.

'O pater,

En úmquam aspiciam te?

STASIMVS.

'I modo, i modo, í modo.

LESBONICVS.

Eo: tu ístuc cura, quód te iussi: ego iam híc ero.

STASIMVS.

Tandem ímpetraui abíret. di, uostrám fidem,

---

i modo. LE. nullo modo ***B***. i modo. (LE.) o pater *libri, nisi quod* o pater *una cum proximo versu om.* ***F***. o pater *apparet e v. 588 huc irrepsisse, similiter atque v. 564. 1174 factum.* i modo, i modo, o pater *inter alia Acidalius.* i modo, i modo. LE. neque *Bothius* 587. *E.* Aequom ***B***. aequum *praecedente vacuo spatio* ***CDE***. aequum ***Z*** quin *libri.* qui *Hermannus* peccarim ***DEZ***. peccarem ***B***. peccarum ***C*** Imodo ***C*** 588. potiſſimum *libri* opſit ***BCDE***. obſit ***FZ*** patere ***F*** 589. Enumquam ***BC***. Sta. Nunquam ***F*** ST. *om.* ***F*** 590. *quo loco in libris scriptus sit, dixi ad v. 577* LE. *om.* ***B***. *spatium* ***C*** Eo: tu ***B***. Tu *libri.* Tute *Bothius* curato *Hermannus* te iussi: ego iam ***B***. iussi ego iam *libri.* ego iussi: iam *Hermannus* 591. Vſtram ***C***. ueſtram *reliqui*

Edepól re gesta péssume gestám probe,
Siquídem ager nobis sáluos est: etsi ádmodum
In ámbiguo etiam núnc est, quid ea ré fuat.
Set si álienatur, áctumst de colló meo:
Gestándust peregre clúpeus, galea, sárcina.
Effúgiet ex urbe, úbi erunt factae núptiae:
Ibít iste hinc aliquo in máxumam malám crucem
Latrócinatum, aut ín Asiam aut in Cíliciam.
Ibo húc, quo mi imperátumst, etsi odi hánc domum,
Postquam éxturbauit híc nos nostris aédibus.

---

592. reſ geſta peſſime i geſta ***F*** geſtam] geſta ***Z***. geſtam *Lambinus, imprudens ut videtur* 593. ſaluuſ *libri* 594. ambiguo etiam nunc est ***B***. ambiguo eſt etiam nunc *libri*, nisi quod ambiguē[o] ***D*** quid ea *Scioppius Susp. lect. II, 13.* quid dea ***B***. quid de hac *reliqui* fuat ***BC***. ſlat[v] ***D***. fiat ***EFZ*** 595. ſi *Camerarius*. id ſi *libri* actumſt ***Z***. actum ſi ***BCDE***. actum eſt ***F*** 596. geſtanduſt ***B***. geſtandu ſi ***B***. geſtandu ***C***. geſtandum ***DE***. geſtanduſ ***FZ*** clupeuſ ***B***. clipeuſ *reliqui* 597. ube[r] ***D*** facte nuptie ***BE*** 598. iste hinc ***B***. iſtac *libri*. iſtinc *Dousa Explan. Pl. IV, 23.* ille iſtim *Pareus* maximam *libri* 599. ſiciliam ***F*** 600. imperatumſt etſi ***Z***. imperatum ſtet ſi ***BCDE***. imperatum ſiet ***F*** 601. nos *om.* ***F*** nostris *Guyetus.* ex noſtriſ *libri* aedibuſ callideſ ſtaſſmuſ ***B***

ACTVS III.

CALLICLES. STASIMVS

CALLICLES.

Quómodo tu istuc, Stásime, dixti?

STASIMVS.

Nóstrum erilem fílium

Lésbonicum sŭam sororem déspopondisse: hóc modo.

CALLICLES.

Quoí homini despóndit?

Act. III. Sc. 1. Callidef fenex. Stafimuf feruuf ***FEb***. Callidef fenex. feruuf Stafimuf ***Z***. PHILTO SENEX. STASIMVS SERVVS ***Ea***. PHILTO SENEX SERVVS S^T^ASIMVS ***D***. SENEX SERVVS C ***B***, *et sine* C ***C*** *Calliclis et Stasimi nomina graecis litteris B et K notat* ***B*** 602. dixti *Dousa ms., Guyetus.* dixifti *libri* nostrum] *Stasimo tribuunt* ***BFZ***, *Callicli continuant reliqui: ut* uestrum *coniecerint Scaliger, Lambinus* erilem ***B***. herilem *reliqui* 603. defpopondisse *Camerarius.* defpondiffe ***EbFZ***. defpondiffem ***BCDb***. defpondiffet ***Da*** hoc modo] *Stasimi personam praescribunt* ***CDE*** 604. Cui *libri*

STASIMVS.

Lysitelí, Philtonis filio,
Síne dote.

CALLICLES.

Sine dóte ille illam in tántas diuitiás dabit?
Nón credibile dícis.

STASIMVS.

At tute édepol nullus créduas.
Si hóc non credis, égo credidero

CALLICLES.

Quíd?

STASIMVS.

Me nihili péndere.

CALLICLES.

Quámdudum istuc aút ubi actumst?

STASIMVS.

'Ilico, hic ante óstium:
Támmodo, inquit Praénestinus.

CALLICLES.

Tánton' in re pérdita
Quam ín re salua Lésbonicus fáctus est frugálior?

---

605. *Fortasse* Hem sine dote *Callicli tribuendum* diuitiaſ *supr. scr.* **D** 606. diceſ **BCDE** tute edepol *Bothius.* tuaedepol **B**. tua edepol **CDE**. tu aedepol **FZ**. *Transposuit Hermannus* tu nullus edepol creduas *Camerarius.* credaſ *libri, Donatus in Eun. II, 1, 10* 607. nihili *Camerarius.* nihil *libri* 608. Quandudum **B** auttubi **B** actunſt **B**. actumſt *reliqui* ilico, *non* illico, *libri et hic et alibi constanter* hinc **F** oſtium **C**. hoſtium *reliqui* 609. Tammodo inquit Praeneſtinus *ex Attio affert Festus, de quo vide Parerg. I, p. 40* preneſtinuſ **BZ**. praeneſtinoſ **Ca**

STASIMVS.

'Atque quidem ipsus últro uenit Phílto oratum fílio.

CALLICLES.

Flágitium quidem hércle fiet, nísi dos dabitur uírgini.
Póstremo edepol égo istanc ad me rem áttinere intéllego.
'Ibo ad meum castígatorem atque áb eo consiliúm petam.

STASIMVS.

Própemodum, quid illíc festinet, séntio et subolét mihi:
'Vt agro euortat Lésbonicum, quándo euortit aédibus.
'O ere Charmidé, quom apsenti hic túa res distrahitúr tibi,
'Vtinam te redísse saluom uídeam, ut inimicós tuos
'Vlciscare et míhi, ut erga te fui ét sum, referas grátiam.
Nímium difficilést reperíri amícum ita ut nomén cluet,
Quoí tuam quom rém credideris, síne omni cura dórmias.
Sét generum nostrum íre eccillum uídeo cum adfiní suo.
Néscio quid non sátis inter eos cónuenit: celerí gradu

611. quidem *Hermannus*. equidem *libri* iſuſ *C* 613. aedepol *Z* ego istanc ad me rem *R*. ego iſtam rem ad me *libri*. istam rem ad me ego *Guyetus*. ad me ego istam rem *Hermannus*. ego istam rem ad med *Bothius*. *Licet etiam* istam ego ad me rem adtinere intelligo *F* 614. adque *C* 615. Probemodum *Ba* 616. euortat *libri omnes* euertit *item omnes* edibuſ *BC* 617. *vacuum spatium C* ere *BCD*. here *EFZ* charmide *libri: pro quo vix dubitandum quin poeta* Charmides *scripserit* quom absenti *Hermannus*. quom apſente te *B*. qm̃ abſente te *D*. quoniam abſente te *reliqui*. quam absente te *Camerarius* 618. ſaluam *C*. ſaluũ *B*. ſaluum *reliqui* 619. ulciscare *Camerarius*. ulciſcar *libri* et mihi *R*. ut mihi *libri* 620. difficile eſt *EF*. dificil eſt *B*. difficileſt *reliqui* reperiri *BEa*. repperiri *CDZ*. reperire *EbF* inimicum *BCDE* Eluet *Z* 621. Quoi *B*. cui *reliqui* cum *libri* crediderif *F*, *Saracenus*. crederiſ *reliqui* ſi[ne] *D* 622. eccillum *FZ*. ecillum *reliqui* affini *DEFZ* 623. gradu Şunt *Acidalius*. gradu Eunt *FZ*. graduſ Eunt *reliqui*

Súnt uterque: illé reprehendit húnc priorem pállio.
Haút ei euscheme ástiterunt. húc aliquantum apscéssero:
Ést lubido órationem audíre duorum adfínium.

LYSITELES. LESBONICVS. STASIMVS.

LYSITELES.

Sta íloco: noli áuorsari, néque te occultassís mihi.

LESBONICVS.

Pótin' ut me ire, quó profectus súm, sinas?

LYSITELES.

Si in rém tuam,

Lésbonico, essé uideatur, glóriae aut famaé, sinam.

LESBONICVS.

Quód est facillumúm, facis.

---

illic *Hermannus* 625. Haut ***B***. Haud *reliqui* ei euscheme ***R***. in eufce mea ***B***. ineuf ce mea ***C***. in eiufce mea ***DE***. iuxta me ***FZ***. illi euscheme *Camerarius* aftiterunt *libri* abfceffero ***F***. apfeffero ***B***. abfeffero *reliqui, correctum iam in antiquissimis post principem edd.* 626. audire *cum spatio* ***C*** affinium ***DEFZ***. Lifytelif Lefbonicus Stafimuf *agglutinat* ***B***

Act. III. Sc. 2. Lyfitelef Lefbonicuf adolefcentef duo. Stafimuf feruuf ***F***. ADOLESCENTES II. SERVVS STASIMVS LYSITELIS LESBONICVS ***DE***. Adolefcentef duo. Lyfitalef. Lefbonicuf. Seruuf Stafimuf ***Z***. ADVLESCENTES II. SERVVS Є ***B***, *et sine* Є ***C***

Lysitelis, Lesbonici, Stasimi personas graecis Z, E, K litteris notat ***B*** 627. aduorfari ***Z***. aduerfari ***EF*** 628. quod ***CDE***

tuae *Bothius* 629. glorie ***B*** fame ***BC*** gloriam aut famam *expetebat Lambinus* 630. Quod] quid ***Z*** facillimum ***EFZ*** facef ***Ea***

LYSITELES.

Quid id ést?

LESBONICVS.

Amico iniúriam.

LYSITELES.

Néque meumst neque fácere didici.

LESBONICVS.

Indóctus quam docté facis.
Quíd faceres, si quís docuisset te, út sic odio essés mihi?
Quí mihi bene quom símulas facere, mále facis, male cónsulis.

LYSITELES.

Égone?

LESBONICVS.

Tu ne.

LYSITELES.

Quíd male facio?

LESBONICVS.

Quód ego nolo, id quóm facis.

LYSITELES.

Tŭae re bene consúlere cupio.

LESBONICVS.

Tún mi's melior quam égo mihi?
Sát sapio, satis, ín rem quae sint mĕam, ego conspició mihi.

---

631. meust ***BCZ***. meumst ***D***. meûst ***E***. meum est ***F*** LE. *om.* ***BCDEa*** *post* indoctus *personae spatium* ***C*** quan ***C***
633. Qui mihi bene quom simulas facere ***R***. Qui bene cum simulas facere mihi te *libri*. Qui *delebat Hermannus*, quom *Bothius* 634. tu ne ***EZ***. tune ***BCD***. tu nae ***F*** quid] qui *Acidalius* uolo ***Z*** cum *libri* 635. tun' mihi es *et* ego mihi *Guyetus*. tu mihi es *et* egomet mihi *libri* 636. *ab initio personae spatium* ***C*** in re quae sint mea *Pareus ed. tert.*, '*quomodo doctissimus Gifanius reperit in antiqq. libb.*' remq. sint ***DE***

LYSITELES.

'An id est sapere, ut quí beneficium a bénevolente répudies?

LESBONICVS.

Núllum beneficium ésse duco id, quóm, quoi facias, nón placet.
Scío ego et sentio ípse quid agam, néque mens offició migrat,
Néc tuis depéllar dictis, quín rumori séruiam.

LYSITELES.

Quíd ais? nam retinéri nequeo, quín dicam ea quae prómeres:
'Itan tandem hanc maióres famam trádiderunt tíbi tui,
'Vt uirtute eorum ánteparta pér flagitium pérderes,
'Atque honori pósterorum tŭorum ut tu obex fíeres?

---

637. ID • IST *A h. e.* IDDEST *ut videtur*. idem ***Ea*** BENEFICIUMABENEUOLENTE ***A***, *et sic Lambinus, Scaliger*. beneficium beneuolente ***BCDEZ***. beneficium beneuolentem ***F*** repudiet *Lambinus* 638. quom quoi] CUMCUI ***A***. quod quoi ***B***. quod cui *reliqui*
639. *Lysiteli tribuunt* ***BEaZ***, *personae spatium habent* ***CD***. *Correxit* ***F***, *Acidalius* MENSOFFICIO ***A***. mſe officium ***BCD***. mense officium ***E***. a me officium ***FZ***. se a me officium *Reizius*. meum se officium *Scioppius Susp. lect. II, 1. Fortasse scripsit poeta* mens se officio. *Cf. Kampmannum de AB praep. p. 24* *ante* migrat *spatium* ***C*** 640. Neque ***F*** DEPELLAR ***A***. depellor *reliqui*
dictoſ ***Ea*** 641. Quid ais *Lesbonico tribuunt* ***BZ***: *correxit Acidalius, iungens ille* quid ais nam? quid ịaiſ ***D*** retinere ***F***, *Nonius p. 475* eaque ***BEF*** 642. Itan tandem hanc ***R*** *Parerg. I, p. 523.* ITANETANDEMHANC ***A***. Itane tandem *reliqui*. Ita tandem *Hermannus*. Itane tandem tibi, *deleto in fine* tibi, *Bothius*
MAIIORES ***A*** 643. anteparta] ANTEUER • A ***A*** (anteuersa?)
644. Atqui *Gronovius Observ. IV, 3, segregans haec a superioribus et cum proximis iungens* .posterum *Scaliger* tu obex ***R***. uindex *libri (nisi quod in* ***B*** i *littera arrosa potius est quam 'erosa') cum* ***A***, *defensum a Turnebo Advers. XIX, 28 et Vossio de ana-*

Tíbi paterque auósque facilem fécit et planám uiam
'Ad quaerundum honórem: tu fecísti ut difficilís foret,
Cúlpa maxuma ét desidia tŭisque stultis móribus.
Praĕoptauisti, amórem tuum tu uírtuti ut praepóneres:
Núnc te hoc pacto crédis posse obtégere errata? aha, nón itast.
Cápe sis uirtutem ánimo, et corde expélle desidiám tuo.
'In foro operam amícis da, ne in lécto amicae, ut sólitus es.
'Atque istum ego agrum tíbi relinqui ob ĕam rem iam enixe éxpeto,
'Vt tibi sit, qui té corrigere póssis: ne omnino ínopiam
Cíues obiectáre possint tíbi, quos tu inimicós habes.

LESBONICVS.

'Omnia ego istaec quaé tu dixti scío, uel exsignáuero:

---

logia I, 34. p. 529. atque *servato* uibex *coniecit Camerarius, probarunt Lambinus, Dousa, Acidalius.* index *Scaliger.* inlex *in Plantinianae exemplo Leidensi XIII. D. 303 ascriptum est.* uendax (*et antea* honoris) *Bothius* 645. PATERAUUSQUE *A*. paterque auosque *reliqui* FECIT *A, Pius.* facit *reliqui* 646. At *D* QUAERUNDUM *A*. quaerendum *reliqui* difficilis *ABF*. difficilius *reliqui* 647. Culpã *B* maxuma *Bothius.* maxime *libri* tuis quom stultis *Acidalius cum proximis construens* 648. Preoptauisti *BE*. PRAEOPTASUISTI *A* tuum tu uirtuti ut *R*. tuum uti uirtuti *libri cum A*. tuum uirtuti uti *Hermannus.* uirtuti ut tuom *Bothius. Licebat etiam* Praeoptauisti tuum tu amorem uirtuti ut 649. FACTO *A*. pacto *reliqui* *ante* ah *spatium C*, LE. *EFZ* AHA *A*. ah *reliqui* ITAEST *A*. istast *E*. itast *reliqui* 650. *ante* Cape *spatium C, Z B*, LY. *EFZ* deisidiam *B* 651. In] In *C* AMICISOPERAM *A*. operam amicis *reliqui* DANEINLECTO *A*. ha da aut intellectu *B*. hada aut intellecto *CDE, nisi quod* aat *pro* aut *Da*. aut in lecto *Z*. haud in lecto *F, antiquae post Z edd.* amice *BCDE*. *om. F* 652. ISTUMEGO *A*. ego istum *reliqui* rem iam enixe *R*. rem menixe *B*. rem enxie *C*. rem enixe *reliqui* expecto *CFZ* 653. colligere *Scaliger* possit *vitium Camerarianae* omno[ni] *D* 655. ISTAECQUAETUDIXTI *A, Scaliger.* ista que tu dixisti *B*. istic

'Vt rem patriam et glóriam maiórum foedarím meum.
Scíbam ut esse mé deceret, fácere non quibám miser:
'Ita ui Veneris uíctus, otio áptus in fraudem íncidi:
Ét tibi nunc, proinde út merere, súmmas habeo grátias.

LYSITELES.

'At operam períre meam sic ét te haec dicta spérnere
Pérpeti nequeó: simul pigét parum pudére te.
Ét postremo, nísi me auscultas átque hoc ut dicó facis,
Túte pone té latebis fácile, ne inueniát te honos:
'In occulto iacébis, quom te máxume clarúm uoles.
Pérnoui equidem, Lésbonice, ingénium tuum ingenuom ád-
modum:

---

quae tu dixisti *reliqui* uel exsignauero ***ABCDEZ***. uel ex signis uera ***F***. uel exquisiuero *Scaliger*. uel ex ignarure *idem* 656. gloriam maiorum *libri cum* ***A***, *Priscianus VII, 6. p. 743 P.* maiorum gloriam *Gronoviana* FOEDARIMMEUM ***AEb***, *Prisc.* foedar inmeum ***B***. foedar in meum ***CD***. fedari in meum ***Z***. foedarim ***F*** Vt rem patriam et meum maiorum gloriam foedauerim *Lomanus p. 73*
657. SCIBAM ***A***, *Scaliger*, *Guyetus*. sciebam *reliqui* 658. uictus *Aldus, Hermannus*. iunctus ***C***. uinctus *reliqui cum* ***A*** otio aptus ***R***. OTI • APTUS ***A***, *et ita quidem ut quarta littera aut* c *aut* e *sit*. otio captus ***BCD***. ocio captus ***EFZ***. captus otio *Hermannus*. *Nonius p. 235: 'aptum connexum et colligatum significat.'* 659. nunc] non ***F*** UT ***A***. ac *reliqui* *Versus 660—664 transponi post v. 673 iussit Meierus p. VIII* 660. te haec dicta *Camerarius*. TEDICTACORDE ***A***. te haec dicta corde *reliqui*, *nisi quod* hec ***BE***. te haec corde *Bothius*. corde *nescio an e v. 650 illatum sit. Librorum (praeter* ***A****) scriptura servata Hermannus:* 'At meam sic perire operam et —. *Audaculum sit:* At mi operam perire et te haec sic dicta corde spernere 661. piget ***R***. me piet ***C***. me piget *reliqui cum* ***A*** 662. ausultas ***B*** 663. honos ***R***, *ut v. 697.* honor *libri* 664. oculto ***C*** cum *libri cum* ***A*** MAXIME *solus* ***A*** 665. lesbonicē *vel* lesbonicem ***BCDE*** INGENIUM TUUMINGENUUM ***A***. imperium tuum ingenium ***BCDa***. imperitum tuum ingenium ***DbEZ***. peritum tuum ingenium ***F***, *'libri veteres' Lambini*

Scío te sponte nón tuapte errásse, set amorém tibi
Péctus opscurásse: atque ipse amóris teneo omnís uias.
'Itast amor, ballísta ut iacitur: nil sic celerest néque uolat:
'Atque is mores hóminum moros ét morosos éfficit.
Mínus placet, magis quód suadetur: quód dissuadetúr, placet.
'Quom ínopiast, cupiás: quando eius cópiast, tum nón uelis.
Ille qui aspellit, ís compellit: ílle qui consuadét, uetat.
'Insanumst malum, té in hospitium déuorti ad Cupídinem.
Sét te moneo hoc étiam atque etiam ut réputes, quid facere éxpetas.
Si ístuc conare, út nunc facis indícium, tuum incendés genus.

---

666. TUAP·IIIRRASSE *A* 667. opſcuraſſe *B*. obſcuraſſe *reliqui* amoreſ *BCDE* TENEOMNIS *A* omniſ *libri omnes* 668. Ita eſt *libri* amo *Da* BALLISTAUT *A*. ut baliſta *F*. baliſta ut *reliqui* iacitur *ABCDbZ*. iacet *DaE*. iacit *F*. icitur *Spengelius Caecil. fragm. p. 16* NIHILCELERESICEST *A*. nihil ſic celere eſt *reliqui* 669. adque *C* hiſ *BCDE* moros] morboſ *F* 670. Nimis *F* QUODSUADETURMAGIS *A*. magiſ quod ſuadetur *reliqui*. *Vnde facile efficias* quod magis suadetur. *Nisi ante illapsum glossema sic scriptum fuit:* Minus placet quod consuadetur: quod d. pl. diſuadetur *Z* 671. Quom *B*. QUM *A*. Cum *reliqui* inopiaſt *BCDZ*. inopia eſt *AEF* cupiſ *F* copiaſt *Z*. copia eſt *reliqui cum A* 672. qui conſuadet *Camerarius*. quia non ſuadet *B*. qui non ſuadet *reliqui* 673. 'Insanúmst malum, té in *R*. Inſanum eſt malum ſtin *B*. Inſanumſt et malum in *CDZ*. Inſanum eſt et malum in *EF*. *Delevit* et *Lipsius Epist quaest. III, 20. Parum placiturum sit* 'Insanumst, te málum in. *Transposuit Hermannus* Insanum est malum devorti in hospitium hoſpicium *BCDE* diuorti *EF* 674. adque *C* reſputeſ *C* expetat *Scaliger* 675. Si istuc conare, ut nunc facis *R*. Si iſtuc ut conare faciſ *libri, nisi quod* cenare *F*. Si iſtuc conare, ut facis mi *Hermannus*. Si iſtuc (*cogita* expetiſ), ut conari facis *Bothius et ante* ut *addito* te *Lindemannus*. *Fallitur de his et proximis Gronovius Observ. IV, 3* inditium *F*. incidium *libri*

Tum ígitur aquae erit tíbi cupido, génus qui restinguás tuum.
'Atqui si eris náctus, proinde ut córde amantes súnt cati,
Né scintillam quĭdem relinques, génus qui congliscát tuum.

LESBONICVS.

Fácile inuentust: dátur ignis, tamenétsi ab inimicé petas.
Sét tu obiurgans me á peccatis rápis deteriorem ín uiam.
Mĕam sororem tíbi dem suades síne dote. at non cónuenit
Mé, qui abusus súm tantam rem pátriam, porro in dítiis
Ésse agrumque habére, egere illam aútem, ut merito me óderit.
Númquam erit aliénis grauis, qui sŭis se concinnát leuem.
Sícut dixi, fáciam: nolo té iactari dĭutius.

LYSITELES.

Tánton meliust, té sororis caúsa egestatem éxsequi,

---

veteres' Lambini 676. aquae erit tibi ***R***. tibi aquerit ***B***. tibi querit ***CDF***. tibi querit ***Z***. tibi aqua erit *Camerarius*. tibi aquae erit *Dousa Plaut. expl. IV, 24* 677. Atqui si eris ***R***. Atque erit ſi *libri, nisi quod* adque ***C***. Atque eris si *Scaliger, Lambinus*. Atque si eris *Hermannus* capti ***Z*** 678. Ne scintillam *Camerarius*. Neſcintilam ***B***. Neſciunt illam *reliqui* qui] quod ***F*** congliscat *Camerarius*. condiſcat ***B***. concluſit *reliqui*. ne gliscat *Hermannus* 679. LE. *om*. ***EFZ*** Facile inuentu est ***B***. facile eſt inuentu *reliqui*. Facilist inventu *Lambinus* tamen etſi ***BCDE***. tametſi ***FZ*** ab *om*. ***Ca*** inimico ***R***. inimicoſ ***BCDE*** inimiciſ ***FZ*** 680. LE. *praemittunt* ***EFZ*** rapidiſ ***BCDE***
681. sororem tibi dem suades *Guyetus, Reizius*. uiſ ſororem tibi dem ſuadeſ *libri*. sororem uis tibi dem *Bothius* *post* dote *vacuum spatium* ***C***, *post* hac ***CDE*** at ***R***. ha a ***B***. hac ***CDE***. hoc ***FZ***. *Fortasse scriptum fuit* hocine conuenit 682. tantē ***B*** ditiis *Guyetus*. diuitiiſ *libri* 683. aberc ***B*** autem] aū ***B*** merito me *Hermannus*. me merito *libri* 684. *Lysitelis personam praefigit* ***B*** Numquam ***CD***. Nunquam *vel* Nūquam *reliqui* 685. dixit ***CDE*** iactare ***EF*** diuitiiſ ***F*** 686—691 *post v. 705 iterant* ***BCDE***: *unde quas afferam scripturas, cancellis sepiam* LY. *om*. ***BE*** Tanton ***R***. Tanto *libri*. Tandem *Acidalius* meliuſt ***BCDEZ***. meliuſ eſt (***BCDE***)***F*** ſoriſ ***CDE*** aegeſtatem ***C***. egeſtatam ***Z*** exequi ***EFZ***

'Atque eum me agrum habére quam te, túa qui toleres moénia?

LESBONICVS.

Nólo ego mihi te tám prospicere, quí meam egestatém leues,
Sét ut inops infámis ne sim: né mi hanc famam dífferant,
Mé germanam mĕam sororem in cóncubinatúm tibi
Síc sine dote dédidisse mágis quam in matrimónium.
Quís me improbior pérhibeatur ésse? haec famigerátio
Té honestet, me autém conlutitet, sí sine dote dúxeris.
Tíbi sit emoluméntum honoris: míhi, quod obiectént, siet.

LYSITELES.

Quíd? te dictatórem censes fóre, si aps te agrum accéperim?

---

687. adque *C*(*C*) mé agrum *R*. agrum me *libri* tolereſ *B*(*CDE*). tollereſ *CDEFZ* munia (*B*). menia (*E*)*F* 688. LE. *om*. (*BE*) aegeſtatem *C*(*CD*) 689. me hac fama *Meursius* *et ante et post* differant *spatium* *C* 691. Sic sine *Camerarius*. Si ſine *BCDE*(*BCDE*). ſine *FZ* dotĕ (*B*) dedidisse *Camerarius ed. sec*. dediſſe *B*(*B*)*CDEFZ*. dediſſem (*CDE*) matronium (*D*) 692—694 *post v. 704 iterant* *BCDEFZ* inprobior *CD*(*D*) hec *B* famigeratio (*BCDEFZ*)*Z*, *Nonius p. 84*. famiferatio *BCDE*. famiferatio *F* 693. me autem conlutitet, si *R Parerg. I, p. 534*. me autem conlutulent et ſi (*BCDE*). me autem conlutulet etſi (*Z*). me autem conlutilet (*F*). me conlutulent et ſi *BC*. meclutcilent E ſi *D*. meclucitlent Et ſi *E*. mecum collutet Et ſi *Z*. me conlutilet etſi *F*. me conlutulet et ſi *Nonius*. me autem collutulet si *Camerarius* ſine dote dixeriſ (*Z*). cum dote duxerim (*F*) 694. ermolumentum *B* mihi autem quod (*CDEFZ*) 695. LY.] Leſ. *F*. *om*. *E* Quid *B*. cui *CDEZ*. Tu *F* foreſ *BCDE* apſte *B*. abſte *reliqui* *Fallitur de numeris Kampmannus de AB praep. p. 15*

LESBONICVS.

Néque uolo neque póstulo neque céusco: uerúm tamen
'Is est honos hominí pudico, méminisse officiúm suum.

LYSITELES.

Scío equidem te, animátus ut sis: uídeo, subolet, séntio.
'Id agis, ut, ubi adfínitatem intér nos nostram adstríuxeris,
'Atque eum quom agrum déderis nec quicquam híc sit qui uitám colas,
Éffugias ex úrbe inanis, prófugus patriam déseras,
Cógnatos, adfínitatem, amícos factis núptiis.
Méa opera hiuc protérritum te mĕaque auaritia aútument.
'Id me commissúrum ut patiar fíeri, ne animum indúxeris.

STASIMVS.

Nón enim possum, quín exclamem: euge, eúge, Lysitelés, πάλιν.
Fácile palmam habés: hic uictust: uícit tua comoédia.

---

696. LE. *Camerarius. om. libri* poſtulo cenſeo ***B***
697. honuſ ***C*** 698. LY. *Camerarius. om. libri* ut ſiſ uideo ***B***. ut ſi ſtudio ***CDE***. ut ſiſ ſtudio ***FZ*** ſubolet ***B***. ſobolet *reliqui*
699. Itagiſ ***B*** adſtruxeriſ ***F*** 700. adque ***C***. aq ***D*** eum cúm agrum déderis ***B***. eum agrúm dederiſ *libri, nisi quod* eum *supr. scr.* ***B*** nec quicquam ***F***, *Camerarius.* ne quicquam *reliqui* hic ***B***. hic tibi *libri* uitāſ ***D*** 701. profugus *Camerarius.* profugienſ *libri* deseras *Camerarius.* deſereſ ***BCD***. deſerêſ ***E***. deſerenſ ***FZ*** 702. cognatos *om.* ***C*** 703. perterritum *Gulielmus* auaricia ***F*** 704. comiſſurum ***Z*** *Redeunt hic in libris v. 692—694, ubi vide annotata. Delevit Camerarius, servavit et praef. p. XII sq. defendit Hermannus: inmerito, ut Parerg. I, p. 529 sqq. demonstravimus* 705. *affert Cicero de orat. II, 10* ST. *om.* ***BE*** Enim non *Palmerius Spicil. p. 730* qui ***CDE*** lyſiteliſ ***CD***. lyſteliſ ***B*** πάλιν *Gruterus.* palin ***BCDE***. *om.* ***FZ***, *editores ante Gruterum omnes* *Redeunt hic in* ***BCDE*** *v. 686—691: ubi vide annotata*
706. Facilem *Scaliger* uictust ***B***. uictuſ *libri* comedia

Híc agit magis ex árgumento et uérsus meliorés facit.
Étiam ob stultitiám tuam te túeris? multam abómina.

LESBONICVS.

Quíd tibi interpellátio aut in cóncilium huc accéssiost?

STASIMVS.

Ĕodem pacto, quo húc accessi, apscésscro.

LESBONICVS.

I hac mecúm domum,
Lýsiteles: ibi de ístis rebus plúra fabulábimur.

LYSITELES.

Níhil ego in occulto ágere soleo. méus ut animust, éloquar:
Sí mihi tua sorór, ut ego aequom cénseo, ita nuptúm datur
Síne dote neque tu hínc abituru's, quód erit meum, id erít tuum;
Sín aliter animátus es, bene, quód agas, eueniát tibi.
Égo amicus tibi núnquam ero alio pácto: sic senténtiast.

STASIMVS.

'Abiit hercle ille. écquid audis, Lýsiteles? ego té uolo.

CDEF 707. meliorif ***BCD*** 708. ftulticiam ***BF*** te tuerif ***Z***. tecurif ***B***. te turif ***CDE*** *et interposito* multa ***F***. *Ceterum* tuéris *Hermannus: nos* túeris multam abomina *Palmerius Spicil. p. 659*. multa obomina ***B***. multa abomina *reliqui*. multabo mina *Salmasius, Scaliger*. muta, abomina (?) *idem Scaliger* 709. *affert Donatus in Eun. IV, 4, 4* accefsio eft *libri* 710. apceffero ***B***. abceffero ***CDE***. abfceffero ***FZ*** 711. lyfteli fibi ***B***. lyfiteli fibi ***CDE*** 712. oculto ***C*** Nil in occulto ego *transponi voluit Lomanus p. 74* animuf ēē ***B***. animuf eft *reliqui* 713. mi tua uxor ***F*** equum ***BE***. aequom *reliqui* cefeo ***D*** 714. dotē ***B*** abituruf ***F***, *Pius*. habituruf *reliqui* erit meum ***B***. meum erit *libri*. *An fuit* meumst? 715. eueniat ***F***, *Camerarius*. eueniet *reliqui* 716. tibi nunquam ero *Bothius*. nunquam tibi ero *libri, nisi quod* numquam ***C***. *Possis etiam* nunquam ėro tibi fic] fi ***BCDE*** . fententia eft *libri* 717. hercle ille

Híc quoque hinc abiit. Stásime, restas sólus. quid ego núnc agam,
Nísi uti sarcinám constringam et clúpeum ad dorsum accómmodem,
Fúlmentas iubcám suppingi sóccis? non sistí potest.
Vídeo caculam mílitarem mé futurum haut lóngius.
'Atque aliquem ad regem ín saginam quom érus se coniexít meus,
Crédo ad summos béllatores ácrem — fugitorém fore,
Ét capturum ibi spólia illum, qui — méo ero aduorsus uénerit.
Égomet, quom extemplo árcum et pharetram mi ét sagittas súmpsero,

---

Guyetus. hercle ille quidem *libri, nisi quod* ercle ***B***. hercle quidem *Hermannus* lyſtelif ***B***. lyſitelif ***CDE*** 718. hinc habiit ***B***. hinc abiit *reliqui.* abiit *Guyetus.* qui ***B*** 719 *et* 720 *post v.* 724 *transposuit Hermannus (praef. p. XX sqq.), solum* 720 *Grauertus in Diurn. schol. a.* 1829 *p.* 44 clupeum *ut v.* 596. clypeum ***DZ***. clipeum *reliqui* accomodem ***DEZ***. adcomodem ***F*** 720. fulmentaſ ***BCDE***, *Nonius p.* 206. fulcimenta ***FZ***. fulmenta *et deinceps* soccos *Salmasius* ſubpingi ***F***. ſubponi *Nonius* ſoccif ***B***, *Camerarius.* ſotiof ***CD***. ſociof ***Ea***. ſuccof ***FZ***. ſico *vel* ſoco *Nonius* 721. caculam ***B***, *Festus Pauli p.* 45, *et ex hoc Angeli Mai Nov. Thesaurus latinitatis (Class. auct. e Vat. cod. ed. t. VIII) p.* 89. caula ***CE***. callla ***D***. catulam ***Z*** callamilitarem ***F*** haud *Dousa IV,* 24, *Scaliger.* aut *libri* 722. Atque ***B***. At ***B***. aut *reliqui.* Vt *Gruterus, iungens haec cum superiore versu.* Ad aliquem regem *Guyetus* sagenam *Lambinus, et antiquiores apud Pium* quom erus se ***B***. meruſ ſeſe ***B***. meruiſſe ſe ***CDE***. me heruſ et ſe ***F***. heruſ ſe ***Z***. si herus se *Hermannus* coniexit *Pareus.* coniecit *libri* 724. ibi spolia ***B***. ſpolia ibi ***BCDE***. ſpolia ſibi ***FZ*** meo ero ***BCDE***. meo hero ***FZ***. hero *Bothius* aduerſuſ *libri* *Vnum et alterum post hunc versum excidisse Meierus p. VIII suspicatur* 725. Egomet quom *Hermannus.* Egomet aũ quome ***B***. egomet autem quo me *reliqui (quod valet* quom *mi.)* Egomet autem quom *vetustae post* ***Z*** *edd.* extemplo ***BZ***.

Cássidem in capút, — dormibo plácidule in tabernáculo.
'Ad forum ibo: núdius sextus quoí talentum mútuom
Dédi, reposcam, ut hábeam mecum quód feram uiáticum.

MEGARONIDES. CALLICLES.

MEGARONIDES.

Vt míhi rem narras, Cállicles, nulló modo
Pote fíeri prosus, quín dos detur uírgini.

CALLICLES.

Namque hércle honeste fíeri ferme nón potest,
Vt eám perpetiar íre in matrimónium
Sine dóte, quom eius rém penes me habeám domi.

* * * * *

MEGARONIDES.

* * * * *

Paráta dos domíst: nisi exspectáre uis,

---

exemplo *reliqui* arcum et pharetram mi et sagittas *B*. arcum mihi et pharetram et ſagittaſ *libri*. arcum mihi et pharetram *Gruterus*, arcum mi et sagittas *Reizius, uterque servato* autem 726. cap̃ *C* placidule *B*. placide *libri* tabernaculo *libri*. contubernio *Hermannus* 727. nundiuſ *BCDE* nudiussextus *hinc excerptum in glossario Plautino* quoi *B*. cui *reliqui* 728. uiaticum megaronideſ callideſ *B*

Act. III. Scen. 3. SENES II DV *B*. SENEX · II · DV *C*. PHILTO CALLICLES SENES II · *DEa*. Megaronideſ Callideſ ſeneſ duo *FZ*. *Has personas graecis AB litteris signat B* 729. callideſ *BFZ* 730. Poto *Bothius: vid. ad v. 352*. poteſt *libri* profuſ *B*. prorſuſ *reliqui* 733. quom] quin *B*. cum *reliqui* *Post hunc v. cur lacunae notas posuerim, expositum est in praefatione* 734. Paranda *Bothius*. *Superioribus iuncta sic Megaronidi continuabat Meierus p. V:* habeam domi, parata dos domi

Vt eám sine dote fráter nuptum cónlocet:
Post ádeas tute Phíltonem et dotém dare
Te ei dícas: facere id ĕius ob amicitiám patris.
Verum hóc ego uereor, né istaec pollicitátio
Te in crímen populo pónat atque infámiam.
Non témere dicant té benignum uírgini:
Datám tibi dotem, ei quám dares, eius á patre:
Ex ĕa largiri te ílli, neque ita, ut sít data,
Incólumem sistere ílli, et detraxe aútument.
Nunc si ópperiri uís aduentum Chármidis,
Perlóngumst: huic ducéndi interea abscésserit
Lubído: atque ea condício huic uel primáriast.

CALLICLES.

Eadem ómnia istaec uéniunt in mentém mihi.

MEGARONIDES.

Vide si hóc utibile mágis atque in rem députas:
Ipsum ádi adulescentem, édoce eum uti rés se habet.

---

sit expectare *libri* 735. conlocet *BCDZ*. collocet *reliqui* 737. amiciciam *CF*. amiticiam *B* 738. iſtec *BCDE* pollititatio *C*. pollicitacio *D*. policitatio *F* 739. incremen *BCDa* ponat] ponat ponat *B*. inponat *D* adque *C* 740. benignem *C* 741. ei] ET *(A)* dereſ *BC* 742. LARGIRITE ILLI *A*. largitate illi *reliqui*. largitari te illi *Camerarius*. largitari illi *Hermannus*, te largitari *Bothius* 743. INCOLUMEM *A*. columente *BCEF*. colum̃ te *D*. columē te *Z*. in—columem te *per duos versus continuato vocabulo Lambinus* detraxe *Camerarius*. detraxi *BCDE*. detraxiſſe *FZ* 744. Nuc *B* operiri *F*. OPPERI *A* adicentum *B* CARMIDIS *A* 745. perlongumſt *BCDZ*. perlongum eſt *AEF* ducendi] ducendi uoluntaſ *F*. *Cf. Sciopp. Susp. lect. II, 1* *Versus 746. accessit ex solo A, in quo est* PRIMARIAEST huic] hic *Bothius: male om. alii* 747. EADEM *A*. Nam hercle *reliqui* iſtec *BCE* 748. ME. *FZ*. *om. reliqui* utibilem agiſ *BCD* adque *C* depepitaſ *D*. depupitaſ *E* 749. *sic conformavimus Parerg. I, p. 564.*

CALLICLES.

Vt égo nunc adulescénti thensaurum índicem
Indómito, pleno amóris ac lasciuiae?
Minumé, minume hercle uéro. nam certó scio,
Locúm quoque illum omnem, úbi situst, coméderit.
Quem fódere metuo, sónitum ne ille exaúdiat:
Ne rem ípsam indaget, dótem dare si díxerim.

MEGARONIDES.

Quo pácto ergo igitur clám dos depromí potest?

CALLICLES.

Dum occásio ei rei répçriatur, ínterim
Ab amíco alicunde mútuom argentúm rogem.

Quanquam licet etiam alia comminisci, ut: Ipsum adulescentem rem edoceamus ut se habet IPSUM ***A***. Vt *reliqui* adeam lesbonicum edoceam ut ***ABCDE***. adeam l. edoceaſ ut ***Z***. adeaſ l. edoceaſ ut ***F***, *Saracenus, Pius, Acidalius*. adeas L. edoctum ut *Bothius*

750. CA. ***FZ***. *om. reliqui* Vt ego nunc ***FZ***. SEDNUNCERGO ***A***. Sed ut ego nunc ***BCDE*** (*nisi quod sup. scr.* n̄c *in* ***D***). *Fortasse scripsit poeta:* Quid? huic ego adulescenti *vel* Quid? ut ego huic ad. adoleſcenti ***F*** thenſaurum ***ABD***. thenſarum ***C***. tenſaurum ***E***. theſaurum ***F*** 751. laſciuie ***B*** 752. *Z* (*Lysitelis notam*) *praemittit* ***B***, *vacuum spatium* ***CDE*** Minime minime ***ABCDE***. Minime ***FZ*** uero *om.* ***A*** na ***B*** certo ***ABZ***. certe *reliqui* 753. illum *om.* ***Z*** SITUMST ***A***. ſitum eſt ***F***. ſituſt *reliqui* cōmederit ***B*** 755. Ne rem ipsam ***R*** *Parerg. I, p. 565.* N·REMIPSAM ***A***, *sed ut* ne *an* neu *sit non liqueat.* Ne uſe ipſā ***B***. Neu ipſam rem *reliqui*. Ne ipsam rem *Hermannus* indaget *Camerarius*. indacet ***BCDE***. indicet ***F***. iudicet ***Z*** 756. ME.] *B* (*h. e.* CA.) ***B*** ergo *om.* ***A*** igitur *om.* ***F***. agetur ***Z***, *correctum a Scioppio Susp. lect. V, 13* clam dos depromi potest *Megaronidi* (*Callicli* ***B***) *continuata* ***B***, ***R*** *Parerg. I, p. 567. Callicli tribuunt et cum v. 757 construunt reliqui* deprimi ***F***

757. ***A***. Dum ***B*** ei rei reperiatur *Camerarius*. EIREPPERIATUR ***A***. ei reperiatur *reliqui* 758. MUTUUM ***A***. *om. reliqui: unde multa multi mira* rogem ***FZ***, *Acidalius*. rogeſ *reliqui cum* ***A***

MEGARONIDES.

Potin' ést ab amico alicúunde exorarí?

CALLICLES.

Potest.

MEGARONIDES.

Gerraé: ne tu illut uérbum actutum inuéneris:
Hem, míhi quidem hercle nón est, quod dem mútuom.

CALLICLES.

Malim hércle ut uerum dícant quam ut dent mútuom.

MEGARONIDES.

Set uíde consilium, sí placet.

CALLICLES.

Quid cónsilist?

MEGARONIDES.

Scitum, út ego opinor, cónsilium inueni.

CALLICLES.

Quid est?

MEGARONIDES.

Homo cónducatur iám aliquis quantúm potest

---

759. ME.] B *B* CA.] *spatium B* 760. ME. *om. B* gerrae ne tu *ACDEZ*. gerra en etu *B*. gerre nae tu *F* uerbum] uerum *Kampmannus de AB praep. p. 11, contra quem diximus Parerg. p. 571* 761. Hem mihi *R*. *A* Mihi *B*. mihi Mihi *D*. Mihi Mihi *E*. Mihi *reliqui cum A*. Pol mihi *Hermannus praef. p. XVI* mutuum *libri* 762. *B praemittit B* dicant *R*. dicaſ *libri. Vide Parerg. p. 570* ut dent mutuom *R*. (ut det *expressum est in Lambiniana, inconsulto puto.*) ut deſ mutuum *Camerarius*. uideſ mutuum *B*. uideſ mutaui *CDE*. fideſ mutuum *Z*. fideſ mutetur *F*. *Vulgatam scripturam defendens Ladewigius in Mus. Rhen. n. III, p. 204 sq. recte impugnatur a Fleckeiseno in Schneidewini Philol. II, p. 73 sq.* 763 *et* 764 *sedes suas mutarunt in A* consiliſt *CF(A)* oponor *Da* 765—770 *sic ordinavimus Parerg. Pl. I, p. 572 sqq., qui in libris hoc sese ordine excipiunt:*

Ignóta facie, quaé non uisitáta sit.
Is homo éxornetur gráphice in peregrinúm modum,
Quasi sít peregrinus.

CALLICLES.

Quíd is scit facere póstea?

MEGARONIDES.

Mendácilocum aliquem [esse hóminem oportet dé foro,]
Falsídicum confidéntem.

CALLICLES.

Quid tum póstea?

MEGARONIDES.

Quasi ád adulescentem á patre ex Seleúcia

---

765. 768. 767. 766. 769. 770, nisi quod v. 769 ex solo ***A*** *accessit. Fortasse tamen eiectis glossematis sic omnia in brevius contrahenda:*

ME. Homo conducatur iam aliquis quantum potest
Ignota facie. CA. quid is scit facere postea?
ME. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum.
Mendacilocum aliquem [esse hominem oportet de foro,]
Falsidicum, confidentem. CA. quid tum postea?
ME. Quasi ad *e. q. s.*

765. cunducatur ***B*** IAMALIQUIS ***A***. aliquiſ iam *reliqui* 766. facie *Saracenus*, *Acidalius*. facieſ *libri*, *quod servans Lambinus* atque inusitata *edidit* QUAENONUISITATASIT ***A***, *Dousa Pl. Expl. IV, 25, Scaliger*, *Acidalius*. que non uiſ ita ſit ***B***. quae non uiſita ſit ***C***. quae non uiſ ita ſit ***DE***. quae non uiſa ſit ***Z***. *om.* ***F***. quae non usitata sit *Camerarius*. *Rectius fortasse* quae hic non uisitata sit *ut Pseud. II, 4, 37, ubi* UISITATUS ***A***, non USITATUS 767. ME. Is *vulgo*. Iſ ***B*** 768. is scit] ISCIT ***A***. istoc *Hermannus* 769. MENDACILOCUMALIQUEM QUID • SISCITFACEREPOSTEA ***A***. *Errore iteratum hemistichium apparet ea expulisse, quae aliqua coniectura redipisci studuimus* 770. FALSIDICUMCONFIDENTEM ***A***. falſidicum cumfidentem (*vel* cũfidentẽ) ***BCDE***. falſidicuſ confidenſ ***FZ***. falsidicus confidensque *Lambinus* quid dum ***C***. QUITDUM (***A***) 771. Quaſi ad *libri cum* ***A***. Quasi si ad *Hermannus praef. p. XVI* adulentem (sc *suprascr.*) ***D*** ex ſeleutia ***FZ***. exleutia ***BDE***. exleucia ***C***

Veniát, salutem ei núntiet uerbís patris:
Illúm bene gerere rem ét ualere et uiuere:
Et eúm rediturum actútum. ferat epístulas
Duas: ĕas nos consignémus, quasi sint á patre.
Illí det alteram, álteram dicát tibi
Dare sése uelle.

CALLICLES.

Pérge porro dícere.

MEGARONIDES.

Seque aúrum ferre uírgini dotem á patre
Dicát, patremque id iússisse aurum tíbi dare.
Tenés iam?

CALLICLES.

Propemodo, átque ausculto pérlubens.

MEGARONIDES.

Tum tu ígitur demum id ádulescenti aurúm dabis,
Vbi erít locata uírgo in matrimónium.

CALLICLES.

Scite hércle saue.

MEGARONIDES.

Hoc, úbi thensaurum effóderis,

---

772. nunciet ***CZ***. nuntii et ***B*** . 773. gerere rem et ***FZ***. gereré et *reliqui* 774. ac̆tu tũ ***D***. auctu tum ***E***. auctutum ***BC*** epiſtulaſ ***E***. epiſtolaſ *reliqui* 775. noſton ſignemuſ ***C*** 776. Illi det alteram ***B***. Det alteram illi *libri*. Det alteram illice *Bothius* alteram dicat *libri*. dicat alteram *Camerarius*. atque alteram dicat *Hermannus* 779. patremquę ***CD*** tibi iussisse aurum *Hermannus* 780. propemodum ***FZ*** 781. ME. *om.* ***B*** id *Camerarius. om. libri* adoleſcenti ***BDFZ*** 783. CA.] ***A B*** ME.] ***A B*** *(sic)* thenſaurum ***BCDE***. theſaurum ***FZ*** thenſaurum eſſe a patre alienatum Ab adoleſcente amoueriſ cenſebit eſſe a patre alienatum Tibi ***C***, *omissis* effoderis suspicionem *et* aurum

Suspícionem ab ádulescente amóueris.
Censébit aurum esse á patre allatúm tibi:
Tu dé thensauro súmes.

CALLICLES.

Satis scite ét probe:
Quanquam hóc me aetatis sýcophantarí pudet.
Set epístulas quando ópsignatas ádferet,
Nonne árbitraris túm adulescentem ánuli
Patérni signum nóuisse?

MEGARONIDES.

Etiam tú taces?
Sescéntae ad eam rem caúsae possunt cónligi.
Eum quem hábuit perdidit, álium post fecít nouom.
Iam si ópsignatas nón feret, dici hóc potest,

---

784. adoleſcente *DEFZ* 785. allatum tibi *B*. alienatum ſibi *D*. alienatum tibi *reliqui* 786. thenſauro *CDE*. theſauro *reliqui* ſumenſ *C* prope *C* 787. *A*. Quanquam *B*. Quamquam *CE* hoc *om*. *EF* me aetatiſ *Z*. mea etatiſ *B*. mea aetatiſ *C*. meę ętatiſ *DE*. mee aetatiſ *F* ſicophantari *CDE*. ſicoplantari *B* 788. *B*. *praemittit B*, *spatium CE* epistulaſ *hic et proximo v. solus B pro* epiſtolaſ opſignataſ *B*. obſignataſ *reliqui* afferret *F*. adferet *reliqui* *Post v. 788 haec sequuntur iñ BCDEZ (in F omissa):* Sed qm̃ obſignataſ attulerit epiſtolaſ, *nisi quod* Sed quõ *B*, ſiquando *Z*, ſed quoniam *E*, *et* epiſtulaſ *B*. Si quidem *e. q. s. edidit Camerarius.* tulerit has ep. *Hermannus. Expunximus Parerg. I, p. 536 sqq. ut aperte insiticia. Defendit tamen post 792 transposita Meierus p. V* 789. tum *Bothius. om. F*. eum *reliqui* adoleſcentem *F* anuli *omnes* 790. nouiſſe *Camerarius*. nonẽe *D*. noſſe *reliqui* 791. ſeſcentae *CDE*. ſeſcentẽ *B*. ſexcentae *FZ* cauſe *B* colligi *solus F* 792. Eum *Camerarius*. Illum *libri* nouum *solus F* 793. CAL. *praemittit F* opſignataſ *B*. obſignataſ *reliqui* ante dici *spatium C* poteſt . . . . . . inſpectaſque eſſe *in margine DE*

Aput pórtitores ĕas resignatás sibi
Inspéctasque esse. in hŭiusmodi negótio
Diém sermone térere segnitiés merast:
Quamuís sermones póssunt longi téxier.
Abi ád thensaurum iám confestim clánculum:
Seruós, ancillas ámoue: atque audín?

CALLICLES.

Quid est?

MEGARONIDES.

Vxórem quoque eampse hánc rem uti celés face:
Nam pól tacere númquam quicquamst quód queant.
Quid núnc stas? quin tu hinc te ámoues et té moues?
Aperí, deprome inde aúri ad hanc rem quód sat est:
Contínuo operta dénuo: set clánculum,
Sicút praecepi: cúnctos exturba aédibus.

CALLICLES.

Ita fáciam.

---

794. portitores ***R***, *Meierus p. VI.* portitorem *libri* eaſ reſignataſ ***F*** ibi ***Z*** 795. eſſe MEG. In ***FZ*** huiuſmodo ***B*** negocio ***EZ*** 796. ſermone ***F***. ſermonem *reliqui* terere ***FZ***. terrero *reliqui* meraſt *omnes* 798. Abi ad thesaurum *Camerarius.* Tibi athenaſ aurum ***BCDE***. abi athenaſ aurum ***F***. abi effodiaſ aurum ***Z*** 799. amoueatque ***BCDE*** 800. Voxorem ***B*** quoque eampse ***R***, *Fleckeisenus in Schneidewini Philol. II, p. 113.* quoque ipſam *libri*. ipsam quoque *Bothius.* quoque etiam ipsam *Hermannus* rem uti ***R***. rem ut *libri*. ut rem *Fleckeisenus* 801. pod ***B*** numquam ***BC***. nunquam *vel* nūquam *reliqui* quicquam eſt ***F*** queant *Meierus p. V*, *Fleckeisenus l. c. et p. 74.* queat *libri* 802. tu hinc te *Hermannus.* tu hinc ***B***. tu hunc ***CDE***. tu te hinc ***Z***. te hinc ***F***, *Camerarius* te moues] demoues *Bothius* 803. auri ad ***F***. hauri ad ***Z***. auriat ***B***. hauriat ***CDE*** 804. Continuo operta ***R***. Continuo operito *libri*. Continuoque operi *Hermannus* 805. precepit ***BCE*** 806. Faciam.

MEGARONIDES.

At ĕnim nimis lóngo sermone útimur:
Diém conficimus, quód iam properatóst opus.
Nihil ést, de signo quód uereare: mé uide.
Lepidást illa causa, ut cómmemoraui, dícere,
Aput pórtitores ésse inspectas. dénique
Diéi tempus nón uides? quid illúm putas
Natúra illa atque ingénio? iamdudum ébriust:
Quiduís probari ei póterit. tum, quod máxumumst,
Adférre hic, non se pétere dicet.

CALLICLES.

Iám sat est.

MEGARONIDES.

Ego sýcophantam iám conduco dé foro,
Epístulasque iám consignabó duas:
Eumque húc ad adulescéntem meditatúm probo
Mittam.

ME. át enim nimis hic longo *Hermannus*. *Fortasse* at *delendum* 807. properato eſt *F* 808. Nihieſt *B* quo *BCDE* 809. CA. lepida *FZ* eſt ille *B*. eſt illa *reliqui*. illa est *Bothius* commeraui *B* 810. ME. denique *FZ* 811. qutaſ *Ba* 812. adque *C* ebriuſ eſt *Eb*. ebriuſt *reliqui* 813. probari ei *B* *Parerg. I, p. 586*. probare *libri*. probari *Pius*, *Guyetus* maxumūſt *Z*. maximum *F*. maxumiſt *BCDE* 814. At ferre *BC*. afferre *F* hic, non se petere *B*. non petere hic ſe *BC*. non petere hiſce *DEZ*. non potere hiſce *F*. *Licebat etiam* Adferre, non se hic petere *vel* Adferre, non se petere hic: *atque hoc Lomano p. 74 placuit* tam *F* 815. ſycoplantam *B* de foro] deſero *C*. de forte *D*. de foro et *E* 816. epiſtulaſque *B*. epiſtolaſquę *C*. epiſtolaſque *reliqui* iam] etiam *Bothius* 817. ad *Camerarius ed. alt.*: *om. libri* adoleſcentem *EF*

CALLICLES.

Éo ego ergo igitur intro ad officiúm meum.
Tu istúc age.

MEGARONIDES.

Actum réddam nugacíssume.

---

818. ego ergo *R.* ego *libri.* ego iam *Hermannus. Potueram etiam* ego hinc 819. nugacissume *Hermannus: cf. Grauertum in Diurn. scholast. a. 1829 p. 36.* nugacefunt nifi charmidef *B.* nugacef funt nifi charmidef *CDE, nisi quod* ſt *pro* funt *D. om. FZ.* nugas (*vel* nugax) sum, nisi *Scioppius Susp. lect. II, 1 satis inepte.*

ACTVS IV.

CHARMIDES.

Sálipotenti et múltipotenti Ióuis fratri aethereí Neptuno
Laétus lubens laudés ago, gratas grátisque habeo, et flúctibus salsis,
Quós penes mei fuĭt potestas, bŏnis meis quid fóret et uitae,

---

Act. IV. Sc. 1. SENEX C *B*. SENEX *CD*. CHARMIDES SENEX *EFZ, nisi quod* Carmideſ *F* *Tractavimus hanc scenam Parerg. I, p. 543 sqq., unde petantur quae huc transscribere piget* 820. Salipotenti *Brantius*. Salſipotenti *libri* aetherei Neptuno *Scaliger, Bothius*. et nerei neptuni *BCDE*. et nerei neptune *FZ*. Taenario Neptuno *Petitus Misc. II, 7*. aequoreo Neptuno *Ant. Reinius Quaest. Plaut. (Crefeld. a. 1834) p. 16*. Neptuno et Nereo *Lambinus*. Neptuno et Nerei *Guyetus* 821. letuſ *BDE* gratas gratisque habeo *Bothius*. et grateſ gratiaſque habeo *libri*. gratisque habeo gratas *Goellerus*. et gratis: gratisque habeo *Bergkius in Zimmermanni Diurn. antiq. stud. a. 1834 p. 1003* et *Z*. e *reliqui. om. Goellerus* 822. Quos *Z*. Quō *B*. Qm̃ *CD*. Quoniam *E*. Cum *F* mei fuit *Hermannus*. mei *Z*. me *BCDE*. te *F* bonis meis quid *Salmasius*. boniſ miſ quid *BC*. boniſ quid *DE*. omniſ quidem *FZ*. boni misque *Meursius Exerc. crit. in Bacch. c. 4* quid] quidem *FZ* et *om. F* et uitae *Hermannus*. et mea iuite *B*. et mee uite *E*. meae uitae *F*. et meae uitae *reliqui, quod licet sane sic tutari:* bŏnis meis quíd foret ét meae uitae

Quóm suis me ex locís in patriam urbem úsque incolumem réducem faciunt.
'Atque tibi ego, Neptúne, ante alios dĕos gratis ago atque hábeo summas.
Nám te omnes saeuómque seuerumque, áuidis moribús commemorant,
Spúrcificum, immanem, íntolerandum, uésanum: ego contra ópera expertus.
Nám pol placidum te ét clementem eo usqué modo, ut uolui, usús sum in alto.
'Atque hanc tuam aput hómines gloriam aúribus iam accéperam ante:
Paúperibus te párcere solitum, dítis dampnare átque domare.

---

823. Quō **B**. Qm̃ **CDF**. Quoniam **EZ** tuiſ **FZ** urbem usque incolumem **R**. urbiſ cũmã **B**. urbiſ cumã **CDE**. *om.* **FZ**. urbisque moenia *Camerarius*. urbem incolumem *Gronovius*. atque urbem usque in meam *Hermannus*. urbis cunam *Bothius*. urbis humum *Windischmannus Musei Rhen. philol. I, (a. 1833) p. 118* reducem faciunt **B**. redeunt faciunt **CDE**. redeam faciſ **Z**. ut redeam faciſ **F** 824. Adque **C** tibi ego Neptune *Bothius*. ego neptune tibi **B**. ego neque neptune tibi **C**. neque neptune tibi **DE**. neptune tibi **Z**. neptuno tibi **F**. ego tibi Neptune *Guyetus*, *fortasse vere* gratis *Hermannus*. gratiaſ *libri* atque] et *Bothius* 825. ſaeuumque ſeuerumque *libri, nisi quod* ſeuumque **CDE**, euumque **B**. saeuom seuerum atque *Hermannus* auiduſ **B** 826. ego *Hermannus*. *om. libri* 827. placidum te et clementem *Hermannus*: eo *addidit Lindemannus*. placido te et clementi meo *libri* usquemodo *tanquam adverbium hinc affertur in glossario Plautino* alto *Pius, Gulielmus in Trin. c. 1.* alio *libri*

828. *de coniectura formavimus, sic scriptum in libris:* Atque hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam et nobileſ apud homineſ, *nisi quod* nobiliſ apra h. **B**. 'Atque ego hanc tuam glóriam auribús quidem iam accéperam ante *Hermannus, verbis* nobiles apud homines *hic deletis: cf. ad v. 831.* nobilem apud homines *Brantius*

829. dites *Guyetus*. diuiteſ *libri* dampnare **CD**. damnare *reliqui*

Abi, laudo: scis órdine, ut aequomst, tráctare homines. hóc dis dignumst:
Sémper mendicís modesti sínt, secus nobilís aput homines.
Fídus fuisti: infídum esse iterant. nam ápsque foret te, sát scio, in alto
Dístraxissent dísque tulissent sátellites tui míserum foede,
Bónaque item omnia úna mecum pássim caeruleós per campos: —
'Ita iam quasi canés, haut secus nauem círcumstabant túrbine uenti:
'Imbres fluctusque átque procellae infénsae fremere, ſrángere malum,
Rúere antempnas, scíndere uela: — ní pax propitiá foret praesto.

Domare . . . . . equunct *unum versum*, Tractare . . . . . modeſti ſint *item unum efficiunt in* ***B****, reliquos versus per totam scenam rectissime describente.* Abi laudo scis ordine ut aequumst *dimetrum descripsit Camerarius* 830. ordinem ***BC*** equunct ***B***. aequumſt ***CZ***. equumſt ***DE***. aequum eſt ***F*** dignunſt ***B*** 831. modeſti ut sint, secus nobilis apud homines *Hermannus (praef. p. X), ultimis verbis e v. 828 huc transpositis. Nos ut omisimus.* modeſti ſunt ***C***. modeſti ſint *reliqui*. moleſti ſunt '*antiqui codices*' *Pii* 832. apsque ***B***. abſque *reliqui* foret te sat] foret ſtat ***B*** altum ***Ca*** 833. tui ſatellitef *Hermannus* miserum *Guyetus*. me miſerum *libri*. me *Hermannus* fede ***EFZ*** 834. item omnia *Guyetus*. omnia item *libri*, nisi quod itē ***D***. omnia ibidem *Acidalius* ceruleoſ ***CEZ*** 835. nauem circumstabant ***B***. circumſtabant nauem *libri*. *Fort.* circumstant nauem turbine *Hermannus*. turbineſ *libri cum* ***A*** uenti ***A***, *Camerarius*. uenit *libri* 836. imber (cum uenit *constructum*) ***FZ*** procelle infenſe ***BE*** fremere frangere *Lindemannus*. fregere ***Z***. frangere *reliqui cum* ***A***. confregere *Hermannus* 837. Ruere ***BZ***, ***D*** *sup. scr.*, ***E*** *marg.* Reuere ***C***. Frangere ***DEF*** antēpnaſ ***D***. antē naſ ***B***. antemnaſ ***C***. antennaſ ***FZ*** pax propitia *Hermannus*. TUA PROPITIAPAX ***A***. tua pax propitia *reliqui*

'Apage a me sis: dĕhinc iam certumst ótio dare me: sátis partum habeo,
Quíbus aerumnis déluctaui, fílio dum diuítias quaero.
Sét quis hic est, qui in pláteam ingreditur cúm nouo ornatú specieque?
Pól, quanquam domi cúpio, opperiar: quam híc rem agat, simul áuimum aduortam.

---

838. APAGEAMESIS ***A***, *Acidalius.* Apage meſſiſ ***C***. Apage me ſiſ *reliqui* DEHINCIAM ***A***. dehinc ***F***. deinde hinc *reliqui* certum eſt ***F***. certumſt *reliqui cum* ***A*** OTIODARRME ***A***. otio me dare *reliqui, nisi quod* ocio ***FZ***. me otio dare *Guyetus, Hermannus* 839. Quibuſ *libri cum* ***A***. Cum hiſce *Nonius p. 468.* Dum hisce *Hermannus* erũniſ ***B*** deluctauit *Nonius.* eluctaui *Scaliger e vett. edd. Nonii* filio dum] et filio *Hermannus* 840. 841. *sic scriptos* ***A*** *exhibet:*

SETQUISHICESTQUIINPLATEAMINGREDITUR
CUMNOUOORNATUSPECIEMQUESIMUL
POLQUANQUAMDOMICUPIOOPPERIAR
QUAMHIC • • MAGATGERITANIMUMADUORTAM

Apparet anapaesticum systema esse hoc paroemiaco: Quam hic rém gerit animum aduórtam. *Duos tetrametros trochaicos* ***B*** *servat*

840. Sed *reliqui* planteam ***B*** ornatuſ peciaque ſimul (*his ut versus finiatur*) ***B***. ornatu ſpecieque ſimul *reliqui. Nos simul in proximum versum transposuimus* 841. Sol ***B*** quamquam ***C*** domi ***A***, *Donatus in Eun. IV, 7, 45.* domum *reliqui libri* copio ***E*** operiar ***BCDEF***. opperiar tamen *Donatus* quam hic rem charmideſ (*reliquis omnibus omissis*) ***BCDEa***. quam hic rem gerat ***EbFZ***. hic quam gerat rem *Camerarius*

SYCOPHANTA. CHARMIDES.

SYCOPHANTA.

Huíc ego die nomén Trinummo fácio: nam ego operám meam
Tríbus nummis hodié locaui ad ártis nugatórias.
'Aduenio ex Seleúcia, Macédonia, Asia atque 'Arabia,
Quás ego neque oculís neque pedibus únquam usurpauí meis.
Víden egestas quíd negoti dát homini miseró male:
Quía ego nunc subigór trium nummum caúsa ut has epístulas
Dícam ab eo homine me áccepisse, quem égo qui sit hòmo néscio
Néque noui, neque nátus necne is fúerit id solidé scio.

CHARMIDES.

Pól hic quidem fungíno generest: cápite se totúm tegit.
'Illurica faciés uidetur hóminis: eo ornatu áduenit.

Act. IV. Sc. 2. CHARMIDES ***A***. SYCOPHANTA SENEX ***BCDE***, *nisi quod* SICOPHANTA ***B***. Sycophanta Charmidef fenex ***FZ***, *nisi quod et hic et in personarum per totam scenam notatione* Carmides ***F***. *Graecis* Θ *et* X *litteris Charmidis et Sycophantae personas notat* ***B*** 843. X Huic ***B*** ergo ***C*** FACIO ***A***. faciam *reliqui* 844. artif ***AB***. artef *reliqui* NAULATORIAS ***A*** *h. e.* naulatoriaf *ut videtur* 845. feleutîa ***CE*** 846. occulif ***D*** neque pedibuf ***AFZ***. nec pedibuf *reliqui* umquam ***ACDE*** USURPAUIMEIS ***A***, *Camerarius*. ufurpauimuf ***BCDE***. ufurpaui ***FZ*** 847. QUIT ***A*** negoti ***ACD***. negoci ***B***. negocii ***E***. negotii ***FZ*** male *Hermannus*. mali *libri* 848. QUIR••ONUNC *notavi ex* ***A***, *quod nunc non dubito quin* QUIAEGONUNC *sit*. Qui ego nunc *reliqui*. Quom ego nunc *Hermannus* fubi cortrium ***B*** trium nummum ***R***. trinũmorum (um) ***D***. trium nummorum *reliqui* epiftulaf ***B***. epiftolaf *reliqui* 849. ab eo] habeo ***B*** 850. nec(a) eif ***B*** 851. Sol ***B*** fungi nogerere eft ***B***. fungino genere eft *reliqui* capite fe ***FZ***. capit ẽẽ ***B***. capite ***CDE*** tetigit ***DaF*** 852. Illurica *Lambinus*. HILURICA ***A***.

SYCOPHANTA.

'Ille qui me condúxit, ubi condúxit, abduxít domum:
Quaé uoluit, mihi díxit, docuit ét praemonstrauít prius,
Quómodo quidque agerém. nunc adeo sí quid ego addidero ámplius,
Ĕo conductor mélius de me núgas conciliáuerit.
'Vt ille me exornáuit, ita sum ornátus: argentum hóc facit.
'Ipse ornamenta á chorago haec súmpsit suo perículo:
Núnc ego si potero órnamentis hóminem circumdúcere,
Dábo operam, ut me esse ípsum plane sýcophantam séntiat.

CHARMIDES.

Quám magis specto, mínus placet mi haec hóminis facies. míra sunt,
Ni íllic homost aut dórmitator aút sector zonárius.
Lóca contemplat, círcumspectat sése atque aedis nóscitat:
Crédo edepol, quo móx furatum uéniat, speculatúr loca.

Hillurica *reliqui.* Ilurica *Camerarius* 853. adduxit ***FZ*** 854. Que ***BE*** premonſtrauit ***CE*** 855. QUITQUE ***A***. Quicque *Camerarius.* quique *reliqui* QUIT ***A*** 856. Eo] ego ***F*** negaſ ***B*** 857. Vt ille me] *exspectes* Ille uti me exornaui ***BC*** urnatuf ***B*** hac ***AB*** 858. ahorago (c supra) ***C***. achoroga ***Ba***. achoraga ***Bb*** hec ***BE*** periclo ***E***. periculo XXXXX (sic) ***B***, *in quo hic versus tertius est a fine paginae. Qui si in eo libro, e quo* ***B*** *manavit, extremus fuit quinquagesimi quaternionis, potest hic numerus a librario oscitanter transcriptus esse. Quanquam ludibundam potius manum prodere illud videtur, quod in fine versus 1163 eadem X nota vicies ter posita est* 860. ipsus *Gulielmus Qu. Pl. in Trin. c. 1* ſychphantâ ***D*** 861. CH. *om.* ***BCDE*** mihi hominiſ ***B***. mihi haec hominiſ *reliqui* 862. *Nova scena orditur in* ***CDE*** Nillinc ***B*** homo est ***F*** audorminitator ***B*** 864. aedepol ***Z*** mox *libri omnes, etiam* ***B***. nox *Scaliger, Palmerius p. 626* ſpeculatur ***Z***. ſpeculator *reliqui*

Mágis lubidost óbseruare, quíd agat: ei rei operám dabo.

SYCOPHANTA.

Hás regiones démonstrauit míhi ille conductór meus:
'Aput illas aedís sistendae míhi sunt sycopháutiae.
Fŏris pultabo.

CHARMIDES.

Ad nóstras aedis híc quidem habet rectám uiam:
Hércle opinor mi áduenienti hac nóctu agitandumst uígilias.

SYCOPHANTA.

'Aperite hoc, aperíte. heus, ecqui his fóribus tutelám gerit?

CHARMIDES.

Quíd, adulescens, quaéris? quid uis? quíd istas pultas?

SYCOPHANTA.

Heús, senex,
Lésbonicum hic ádulescentem quaéro, in his regiónibus
'Vbi habitet, et item álterum ad istanc cápitis albitúdinem,
Cálliclem quem aibát uocari, qui hás mihi dedit epístulas.

---

865. Magis] giſ **C** lubidoſt *omnes* opera **B** 866. SY. *om.* **BCDE** · ha **C** demanſtrauit **B** 867. ediſ ſiſtende **BE** ſycophantie **BE** 868. foreſ *libri* putabo **CDa** at **C** edia chic **B**. edeſ hic **E**. aedes hic *reliqui*. *Num forte* aedisne hic —? habet **FZ**. habeat **BCDE** 869. mihi *libri* agitandum est uigilias *Gruterus, Gronovius Observ. I, 7, Bentleius in Ter. Phorm. II, 1, 19.* agitandum ſi uigilaſ **BD**. agitandum ſi uigilaſ **CDE**. agitandae ſunt uigiliae **FZ**, *nisi quod* e *pro* ae **F** 870. heus] hec (us) **D** ecqui his *Guyetus*. hecquiſ hiſ **B**. ecquiſ hiſ *reliqui*. ecquis *Camerarius*. ecquis hic *Hermannus* 871. CH.] X **B** aduleſcenſ *omnes* querif **BE** SY. *om.* **B** heuſ **Z**. heu *reliqui* *Post v. 871 sequitur in libris, quem nos fecimus 879* 872. adoleſcentem **EF** quero **BE** 873. et *om. Nonius p. 73* ad iſtanc **FZ**. adi ſtane **B**. ad iſtaue **C**. ad iſtane (c) **DE**. ad ipſam *Nonius* 874. Cal-

CHARMIDES.

Mĕum gnatum hic quidem Lésbonicum quaérit et amicúm meum,

Quoi ego liberósque bonaque cómmendaui, Cálliclem.

SYCOPHANTA.

Fác me, si scis, cértiorem, hisce hómines ubi habitént, pater.

CHARMIDES.

Quíd eos quaeris? aút quis es? aut únde's? aut unde áduenis?

SYCOPHANTA.

Cénsus quom sum, iúratori récte rationém dedi.

CHARMIDES.

* * * * *

SYCOPHANTA.

Múlta simul rogitás: nescio quid éxpediam potíssumum.

Si únumquicquid síngillatim et plácide percontábere,

---

liclem quem aibat *Hermannus.* Callicle naiebat **B**. calliclen aiebat **C**. calliden aiebat **FZ**. calliclen agebat **DE** dedit mihi **B**. mihi dedit *reliqui* epiſtolaſ **CEF** 875. CH. *om.* **BCDE** querit **BE** 876. Cui *libri* callidem **FZ** 877. ſi ſiſ **BCDE** certiorem, hiſce] certior hiſce **Z**. certiorem iiſce **F**. certiore hoſce **BC**. certior eoſce **DE**. certiorem hisce, *Camerarius.* certiorem, hice *Lambinus.* hoſce *si servari voles, sic transponendum:* Fac me certiorem, hosce homines si scis ubi habitent ubi] ut *vitium Camerarianae alt.* habitem **BCE** pater *om.* **F**

878. queriſ **BE** 879. *huc reposuimus, quem libri collocant post v. 871.* cum sum, iuratori *Acidalius.* cum iuratori **BCDEF**. coniuratori **Z**. coniuratori si *Camerarius.* cenſitori '*in probis exemplaribus*' *Pii.* sum, cum iuratori *Reizius ap. Herm. praef. p. X* rectę **C** *Post v. 879 aliquid exciderit oportet: de quo dictum in praefatione* 880. rogitaſ *libri.* rogas *Lindemannus* potiſſimum *libri* 881. ſi **F**. Sin *reliqui* unumquidquid **BF** ſigillatim **B**. ſigillatim **E** percuntabere **B**

Ét meum nomen ét mea facta et ítinera ego faxó scias.

CHARMIDES.

Fáciam ita, ut uis. ágedum, nomen prímum memora tŭum mihi.

SYCOPHANTA.

Mágnum facinus íncipissis pétere.

CHARMIDES.

Quid ita?

SYCOPHANTA.

Quía, pater,
Si ánte lucem ire hércle occipias á meo primo nómine,
Cóncubium sit nóctis, priusquam ad póstremum peruéneris.

CHARMIDES.

'Opus fartost uiático ad tuum nómen, ut tu praédicas.

SYCOPHANTA.

Ést minusculum álterum, quasi uésculum uinárium.

---

882. numen ***BC*** faxoſ ſciaſ ***B*** 883. uis] ſciſ ***Ea*** primum memora tuum ***R***. tuum primum memora *libri*. memora tuum primum *Hermannus*. primum tuum memora *Bothius* 884. SY. *om*. ***B*** incipiſſiſ ***B***, *Gulielmus in Trin. c. 1*. incipiſ ſic *reliqui* pater ***BZ***. patrem ***CDE***. petere ***F*** 885. ire hercle ***R***. ire *cum vacuo spatio* ***B***. ire ***CDEZ***. me ***F***. *Alioqui licebat* Si ante lucem tu ire. *Hermannus:* Ante lucem si ire 886. priuſquam poſtremum perueneriſ *Varro de l. lat. VII, 78 p. 557 Sp. Vnde memini nescio quem* priusquam postremum interuenerit *coniicere*. ad postumum *pro* ad postremum *Bothius*. priusquam tu ad postremum peruenas *Hermannus (praef. p. XIX): pro quo licuerat etiam* priusquam usque ad p. p. 887. Opus fartoſt ***R***. Opuſ factoſt et ***CDEZ***. Opuſ facto eſt et ***BF***. Opus farto est et *Lambinus*. Opus sacco est et *Palmerius p. 698*. Opus face est et *idem et Lipsius Antiq. lect. I, 5*. Opus facla est et *idem*. Face opust et *Hermannus Reizium secutus* ad] at ***B*** tu *om*. ***F*** predicaſ ***BCE*** 888. SY. *om*. ***B*** ueſculum ***R***. uixillum ***CDE***. iuxillum ***B***. uaſculum ***FZ***. *An fuit* uascellum?

CHARMIDES.

Quíd id est tibi nomén adulescens?

SYCOPHANTA.

Páx, id est nomén mihi:

Hóc cotidiánumst.

CHARMIDES.

Edepol nómen nugatórium:

Quási dicas, si quid crediderim tíbi, pax periisse ílico.

Híc homo solide sýcophantast. quíd ais tu, adulescéns?

SYCOPHANTA.

Quid est?

CHARMIDES.

Éloquere, isti tíbi quid homines débent, quos tu quaéritas?

SYCOPHANTA.

Páter istius ádulescentis dédit has duas mi epístulas,

Lésbonici: is mist amicus.

---

889. 890. 891, *qui in libris leguntur post v. 937, huc transtulerunt Meierus p. VIII et Ladewigius in Bergkii et Caesaris Diar. antiq. stud. a. 1845. Suppl. p. 83. Assentitur Fleckeisenus in Schneidewini Philol. II, p. 112 sq., idemque pridem ipse intellexeram*

889. Quid id est tibi nomen **B**. Quid eſt tibi nomen *libri, nisi quod* Quod **Z**. Quid id est nomen tibi *Fleckeisenus*. Quid illud est nomen *Meierus*. — Quid adulescens est id nomen *transposuit Ladewigius* adolefcenf **F** tax *Meursius* id eſt *om.* **F**. idem **Z**

890. cotidianuſt **BCDZ**. quotidianuſt **E**. quotidianumst **F** aedepol **F** 891. pax *hinc enotatum in glossario Plautino* periſſe **F** ilico *omnes* 892. CH. *praemittunt* **EFZ**, *non* **B** ſycophantaſt **B**. ſycophanta eſt *reliqui* adoleſcenſ **DEFZ** eſt **FZ**. ef *reliqui* 893. CH.] X **B** Et loquere **Ca** queritaſ **BCE** 894. SY.] Θ **B** adoleſcentiſ **EF** haſ duaſ mihi **BDEZ**. haſ duaſ **C**. mihi duaſ **F** epiſtolaſ **F** 895. Lesbonici: is mihi est *Pareus*. leſboniciſ mihi eſt **BCaDE**. leſbonici. CH. mihi eſt **FZ**. lesbonici: mihi est *Scaliger, Acidalius* CH. *om.* **FZ**

CHARMIDES.

Téneo hunc manufestárium:
Mé sibi epistulás dedisse dícit. Iudam hominém probe.

SYCOPHANTA.

'Ita ut occepi, si áuimum aduortas, dícam.

CHARMIDES.

Dabo operám tibi.

SYCOPHANTA.

Hánc me iussit Lésbonico dáre suo gnato epístulam,
Ét item hanc alterám suo amico Cállicli iussít dare.

CHARMIDES.

Míhi quoque edepol, quom híc nugatur, cóntra nugarí lubet.
Vbi ipse erat?

SYCOPHANTA.

Bene rém gerebat.

CHARMIDES.

Érgo ubi?

SYCOPHANTA.

In Seleúcia.

CHARMIDES.

* * * * *

'Ab ipson' istas áccepisti?

---

manifeſtarium *libri* 896. epiſtolaſ *CEF* 897. CH.] *spatium B* 898. dare suo gnato *Hermannus*, ſuo gnato dare *libri* epiſtolam *BCEF* 899. callidi *F* 900. quõ *B*. qm̃ *CD*, quoniam *EFZ* nugatur *FZ*. nuguratur *BDE*. nugaratur *C* iubet *C* 901. ubi SY.] ubi *cum spatio B* ſeleutia *CEFZ* *De lacuna, quam signavimus, vide praefationem* 902. accipiſti *B* ipſo niſtaſ *B*. ipſon iſtaſ *reliqui*

SYCOPHANTA.

E mánibus dedit ipse in manus.

CHARMIDES.

Quá faciest homó?

SYCOPHANTA.

Sesquipede quídamst quam tu lóngior.

CHARMIDES.

Haéret haec res, sí quidem ego apsens súm quam praesens lóngior.

Nóuistin' hominém?

SYCOPHANTA.

Ridiculo rógitas, quocum uná cibum Cápere soleo.

CHARMIDES.

Quíd est ei nomen?

SYCOPHANTA.

Quód edepol hominí probo.

CHARMIDES.

Lúbet audire.

---

dedit ipse *Reizius*. dedit mihi ipſe *libri* 903. facie eſt *libri* ſexquipede ***F*** quidam est *Bothius*. quiddamſt ***BC***. quiddampſt ***D***. quid adampſt ***Ea***. quid CH. Eſt ***Eb***. quidem eſt ***F***. quidem iſ est *Hermannus* quam tu ***Z***. quantu ***B***. quantum ***CDEa***. aliquantum ***EbF*** 904. *servavit solus* ***B***, *e quo eum primus edidit Taubmannus* CH. *om.* ***B*** Heret hec ***B*** apſenſ ***B***. abſenſ *reliqui* quam *Scioppius Verisim. III, 3.* quia ***B*** preſenſ ***B*** 905. CH. *praemittit* ***F*** Nouiſti in ***B***. nouiſtin *reliqui* Hém, ridicule *Hermannus* 906. CH.] X ***B*** quid ***BCDE***. quod ***FZ***, *Bothius* ei est *Bothius* nomen] nom̃ o ***B*** (*sic*), *quod videtur* nomen ē (*h. e.* eſt) *valere* quod dedepol ***B***. quod de edepol ***CDE***

SYCOPHANTA.

Illi édepol — illi — ílli — uae miseró mihi.

CHARMIDES.

Quíd est negoti?

SYCOPHANTA.

Déuoraui nómen imprudéns modo.

CHARMIDES.

Nón placet, qui amícos intra déntis conclusós habet.

SYCOPHANTA.

'Atque etiam modo uórsabatur mi ín labris primóribus.

CHARMIDES.

Témperi huic hodie ánteueni.

SYCOPHANTA.

Téneor manufestó miser.

CHARMIDES.

Iám recommentátu's nomen?

SYCOPHANTA.

Dĕum me hercle atque hominúm pudet.

CHARMIDES.

Víde modo hominem ut nóris.

---

907. Illi edepol *Camerarius*. ille edepol *libri* illi illi ***BCDE***. ille ***FZ***. illi illi illi *Hermannus, quod Naekius probabat de allitt. p. 382* ue ***CEZ*** miſoro ***B*** 908. CH. *om.* ***B*** negocii ***Z***. negotii *reliqui* SY.] Θ ***B*** inprudenſ ***B*** 909. denteſ *libri* concluſo ***BC*** 910. adque ***C*** mihi *libri* 911. huic . . . . . miſer *in margine* ***E*** manifeſto *libri* 912. Iam recommentatu's ***R***, *Salmasius*. Iam re commentatuſ eſ ***B***. iam rem commentatuſ eſ ***CD*** *et omisso* iam ***E***. iamne commentatuſ eſ ***FZ*** me hercle ***F***, *Hermannus*. ercle me ***B***. hercle me *reliqui* 913. modo hominem ut ***R***. modo ut hominem ***B***. homo ut hominem *reliqui* noris *Hermannus*. nouerif *libri*

SYCOPHANTA.

Tanquam mémet. fieri istúc solet:

Quód manu tenecás atque oculis uídeas, id desíderes.

Lítteris recómminiscar: C ést principium nómini.

CHARMIDES.

Cállias?

SYCOPHANTA.

Non ést.

CHARMIDES.

Callippus?

SYCOPHANTA.

Nón est.

CHARMIDES.

Callidémides?

SYCOPHANTA.

Nón est.

CHARMIDES.

Callinícus?

SYCOPHANTA.

Non est.

CHARMIDES.

'An Callimachus?

---

tamquam *C* memet *Hermannus*. me *cum spatio* *CDE*. me Θ *B*. me *FZ* 914. manu *Bothius*. in manu *libri* adque *C* occulif *E* 915. X *praemittit* *B*, *spatium* *CDE* literif *C* C eft *Scaliger*, *Palmerius p.* 757. eft *BCD*. CH. eft *EFZ* (Car. eft *F*) 916. CH. *om. libri* Callias *Guyetus*. callicias *BCZ*. callitias *DEF*. Callicles *Camerarius* c^a llidem ides *B*. calliclemides *DEZ* 917. an Callimachus *R*. callimarchus *FZ*. callimarcus *B*. calimarchus *CE*. calimarcltus *D*. Calliarchus *Meierus p. V*. Callimachusne *Guyetus*

SYCOPHANTA.

Nîl agis:
Néque adeo edepol flócci facio, quándo egomet meminí mihi.

CHARMIDES.

'At enim multi Lésbonici súnt hic: nisi nomén patris
Díces, non possum ístos monstrare hómines, quos tu quaéritas.
Quód ad exemplumst? cóniectura sí reperire póssumus.

SYCOPHANTA.

'Ad hoc exemplumst: Chár.

CHARMIDES.

Chares? an Cháricles? numne Chármides?

SYCOPHANTA.

Hem, ístic erit. qui istúm di perdant.

CHARMIDES.

Díxi ego iamdudúm tibi:

---

nihil *libri* 918. mihi] mei ***FZ*** 919. At] Atque ***B*** 920. *spatium ante* dicef ***CDE*** possum istos monstrare ***R*** *Parerg. I, p. 521.* monſtrare poſſum iſtoſ *libri, nisi quod* moſtrare ***C***. monstrare possum hos *Guyetus.* monſtrare istos possum *Bothius* queritaſ ***BE*** 921. exemplum eſt *libri* coniectura . . . . . ad hoc exemplum ẽ *in ima margine habet* ***D*** coniecturaſ ire perire ***BCDEa***. coniectura ſi repperire ***Eb*** poſſumuſiσ. ***B*** 922. *in* ***B*** *sequitur (praemisso* ђp*) post v. 931* SY. *om.* ***B*** exemplum eſt *libri* Char. CH. Chares? an Charicles? numne Charmides? ***R***. ancharesancharmideſ Θ mim charmideſ ***B***. anchareſ an charmideſ min charmideſ ***CDE***, *nisi quod* ♉ *praemittit* ***D***. Ch. an chareſ an charmideſ ***FZ***. an Chares? an Charmides, num Charmides? *Camerarius.* Char. CH. an Chares? an Charmides? *Palmerius p. 759.* Char. CH. an Chares? an Charidemus? num Charmides? *Acidalius et priore* an *deleto Hermannus. Pro paenultimo nomine* Charmadas *Bothius,* Charmylus *Meierus p. V* 923. SY. *om.* ***F*** Em ***B*** iſtuc *Bothius* erat *Acidalius* *Post hunc*

* * * * *

Béne te potius dícere aequomst hómini amico quám male.

SYCOPHANTA.

Sátin' inter labra átque dentis látuit uir minumí preti?

CHARMIDES.

Né male loquere apsénti amico.

SYCOPHANTA.

Quíd ille ergo ignauíssumus
Míhi latitabat?

CHARMIDES.

Si áppellasses, réspondisset nómini.
Sét ubi ipsest?

SYCOPHANTA.

Pol illúm reliqui ad Rhádamam in Cecropia ínsula.

CHARMIDES.

* * * * *

---

v. recte Meierus p. VIII suspicatus est aliquid intercidisse, quod quale fuisse videatur, in praefatione diximus 924. Bene te potius *Hermannus.* potius bene ***F***. te potiuſ bene *reliqui, nisi quod* pociuſ ***B*** equomſt ***B***. aequumſt ***CZ***. equumſt ***E***. aequum eſt ***F***. equum eſt ***E*** 925. inter ***CDEFZ***. intra ***B*** *et editores a Camerario omnes* atque] et ***F*** denteſ *libri* minimi pretii (precii ***EFZ***) *libri* 926. loquere absenti *Reizius (Herm. praef. p. X.)* loquare apſenti ***C***. loquar eapſenti ***B***. loquar ea p̄ſenti ***D***. loquar ea preſenti ***E***. loquare ei praeſenti ***Z***. loquere ei p̄ſente ***F*** ille ergo *Reizius.* ergo ille *libri* ignauiſſimuſ *libri* 927. Latitabat mihi *Hermannus* si appellasses, respondisset nomini ***R***. si appellasses, respondisset, nomine *sic interpuncta Guyetus, et sine interpunctione libri.* respondisset, si appellasses nomine *Hermannus* 928. ubi ipſe eſt ***B***. ipſe ubi eſt *reliqui* reliqui] liqui *Hermannus* ad Rhadamam *Bothius.* adihadamante ***B***. ad rhadamantem ***CDZ***. ad radamantem ***EF*** in cecropia inſuſa ***CDEZ***. in cecropio inſula ***B***. in ceropia inſula ***F***. in Cercopia inſula *Meursius p. 241.* in Cercopia *Guyetus* *Lacunae caussas et supplementum in praefatione declaravimus*

Quís homost me insipiéntior, qui ipse, égomet ubi sim, quaéritem?
Sét nil disconducit huic rei. quíd ais?

SYCOPHANTA.

Quid iam?

CHARMIDES.

Hoc té rogo:
Quós locos adísti?

SYCOPHANTA.

Nimium mírimodis mirábilis.

CHARMIDES.

Lúbet audire, nísi molestumst.

SYCOPHANTA.

Quín discupio dícere.
'Omnium primum in Póntum aduecti ad 'Arabiam terrám sumus.

CHARMIDES.

Eho,
'An etiam Arabiást in Ponto?

---

929. CH. *ante* Quiſ *om.* ***B*** Quis homo est me *Guyetus.* Qui homo eſt me ***BCD***. Qui homo eſt ne ***EZ***. Ne *reliquis omissis* ***F*** insipientier ***DE***. inſipienter ***F*** qui, ipse egomet *iungebatur* quertem ***BE*** 930. *Θ praemittit* ***B*** nihil *libri* diſconduc ***B***. diſcunducit ***Z*** quid ais? SY. quid iam? CH. hoc te rogo ***R***. quid aiſ quid hoc quod te rogo ***BCDEa***. quid aiſ? SY. quid? CH. hoc quod te rogo ***EbFZ***. quod *delevit Gruterus* 931. locuſ ***C*** adisti] adix ***B***. adistis *Acidalius* mirimodis *Guyetus.* miriſ modiſ *libri* mirabileſ *libri* 932. audireſ ***B*** moleſtūſt ***Z***. moleſtum ſi ***BCDE***. moleſtum ſit ***F*** 933. in pontum ***BZ***. inpotentū ***CD***. impotentū ***E***. in ponto ***F*** aduecti ad Arabiam *Camerarius.* aduectia arabiam ***BCDE***. aduecti arabiam ***FZ*** 934. Eho ***F***. Eo *reliqui. Vt epiphonema extra versum posuit Hermannus* (*praef. p. XXIV*), *om. Guyetus* arabia eſt ***F***. arabiaſt *reliqui*

SYCOPHANTA.

Est: nón illa, ubi tus gignitur,
Sét ubi apsinthiúm fit atque cunila gallinácea.

CHARMIDES.

Nímium graphicum hunc núgatorem. sét ego sum insipiéntior,
Qui, égomet unde rédeam, hunc rogitem, quae égo sciam atque hic nésciat:
Nísi quia lubet éxperiri, quo éuasurust dénique.
Sét quid ais? quo inde ísti porro?

SYCOPHANTA.

Si ánimum aduortes, éloquar.
'At caput amnis, quí de caelo exóritur sub solió Iouis.

CHARMIDES.

Súb solio Iouís?

SYCOPHANTA.

Ita dico.

CHARMIDES.

E caélo?

SYCOPHANTA.

Atque e medió quidem.

---

illa ubi tuſ *EF*. illa ubi thuſ *CDZ*. illa cubituſ *B*. illaec ubi tus *Camerarius* 935. abſinthium *FZ*. apſentium *B*. abſentium *reliqui* cunila *BCD*. cinilu *EZ*. cinilia *F* gallinatea *BDEF* 936. Ninium *B* 937. Qui egomet, unde *inugebatur* quae] quia *B*. *Non erat cur* quod *coniiceretur* 938. quia hunc lubet *Hermannus* euaſuruſ eſt *solus F* *Post hunc v. sequuntur in libris v. 889. 890. 891: ubi vide annotata* 939. iiſti *Z*. iſti *reliqui*. istis *Acidalius* aduorteſ *libri*. aduortas *Camerarius et omnes post eum editores* 940. capͮ *BC* qui *Guyetus*. quod *libri* cęlo *CDZ*. celo *BEF*. *Sic etiam v. 941. 942. 947* 941. e caelone *Hermannus* e medio *B*. medio *CDEZ*. in medio *F*

CHARMIDES.

Eho,
'An etiam in caelum éscendisti?

SYCOPHANTA.

Immo hóriola aduectí sumus
'Vsque aqua aduorsá per amnem.

CHARMIDES.

An tu étiam uidistí Iouem?

SYCOPHANTA.

Éum alii di isse ád uillam aibant séruis depromptúm cibum.
Děinde porro

CHARMIDES.

Deǐnde porro nólo quicquam praédicees.

SYCOPHANTA.

Táceo ego hercle, síst molestum.

CHARMIDES.

Nám pudicum néminem
Praédicare opórtet, qui aps terra ád caelum peruénerit.

---

942. Eho ***CEF***. Eo *reliqui* *post* cęlum *vacuum spatium* ***C*** aſcendiſti ***FZ***. ascendistis *Acidalius* horiola *Saracenus*, *Camerarius*. doriola *libri* 943. amnem] anienem ***Z*** An tu ***R***. eo ante ***BCE***. eo an ***Z***. eho anne ***F***, *Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. II, 3*. Eho *e superioribus male repetitum* Iouem] io ē ***B*** 944. SY. *om.* ***BCDE*** Eum alii di isse *Hermannus*. Alli dii isse *Acidalius*. Calliclife ***B***. calliclif ***CDEZ***. callidif ***F***. callide? SY. isse *Bothius*. Charmidi isse *Scioppius l. s. s.* aibant *Hermannus*. aiebant *libri* ſerui ***FZ*** cybum ***DE*** 945. Deinde *Camerarius*. Mande ***BCDE***. Mandere ***FZ*** CH. deinde] deinde *om.* ***FZ*** predicef ***BE*** 946. SY. Taceo ego hercle ***R***. X O hercle ***B***. ohercle ***CDEa***. SY. Eo hercle ***EbZ***. SY. Eho hercle ***F*** ſi eſt moleſtum ***F***. ſi ef moleſtuf *reliqui, in qua scriptura fortasse latet potius* ſi moleſtumſt nam] non ***F*** 947. Praedicare ***R***. Pre ***B***. ere ***CDE***. eſſe ***FZ*** *et post* oportet *inserto* hominem *Hermannus*. Se praebere *Bothius* apſ ***B***. abſ *reliqui* abs terra ad caelum qui *transposuit Hermannus*

SYCOPHANTA.

Dímittam, ut te uélle uideo. sét monstra hosce hominés mihi,
Quós ego quaero, quíbus me oportet hás deferre epístulas.

CHARMIDES.

Quíd ais? tu nunc sí forte eumpse Chármidem conspéxeris
'Illum, quem istas tíbi dedisse cómmemoras epístulas,
Nórisne hominem?

SYCOPHANTA.

Né tu me edepol árbitrare béluam,

---

948. Dimittam ut te ***FZ***. Mit aut te ***B***. mit aut te ***CDE*** noſtra ***B*** hominiſ nihi ***B*** 949. Quoſ ***F***, *Acidalius*. Hoſ *reliqui* quero ***B*** epiſtulaſ ***BCD***. epiſtolaſ *reliqui* *Ceterum facile perspicitur sex versuum 944 ... 949 initia communem in archetypo codice labem passa esse, unde factum est ut in nostris libris et mutila exstent et corrupta. Et sic quidem in* ***B***:

Callicliſe . . . .
Mande porro . . .
X O hercle ſi . . .
Pre oportet . . .
X Mit aut te . . .
Hoſ ego quero . .

servatis autem lacunarum spatiis (quanquam nimis exiguis) in hanc speciem in ***CDE***:

Iouem calliclif . . .
Mande porro . . .
o hercle ſi . . . .
ere oportet . . .
mit aut te . . .
Hoſ ego quaero . .

Quorum quaedam apparet recte expediisse Italum correctorem, cuius manum ***FZ*** *referunt* 950. Quid ais tu nunc? *iungebatur. Viderunt etiam Lomanus p. 54 et Fleckeisenus in Schneidewini Philol. II, p. 83, aliquid sensit Meierus p. V* eumpse *Lindemannus.* eum ipſum *libri.* ipsum *Guyetus* 951. epiſtulaſ ***BC***. epiſtolaſ *reliqui* 952. Norisne *Guyetus.* Noueriſne *libri*: *quo servato Hermannus* hominem: Hem nae tu edepol me nae tu ***F*** aedepol ***F***

Quí quidem non nouísse possim, quícum aetatem exégerim.
'An ille tam esset stúltus, qui mihi mílle nummum crédere**t**
Phílippum, quod me aurúm deferre iússit ad gnatúm suum
'Atque ad amicum Cálliclem, quoi rem ǔibat mandasse híc suam?
Míhi concrederétne, ni me ille ét ego illum nossem ápprobe?

CHARMIDES.

Ěnimuero ego nunc sýcophantae huic sýcophantarí uolo,
Si húnc possum illo mílle nummum Phílippum circumdúcere,
Quód sibi me dedísse dixit. quem égo, qui sit homo, néscio
Néque oculis ante húnc diem umquam uídi, eine aurum créderem?
Quoí, si capitis rés sit, nummum númquam credam plúmbeum.
'Adgrediundust híc homo mi astu. heus, Páx, te tribus uerbís uolo.

---

953. Qui] Quid *C* etatem *B* egerim *F* 954. tam *B*. ita *reliqui* mihi *om*. *F* nummum *B*. nummoſ *reliqui* 955. Philippum *Hermannus*. Philippeum *reliqui, nisi quod* philipeum *D* gnitum *B* 956. callidem *F* quo irem *BCDE*. cui rem *FZ* aibat *Hermannus*. aiebat *libri* 957. concrederetne ni *B*. concrederet ni *BCDEZ*. concrederet niſi *F*. *Vide Parerg. I, 528* illum *supr. scr.* *D* noſſe *CD* aprobe *C*. probe *FZ* 958. ſycophante *BC*. ſicophante *DE* ſicophantari *E*. ^{sic}cophantari *D* 959. possim *Camerarius* illo mille nummum Philippum *B*. *Parerg. I, p. 354.* illo mille nummum philippo *B*. illo mille nummoſ philippo *CDE*. illiſ mille nummiſ philippeiſ *FZ*. *Cf. Scioppium Susp. lect. II, 3* circunducere *FZ*. ciuē ducere *BCDE* 960. Quoſ *FZ* ſcit *Z* 961. occuliſ *D* umquam *CD*. nunquam *E*. unquam *vel* ūquam *reliqui* eine aurum *Camerarius*. eine mirum *BCDE*. ei nimirum *FZ* 962. Quoi *B*. Cui *reliqui* ſit *Guyetus*. ſiet *libri* numquam *B*. nonquam *C*. nunquam *vel* nūquam *reliqui* plumbeam *C* 963. Adgrediunduſt *C*. Adgrediundūſt *DZ*. Adgre-

SYCOPHANTA.

Vél trecentis.

CHARMIDES.

Hában tu id aurum, quód tu accepsti a Chármide?

SYCOPHANTA.

'Atque etiam Philippúm, numeratum illíus in mensá manu, Mílle nummum.

CHARMIDES.

Némpe ab ipso id áccepisti Chármide?

SYCOPHANTA.

Mírum quin ab auo ĕius aut proauo accíperem, qui sunt mórtui.

CHARMIDES.

'Adulescens, cedo dum ístuc aurum míhi.

SYCOPHANTA.

Quod ego dem aurúm tibi?

CHARMIDES.

Quód te a me accepísse fassu's.

SYCOPHANTA.

'Aps te accepisse?

---

diunduſ eſt *B*. Aggrediundū eſt *EF* hic homo mi aſtu heuſ *B*. hic homo maſticheuſ *CDEFZ*. maſtigeuſ '*e codicibus*' *affert Pius*. mi hic homo astu. heus *Hermannus* 964. id aurum quod tu accepsti *R*. id aurum quod accepiſti *libri*. aurum id quod accepisti *Hermannus* 965. Philippum *Guyetus*. philipeum *DE*. philippeum *reliqui* immenſa *F* 966. nummum *B*. nummoſ *reliqui* *sepe* *B* 967. quin] quid *CDE* eiuiſ *B* 968. Adoleſcenſ *F* ego dem aurum *Hermannus*. ego aurum dem *libri*. *Versui satisfacit etiam* dém ego aurum *vel* aurum ego dem 969. CH. *om.* *BCDE* te a me accepisse *Hermannus*. a me te accepiſſe *libri*. te accepisse a me *Kampmannus de AB praep. p. 14*. *Pro* a *praestiterit* abs abs te] apſte *B*. abte *D*. abſ te *reliqui*

CHARMIDES.

'Ita loquor.

SYCOPHANTA.

Quis tu homo's?

CHARMIDES.

Qui mílle nummum tíbi dedi, ego sum Chármides.

SYCOPHANTA.

Néque edepol tu is és neque hodie is úmquam eris, huic auró quidem.
'Abi sis, nugatór: nugari núgatori póstulas.

CHARMIDES.

Chármides ego súm.

SYCOPHANTA.

Nequiquam herclé's: nam nihil aurí fero.
Nímis argute me óbrepsisti in ĕapse occasiúncula.
Póstquam ego me aurum férre dixi, póst tu factu's Chármides:
Príus non tu is eras, quam aúri feci méntionem. nīl agis.
Prŏin tute itidem ut chármidatu's, rúrsum te dechármida.

---

970. tu *sup. scr.* ***B*** homo eſ ***FZ***. homoſt ***C***. homo eſt ***BDE*** 971. tu is es] tuiſſeſ ***BC*** hodie iſ unquam ***Z***. hodiei ſum quam ***BCDE***. hodie unquam ***F*** huic auro *Hermannus*. auro huic *libri* 972. Abi sis *Camerarius*. Aſi ſiſ ***B***. ac ſi ſiſ *reliqui* nugari] nugariſ ***E***. nugatori ***F*** 973. nequicquam ***FZ*** auri fero] affero ***F*** 974. me obrepsisti ***B***. mi obrepsisti *Hermannus*. obrepſiſti ***EZ***. obreſiſti ***BCD***. obrepiſti ***F*** in eapſe] meapſe ***Z***. me hac ***F*** 975. poſt tu] poſtu ***BC*** factu's *Hermannus*. factuſ *libri* 976. non tu is eras *Hermannus*. tu non eraſ ***B***, *ita ut sexta littera, quam puncto signavimus, c an t an r an i sit, non liqueat*. tu non eraſ *reliqui*. *cf. v. 980* auri feci ***FZ***. aurifici ***BCDE*** nihil *libri* 977. Proin tute ***B***. Prointu

CHARMIDES.

Quís ego sum igitur, sí quidem is non sum, quí sum?

SYCOPHANTA.

Quid id ad me áttinet?

Dúm ille ne sis, quem égo esse nolo, sís mea causa quí lubet.

Príus non is eras, quí eras, nunc is fáctu's, qui tum nón eras.

CHARMIDES.

'Age, si quid agis.

SYCOPHANTA.

Quíd ego agam?

CHARMIDES.

Aurum rédde.

SYCOPHANTA.

Dormitás, senex.

CHARMIDES.

Fássu's Charmidém dedisse aurúm tibi?

SYCOPHANTA.

Scriptúm quidem.

---

te *B* *et vel sic vel* proin tu te *reliqui cum edd.* Proinde tu *Hermannus* charmidatu's *idem.* charmidatuſ eſ *libri* te decharmida *R.* recharmida *libri.* te recharmida *Hermannus* 978. Quis] Quid *B* 979. esse ego *Bothius* uolo *F* quilubet *B*, *Scioppius Susp. lect. II, 3, Acidalius.* quilibet *C.* quolibet *DE.* quod lubet *FZ* 980. factu's *Hermannus.* factuſ *libri* 981. SY. *om. C* CH. *om. F* SY.] Car. *F. spatium B* 982. CH.] Syc. *F. om. C* Fassu's *Hermannus.* faſſuſ *libri. An* fassun'? dediſſe. Car. aurum *F*

CHARMIDES.

Próperas an non, própere abire actútum ab his regiónibus,
Dórmitator, príusquam ego hic te iúbeo mulcarí male?

SYCOPHANTA.

Quamóbrem?

CHARMIDES.

Quia illum, quem émentitus és, ego sum ipsus Chármides,
Quém tibi epistulás dedisse aiébas.

SYCOPHANTA.

Eho, quaeso, án tu is es?

CHARMIDES.

'Is enimuero sum.

SYCOPHANTA.

Ăin tu tandem? is ípsusne's?

CHARMIDES.

Aio.

SYCOPHANTA.

'Ipsus es?

CHARMIDES.

'Ipsus, inquam, Chármides sum.

---

983. an non, propere abire *Bothius*. an non properas abire *libri*. an non properas, ire *Guyetus* abere ***B*** actuum ***C*** 984. mulctari ***F***. multari ***Z*** 985. SY. *om*. ***B*** CH.] X ***B***

986. epiſtulaſ ***BZ***. epiſtolaſ *reliqui* dedisse tu aibas *Hermannus, cui* dedisse ante aibas *praestet*. dediſſe aiebat ***B*** eo ***Z***

quaeso an tu is es *Pareus*. queſcan tuiſeſ ***B***. quae eſ (*sic cum vacuo spatio*) ***CDE***. que eſ ***Z***. ne eſ ***F***. quaese tu is es *Camerarius* 987. enimuero sum] enim uorſum ***F*** iſ ipſuſneſ Θ. aio X. ***B***. *om*. *reliqui*

SYCOPHANTA.

Ergo ipsusne's?

CHARMIDES.

Ipsíssumus.

'Abin hinc ab oculís?

SYCOPHANTA.

Enimuero séro quoniam huc áduenis,
Vápulabis meo árbitratu ét nouorum aedílium.

CHARMIDES.

'An etiam maledícis?

SYCOPHANTA.

Immo, sáluos quandoquidem áduenis,
Dí me perdant, sí te flocci fácio an periissés prius.
Égo ob hanc operam argéntum accepi: té macto infortúnio.
Céterum qui sís, qui non sis, flóccum non intérduim.

---

988. ergo ipſuſneſ **B**. ergo ipſuſne eſ *reliqui*. ergon ipſuſ eſ *Priscianus Putschii III, p. 598*. ergo ipſuſ eſt *codices Prisciani (t. I, p. 103 Kr.)* CH. *om.* **F** ipſiſſimuſ *libri*. *affertur etiam in Apospasmatiis metricis Heusingeri p. 67 (Gaisf. Script. lat. metr. p. 565)*

989. Car. *praemittit* **F** Abin hinc *Guyetus*. Abhinc **BCDE**, *codd. Prisc.* Abi hinc **FZ** occuliſ **D** ſero **B**, *Gulielmus c. 2, et ante eum Langlaeus Ictus teste Taubmanno*. ſerio *reliqui libri* huc *Reizius (Herm. praef. p. X)*. *om. libri* 990. Vapulabis *Camerarius*. Vapulaiſ **C**. Vapuliſ **B**. Vapulaſ *reliqui* arbitratu meo *Gulielmus, Hermannus* edilium **Z** 991. CH. *om.* **B** At *libri, Acidalius*. An *Camerarius: cf. Scioppium Susp. lect. II, 3* imo **C** ſaluuſ *libri* 992. Di me *Hermannus*. Di te *libri* ſi te *libri*. etſi *Acidalius* an] poſt an *Lambinus, quod probabat Scaliger* periisses *Camerarius*. periiſſe **BCDE**. perisse **FZ** 993. accepi: te macto *Saracenus, Pius*. accipi te macto **Z**. accep̄ emacto **B**. accep̄ em acto **D**. accepit emacto **CE**. accepi emacto **F** infortunio **FZ**. inportunio **BCDE** 994. Ceterum *Gulielmus*. Sed erum **BCDE**. Sed herum **FZ**. Sed enim tu *Camerarius* interduim *Camerarius*. interdum *libri*

'Ibo ad illum, renúntiabo, quí mihi tris nummós dedit,
'Vt sciat se pérdidisse. ego ábeo. male uiue ét uale:
Quó di te omnes áduenientem péregre perdant, Chármides.

CHARMIDES.

Postquam ílle hinc abiit, póst loquendi líbere
Vidétur tempus uénisse atque occásio.
Iamdúdum meum ille péctus pungit áculeus,
Quid illí negoti fúerit ante aedís meas.
Nam epístulae illae míhi concenturiánt metum
In córde et illut mílle nummum, quám rem agat.
Numquam édepol temere tínnit tintinnábulum:
Nisi qui íllut tractat aút mouet, mutúmst, tacet.
Set quís hic est, qui huc in pláteam cursuram íncipit?
Lubet óbseruare, quíd agat: huc concéssero.

---

995. Ibo ad ***FZ***. Ibo id ***B***. Ibi id ***CDE*** renunciabo ***Z*** qui mihi trif *libri*. mihi qui tris *Hermannus* 996. fiat ***B*** habeo ***DE*** 997. Quodi te *vel* Quo di te ***BCDE***, *Hermannus*. Quod di te ***FZ***. Qui te di *Scaliger*. *Cf. v. 923* Charmides *om.* ***F*** *Novam scenam ordiuntur* ***BCDE***, *quos secutus Hermannus, non* ***FZ***. Charmidef. SENEX DV. *inscripsit* ***B***. SENEX. DV. ***C***. SENES ***D***. SENES DVO CHAR ***E*** 1000. Landudum ***B*** 1001. negoti ***B***. negotii ***CDF***. negocii ***EZ*** aedif *omnes* 1002. epistolae illae mihi concenturiant *Meierus p. V*. epiftola illa mihi concenturiat *libri, nisi quod* epiftula ***BZ***, contenturiat ***B*** metuũ ***B***

1004. Nũquam ***FZ***. Num quẽ ***BCDE*** temere tinnit tintinnabulum *Hermannus*. temere tinniit tintinabulum *Camerarius*. temeret innitin nabubulum ***B***. temere tintinnabulum *reliqui, nisi quod* tintinabulum ***Z*** 1005. et (aut) ***D*** mutumft] mutust *Pareus*. mutuf ***BCDE***. mutum ***FZ*** 1007. *post* obferuare *et post* huc *vacua spatia* ***C*** conceffero. ftafimuf charmidef ***B***

STASIMVS. CHARMIDES.

STASIMVS.

Stásime, fac te própere celerem, récipe te ad dominúm domum,
Né subito metus éxoriatur scápulis stultitiá tua.
'Adde gradum, adproperá: iamdudum fáctumst, quom abistí domo.
Cáue sis tibi, ne búbuli in te cóttabi crebrí crepent,
Si áberis ab eri quaéstione. né destiteris cúrrere.
Écce hominem te, Stásime, nihili: sátin' in thermopólio
Cóndalium es oblítus, postquam thérmopotasti gútturem?
Récipe te et recúrre petere ré recenti.

Act. IV. Sc. 3. SERVVS SENEX C ***B***. SERVVS SENEX ***C***. STASIMVS SERVVS CARMIDES SENEX ***DEFZ***, *nisi quod* Charmidef ***Z***. *Graecis* K *et* Θ *litteris hic quoque utitur* ***B*** 1008. *K praemittit* ***B***, CH. ***Z*** fac te *libri*. facite *Camerarii editio altera, unde* face te *N. Faber apud Gulielmum c. 2, Hermannus* dominum *om.* ***F*** 1009. oriatur ***D*** (ex) stultitia tua *Camerarius*. ftultitiã ***BDE***. ftulticiam ***CFZ*** 1010. abde ***FZ*** appropera ***BF***. adpropera *eliqui ante* iamdudum *vacuum spatium* ***C***. iandudum ***B*** factumft ***CD***. factunft ***Z***. factum ft ***B***. factum eft ***EF*** *post* factumft *spatium* ***C*** cum *libri* abifti *libri*. abiisti *Guyetus, Fleckeisenus Exerc. Pl. p. 42* 1011. bubuli] nebuli (bu) ***D*** 1012. aberis *Camerarius*. abierif *libri* aberi ***BCDE***. ab heri ***FZ*** queftione ***B*** nec ***F*** 1013. nihili ***FZ***. nihil ***BCDE*** satin in thermopolio *Camerarius*. fat inint ermipolio ***B***. fat in thermopolio *reliqui, nisi quod* term. ***F*** 1014. thermopotafti ***BCDEZ***. ter modo potafti ***F***. thermopotas *Bothius* 1015. et recurre petere re recenti *Camerarius*. et recurre petere recenti ***BCDEZ***. et currere propere. recipe te. ***F***

CHARMIDES.

Huic, quísquis est,
Gúrguliost exércitor, is hunc hóminem cursurám docet.

STASIMVS.

Quíd, homo nihili, nón pudet te? tríbusne te potériis
Mémoriae esse oblítum? an uero, quía tu cum frugi hóminibus
'Ibi bibisti, qui áb alieno fácile cohiberént manus,
'Inter eosne hominés condalium té redipisci póstulas?
Chíruchus fuit, Cérconicus, Crímnus, Cricolabus, Cóllabus,
Cóllicrepidae, crúricrepidae, férriteri, mastígiae:
Quórum hercle unus súrpuerit curénti cursorí solum?

---

huic *BCDE*. hic *FZ* 1016. Gurgulioft *B*. gurgillioft *C*. gurgulastẹ *D*. gurgulft *E*. curculioft *Z*. curguluf eft *F* exercitor is *Pius*, *Camerarius*. exercitorif *libri* curfurandocet *B*. curfuram decet *F* 1017. tribuf nunc te *F* poteriis *Camerarius*. poterif *BCDE*. paterif *Z*. potif *F* 1018. memoriae *Gulielmus c. 2*. memorie *F*. memoria *reliqui* quia tu *R*. quia *libri*. quoniam *Reizius apud Herm. praef. p. X* 1020. *huc reposui, qui in libris sequitur post v. 1022: de quo videnda praefatio*

1021. Chiruchus *R*. Truthuf *B*. trucbuf *C*. truchuf *D*. trufchuf *E*. terruchuf *Z*. terrucuf *F*. Cheruchus *Salmasius*. Theruchus *Camerarius*. Ceruchus *nescio quis in exemplo Plantiniano bibliothecae Leidensis* cernonicuf *D* Crimnus *Scaliger, Guyetus*. crinnuf *libri*. Crinus *Hermannus*. Grynus *Pius* Cricolabus (*h. e.* λαμβάνων κρίκον *i. e. condalium*) *R*. cercobuluf *BCD*. cercoboluf *EFZ*. *An fuit* Cricoclopus? Collabus] Colobus *Valla*. Cottabus *Palmerius p. 697. Hariolaturo in promptu sit* Cholopus, *et pro* Cercobulo Crobulus *h. e.* Κρωβύλος 1022. collicrepidae *Beckerus Chariclis vol. II, p. 53*. oculi crepidae *FZ*. oculi crepide *BC*. occulicrepide *DE*. scapulicrepidae *Guyetus* cruricrepidae *Camerarius*. crurii crepidae *Z*. crurii crepide *BE*. cruriicrepide *D*. crurii cerpidae *C*. cruci crepidae *F* maftigie *BE*. magie *D* 1023. Quorum hercle (*quod saepissime in libris est* ercle) *R*. Quorum eorum (*vel* eorũ) *libri*. Quorum *Hermannus*. Quorum hominum *Reisigius Schol. gramm. l. lat. p. 377*. Quorum heri *Bothius* surpuerit

CHARMIDES.

'Ita me di ament, gráphicum furem.

STASIMVS.

Quíd ego, quod periít, petam?
Nísi etiam labórem ad damnum ápponam epithecam insuper.
Quín tu, quod periít, perisse dúcis? cape uorsóriam.
Récipe te ad erum.

CHARMIDES.

Nón fugitiuost híc homo: commeminít domi.

STASIMVS.

'Vtinam ueteres uéterum mores, uéteres parsimóniae
Pótius in maióre honore hic éssent, quam morés mali.

CHARMIDES.

Di ímmortales, básilica hic quidem fácinora inceptát loqui.
Vétera quaerit, uétera amare hunc móre maiorúm scias.

Lindemannus. surripuerit *Hermannus*. ſurrupuit ***B***. ſurripuit ***CDE***. ſubripuit ***FZ*** 1024. ament ***FZ***. amant ***BCDE*** ST.] *spatium* ***B*** . quod periit ***B***. quid periit *reliqui* 1025. addamnum ***B***. addam Num *reliqui* epithecam *coni. Camerarius*. apothecam *libri*. hypothecam *Pius*. parathecam *vel* apotychiam *(sic) Scaliger*. in apothecam *Hermannus* 1026. perisse *Fleckeisenus Exerc. Pl. p. 32*. periiſſe *libri* dicis *coni. idem* uerſoriam *solus* ***B*** 1027. herum ***FZ*** CH. *om.* ***BCDE*** fugitiuuſt ***BCDE***. fugitiuuſ eſt ***EF*** huic ***C*** ...eminit ***B*** *corrosis ab initio tribus litteris h. e.* cōm 1028. ueterum mores ***B***. moreſ ***FZ***. homineſ ***BCDE***. mores omnes *Bothius*. hominum mores *Lindemannus*. homines, utinam *Gruterus*. mores, utinam *Guyetus* ueteriſ ***FZ*** parſimonie ***B*** 1029. ST. *om.* ***B*** in maiori *(sic)* honore *Lomanus p. 74*. maiori honori *libri, nisi quod* honori *sup. scr.* ***B***. *Transposuit* Hic maiori honori potius essent *Guyetus*, Potius maiori essent hic honori *Hermannus*, Maiori hic honori potius essent *Bothius* 1030. CH. *om.* ***BC*** hic *sup. scr.* ***D*** 1031. Vetera querit

STASIMVS.

Nám nunc mores níhili faciunt quód licet, nisi quód lubet.
'Ambitio iam móro sanctast, líberast a légibus.
Scúta iacere fúgereque hostis móre habent licéntiam.
Pétere honorem pró flagitio móre fit.

CHARMIDES.

Morem ímprobum.

STASIMVS.

Strénuos nunc praéterire móre fit.

CHARMIDES.

Nequám quidem.

STASIMVS.

Móres leges pérduxerunt iam ín potestatém suam,
Mágis quis sunt obnóxiosae, quám parentes líberis.
Ěae misere etiam ad párietem sunt fíxae clauis férreis,
'Vbi malos morés adfigi nímio fuerat aéquius.

B. uetera quę Erit *CD*. uetera que Erit *E*. Sta. Qui quaerit *FZ* hunc more *Dousa Expl. IV, 25*. hunomorem *B*. hunc morem *reliqui* fciat *F* 1032. ST. *om. FZ* mores nihili *Scaliger, Hermannus*. moref nihil *libri*. more nihilum *Bothius* licet] libet *C* 1033. ampicio *C* fanctaft liberaft *BCDEZ*. fancta eft liberaft *F*. fanctaft, liberata *Gulielmus* 1034. fugereq; *in marg. D* hoftif *omnes* moref *F* 1035. honore *BC* CH. *om. BCDE* 1036. ST. *om. BCDE* Strenuiores *Reizius ap. Herm. praef. X* nunc *Scaliger, Guyetus. om. libri*. iam *Hermannus* preterire *B*. praeteriri *Scaliger* CH. *om. BCDE* nequam quidem *B*. nequam idem *CDE*. nequam id eft *FZ*. nequam id quidem est *Hermannus* 1037. ST. *om. BCDE* More *Bothius* 1038. quis sunt *Pius,* queis sunt *Camerarius*. qui funt *libri*. qui sint *Bothius* obnoxiosae quam *Hermannus* obnoxio fiquam *BCDE*. obnoxii quam *FZ*. obnoxiae quam *Pius, Guyetus* parentef liberi *CDE*. liberi parentibus *Guyetus* 1039. Ěae misere *R*. Ea miferere *BCD*. ee miferere *E*. Eae miferae *Z*. Car. Hei miferum eft. Sta. *F* fixe *BCE* 1040. affigi *F* equiuf *BE*

CHARMIDES.

Lúbet adire atque áppellare hunc: uérum ausculto pérlubens,
Et metuo, si cómpellabo, ne áliam rem occipiát loqui.

STASIMVS.

Néque istis quicquam lége sanctumst. léges mori séruiunt,
Móres autem rápere properant quá sacrum qua públicum.

CHARMIDES.

Hércle istis malám rem magnam móribus dignúmst dari.

STASIMVS.

Nónne hoc publice ánimaduorti? nam íd genus hominum hóminibus
'Vniuorsis ést aduorsum atque ómni populo mále facit.
Mále fidem seruándo illis quoque ábrogant etiám fidem,
Quí nil meriti: quíppe eorum ex ingénio ingenium horúm probant.
Sí quoi mutuóm quid dederis, fít pro proprio pérditum.

1041. aufcultabo *F* 1042. Et *Acidalius*. fed *libri* ' mecuo *B* nec *Ea* 1043. iftif *FZ*. ifti *BCDE* fanctuft *B*. fanctumft *reliqui* 1044. autem] aū *B* pullicum *B*, *ut 1046. 1057* 1045. CH. *Camerarius*. *om. libri* dignuft *B*. dignum eft *F*. dignumft *reliqui cum A* 1046. ST. *Camerarius*. *om. libri*

Nonne] neq' (ii) *D*. Non *Guyetus*, *Meierus p. V* hoc] h *D*. h° *E* pullice *B* animaduorti *R*. ANIM • • UERTI *A*. animum aduorti *reliqui* hominibuf *Z*. omnibuf *ABCDEF*, *tuenturque Scioppius Susp. lect. V, 13, Doederlinus Synon. IV, p. 355, Hildebrandus in Appul. Metam. VII, 5. Non potest hoc cum v. 171 comparari:* gregem uniuorsum uoluit totum abducere *h. e.* '*die ganze Heerde auf einmal;*' *nam* '*allen Menschen auf einmal*' *hinc esse alienissimum apparet.* 1047. Vniuerfif eft aduerfum *libri cum A* 1049. nihil *libri cum A* EORUMEX *A*. ex eorum *reliqui* *Post hunc v. sequitur in libris, etiam A, versus 1054. Transposuit Bothius, idemque Meierus iussit p. VIII* 1050. Si quoi *R*. SICUI *A*. Si quid *BCDEF*. fi quif *Z* mutuum *libri cum A* DEDERIS *A*. dederit *reliqui* FITPROPIO (PRO R) *A*. fit proprio *F*

Quóm repetas, inimícum amicum inuénias benefactó tuo;
Máge si exigere coépias, duum rérum exoritur óptio:
Vél illut, quod credíderis, perdas, uél illum amicum amíseris.
Hóc qui in mentem uénerit mihi, ré commonitus súm modo.

CHARMIDES.

Méus est hic quidem Stásimus seruos.

STASIMVS.

Nam égo talentum mútuom
Quoí dederam, talénto inimicum mi émi, amicum uéndidi.
Sét ego sum insipiéntior, qui rébus curem púplicis
Pótius quam, id quod próxumumst, meo térgo tutelám geram.
Éo domum.

CHARMIDES.

Heus tu, asta ílico. audi, heús tu.

1051. Qūō *B*. QUM *A*. Qm̄ *CD*. Quoniā *E*. Cum *F*. Quum iam *Z* inuenias benefacto tuo *R*. INUENIASIABENEFAC *(reliqua legi nequeunt)* *A*. beneficio inuenioaſtuo *B*. beneficio inueniaſ tuo *CDEF*. beneficio inueniſ tuo *Z* 1052. Mage si *Bothius*. Si mage *libri* exigere *AFZ*. ex genere *BCDE* coepias, duum *R*. COAPIASDUARUM *A*. cupiaſ duarum *reliqui*. incipias, duarum *coni*. *Bothius* 1053. amiſeriſ *A et (sed erasa a littera)* *D*, *Aldus*. miſeriſ *reliqui* 1054. *in libris est post 1049* uenerit mi in mentem *Bothius, fortasse vere* re commonitus sum modo *R*. MODORRIPSACOMMONITUS *A*. re ipſa commonituſ ſum *reliqui* 1055. MEUSTHIC (*an* MEUSHIC?) *A* ſeruuſ *et* mutuum *libri cum A* 1056. Quoi *R*. CUI *A*. Quod *reliqui* deram *C* mihi em *C*. mihi emi *reliqui* uendedi *B* 1057. puplicíſ *C*. pullicíſ *B*. publicíſ *reliqui* 1058. proxumumſt *Z*. proxumuſt *BCD*. proximumſt *EF*. PROXIMUMEST *A* *Proxima sic exhibet A:*

MEOTERGOTUTELAMGERAM
EODOMUM HEUSTUASTAILICOAUDIHEUSTU NONSTO TEUOLO

sic autem B:

meo tergo cute iam gera meo domū.
Heuſ tua ſta ilico audi heuſ tu non ſto

A quo reliqui (praeter sublatam versuum distinctionem) ita dis-

STASIMVS.

Non sto.

CHARMIDES.

Té uolo.

STASIMVS.

Quíd, si egomet te uélle nolo?

CHARMIDES.

Ah nímium, Stasime, saéuiter.

STASIMVS.

Émere meliust, quoi ímperes.

CHARMIDES.

Pol ego émi atque argentúm dedi.
Sét si non dicto aúdiens est, quíd ago?

STASIMVS.

Da magnúm malum.

CHARMIDES.

Béne mones: ita fácere certumst.

STASIMVS.

Nísi quidem es obnóxius.

CHARMIDES.

Sí bonust, obnóxius sum: sín secust, faciam út mones.

---

crepant, *ut* tute iam *sit in* ***CDEZ***, tutelam *in* ***F***, geram eo *in* ***FZ***, tu afta *in omnibus*, CH. *ante* Heuſ *et* ST. *ante* non *accedat in* ***EbFZ***, *post* ſto *autem ab eisdem* ***EbFZ*** *addatur* CH. At ego te ſtare uolo, *pro quibus* CH. At uolo *addidit Pareus*, CH. At ego te uolo *Bothius* tutelam *pro* tute iam *Pius*, *Camerarius* 1060. ah ***F***, *Hermannus*. ha *libri*. a *Nonius p. 511* 1061. Et mere ***CDE*** meliuſ ***EF***. meliuſt *reliqui cum* ***A*** cui *libri cum* ***A*** emi] em ***C*** 1062. EST ***A***, *Acidalius*. eſ *reliqui*. mihi est *Lambinus* DAMAGNUM ***A***, *Gulielmus in Trin. c. 2.* damnum ***BEFZ***. dampnum ***CD*** 1063. certūſt ***FZ***. certunſt ***BCDE***. CERTUMEST ***A*** 1064. bonust *et* secust ***R***. bonuſ eſ *et* ſecuſ eſ *libri cum* ***A***. bonus

STASIMVS.

Quíd id ad me attinét, bonisne séruis tu utare án malis?

CHARMIDES.

Quía boni malíque in ea re párs tibist.

STASIMVS.

Partem álteram
Tíbi permitto, illam álteram aput me, quód bonist, appónito.

CHARMIDES.

Sí eris meritus, fíet. respice húc ad me: ego sum Chármides.

STASIMVS.

Hém, quis est, qui méntionem homo hóminis fecit óptumi?

CHARMIDES.

'Ipsus homo optumúst.

STASIMVS.

Mare, terra, caélum, di, uostrám fidem,
Sátin' ego oculis pláne uideo? éstne hic an non ést? is est.
Cérto is est, is ést profecto. o mí ere exoptatíssume,
Sálue.

CHARMIDES.

Salue, Stásime.

---

est *et* secus est *Lambinus* UTMONES *A*. uti iubeſ *reliqui*. ut iubes *Hermannus* 1065. boniſ me *C* 1066. Qui *B* tibi eſt *libri cum A* 1067. APUD *A*. ad *reliqui* boni eſt *libri cum A* 1068. fiet *AFZ*. fieſ *BCDE*. fiet. sed *Camerarius* HUCADME *A*. ad me huc *reliqui* charmidẽ *B* 1069. HOMO HOMINISFECIT *A*. facit homo hominiſ *reliqui* optimi *libri cum A* 1070. Ipsus homo *R*. IPSUSHOHOMO *A*. Ipſe homo *BCDEZ*. Ipſe ego *F* optumuſt *R coll. v. 1177*. optimuſ *libri* CAELUM *A*. cęlum *CDZ*. celum *BEF* uoſtram *BDEF*. urãm *C*. ueſtram *AZ* 1071. ego oculiſ *BCEFZ*. ego occuliſ *D*. OCULISEGO *A* HIC *A*. ipſuſ *reliqui* 1072. CERTEISESTPROFECTO *A*

STASIMVS.

Saluom té

CHARMIDES.

Scio et credó tibi.

Sét omitte alia; hoc míhi responde: líberi quid agúnt mei,
Quós reliqui hic, fílium atque fíliam?

STASIMVS.

Viuónt, ualent.

CHARMIDES.

Némpe uterque?

STASIMVS.

Vtérque.

CHARMIDES.

Di me sáluom et seruatúm uolunt.
Cétera intus ótiose pércontabor, quaé uolo.
Ĕamus intro: séquere.

STASIMVS.

Quonam té agis?

CHARMIDES.

Quonam, nísi domum?

STASIMVS.

Hícine nos habitáre censes?

---

here ***FZ*** exoptatissime *libri cum* ***A*** 1073. saluum *libri cum* ***A*** 1074. OMITTE ***A***, *Aldus, Acidalius.* omitto *reliqui* qui dacun mei ***B*** 1075. uiuont ***B***. uiuunt *reliqui cum* ***A*** ualent nempe. CH. uterque? ST. uterque ***BFZ***. ualent nempe uterque. CH. uterque ***CDE***. *correxit Camerarius* saluum *libri cum* ***A*** 1077. ST. *praemittunt* ***DE*** cętera ***Z*** intu sociof se ***B***. intus ociose ***EFZ*** PERCONTABOR ***A***. percunctabor *reliqui* que ***B*** 1078. ST.] CH. ***DE*** quonam te agis? CH. quonam ***B***. QUONAM·········QUONAM ***A***. quo tu te agis CH. quonam ***BFZ***. quo tu te agis ST. quonam ***DE***. quo tu te agis quonam ***C*** 1079.

CHARMIDES.

'Vbinam ego alibi cénseam?

STASIMVS.

Iám

CHARMIDES.

Quid iam?

STASIMVS.

Non súnt nostrae aedes ístae.

CHARMIDES.

Quid ego ex te aúdio? 1080

STASIMVS.

Véndidit tuus gnátus aedis.

CHARMIDES.

Périi.

STASIMVS.

Praesentáriis

'Argenti minís numeratis.

CHARMIDES.

Quót?

STASIMVS.

Quadraginta.

CHARMIDES.

'Occidi.

Quís eas emit?

ST.] CH. *DE* Hicine *B*. hiccine *reliqui* CH.] ST. *DE* ego] ergo *Scaliger* 1080. nostrae aedes istae *Camerarius*. noſtre ediſ ſte *B*. noſtrae aedeſ *FZ*. noſtrae aediſ *CD*. noſtre ediſ *E* 1081. gnatus *Pareus, Naekius Opusc. I, p. 188*. natuſ *libri* 1082. quot *FZ*. quod *BCDE* 1083. Quiſ *B*. qui *reliqui*

STASIMVS.

Cállicles, quoi tŭam rem commendáueras:
'Is habitatum huc cómmigrauit nósque exturbauít foras.

CHARMIDES.

'Vbi nunc filiús meus habitat?

STASIMVS.

Híc in hoc postículo.

CHARMIDES.

Mále disperii.

STASIMVS.

Crédidi aegre tíbi id, ubi audissés, fore.

CHARMIDES.

Égo miser summeís periclis súm per maria máxuma
Véctus, capitalí periclo pér praedones plúrumos
Mé seruaui, sáluos redii: núnc hic disperií miser
Própter eosdem, quórum causa fui hác aetate exércitus.
'Adimit animam mi aégritudo. Stásime, tene me.

STASIMVS.

Vísne aquam
Tíbi petam?

---

callidef *F* cui *libri* 1084. Is] Hic *Ea* 1085. ST. *om.* *BC* 1086. aegre *Z*. egre *BC*. ego *E*. id ego *F* 1087. miser summeis *R*. miser summis *Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 24.* miserū meif *BCDE*. mifer meif *FZ*. miser magnis *Grauertus in Diurn. scholast. a. 1829. p. 28.* minimis vehiclis *Bothius, quod mirere placuisse Naekio de allitt. p. 414* periclis *et proximo v.* periclo *Guyetus.* periculif *et* periculo *libri* maxima *Z* 1088. Vectus, capitali periclo per *interpunxit Goellerus. Vulgo* Vectus capitali periclo, per predonef *BCE* plurimof *libri* 1089. faluf *BC*. faluf *D*. faluuf *EFZ* 1090. hoc aetate *testatur Nonius p. 198* 1091. mihi *libri* egritudo *BCE*

CHARMIDES.

Res quom ánimam agebat, túm esse offusam opórtuit.

CALLICLES. CHARMIDES. STASIMVS.

CALLICLES.

Quid hoc híc clamoris aúdio ante aedís meas?

CHARMIDES.

O Cállicles, o Cállicles, o Cállicles,
Qualíne amico méa commendauí bona.

CALLICLES.

Probo ét fideli et fído et cum magná fide.
Et sálue et saluom te áduenisse gaúdeo.

* * * * *
* * * *
* * * * *

1092. res *om.* ***F*** quõ ***B***. quoniam ***CDE***. quom iam ***Z***. cum ***F*** animum *vitiose Gronoviana* agebat ***BCZ***. aiebat ***DE***. aiebã ***F*** offuſam ***Z***. offuſa ***BCDE***. effuſa ***F***. effuſam '*libri veteres*' *Lambini* *Extremae scenae in B de more continuantur in versus speciem scripta nomina* Callicleſ Charmideſ Staſimuſ

Act. IV. Sc. 4. SENES II. SERVVS C ***B***. CALLICLES CHARMIDES SENEX II STASIMVS SERVVS ***C***. CALLICLES CARMIDES SENES STASIMVS SERVVS ***DEFZ***, *nisi quod* Callideſ ***F***, Charmideſ ***Z***, STASIM ***D*** *Graecis B Θ K litteris personas notat* ***B*** 1092. *B* Quid ***B*** 1093. O callideſ o callideſ ***F***. O challicleſ o challicleſ ***E*** *Tertium* o Callicleſ *om.* ***FZ***. o challicleſ ***E***

1094. amico] animo ***F*** 1095. dona ***Ea*** 1096. CA. *om.* ***BC*** 1097. ſaluae ***C*** ſaluum *libri* ***Post hunc versum, non post 1096 quod Grauertus suspicatus erat l. s. s. p. 31, gravem***

CHARMIDES.

Credo, ómnia istaec sí ita sunt ut praédicas.
Set quís istest tuus ornátus?

CALLICLES.

Ego dicám tibi.
Thensaúrum effodiebam íntus dotem fíliae

---

lacunam esse demonstratum est Parerg. I, p. 561 sqq. Quales fuerint, qui exciderunt versus, tali fere exemplo ostendere studuimus:

CHARMIDES.

Quid salve! pol istanc ego salutem nil moror.
Illut volo scire, tu qui servaris fidem,
Qui me insciente, quae tibi commendaveram
Tuaeque peregre hinc abiens credideram fide,
Bona liberosque pessum dederis omnia?

CALLICLES.

Pol veterem amicum re non comperta malis
Verbis obiurgare haut esse aequom censeo.
Nam et erras et mihi summam facis iniuriam.

CHARMIDES.

Hascine tute emisti aedis, unde exis modo,
Meumque exturbasti hinc Lesbonicum filium?
Estne hoc quod dico, an non est? responde mihi.

CALLICLES.

Emi egomet aedis, emi ut servarem tibi.
Absque eo esset, alii vendidisset filius:
Et has tu et una thesaurum illum perderes,
Quem illic abstrusum fidei mandaras meae.
En salvas trado: tibi illas emi, non mihi.

CHARMIDES.

Quid ais tu, quaeso? pro deum atque hominum fidem,
Subito malefacti facis me dispudeat mei,
Amico pro benefactis qui male dixerim.

CALLICLES.

Quid igitur? iamne fidum credis me et probum?

1098. Credo omnia istaec *iungebatur* si ita sunt ut B. ſi itaſt ut BCDZ. ſi ita eſt ut EF. tibi si itast ut *Camerarius*. si ita est ut tu *Hermannus* predicaſ BC 1099. quiſ *libri*. qui *Guyetus, Hermannus* istest] eſte eſt C. iſte eſt *reliqui* 1100. Thenſaurum D. Tenſaurum E. Theſaurum *reliqui* effodiebat F

Tuae quaé daretur. sét intus narrabó tibi
Et hóc et alia: séquere.

CHARMIDES.

Stasime.

STASIMVS.

Hem.

CHARMIDES.

Strénue
Curre ín Piraeum atque únum curriculúm face.
Vidébis iam illic náuem, qua aduectí sumus.
Iubéto Sagariónem, quae imperáuerim,
Curáre ut efferántur, et tu itó simul.
Solútumst portitóri iam portórium.

STASIMVS.

Nihil ést morae.

CHARMIDES.

Cito ámbula: actutúm redi.

STASIMVS.

Illíc sum atque hic sum.

---

filie ***BE*** 1101. Tueque ***BE***. Tuaeque ***C*** narrabo intus *Hermannus* 1102. aliaſ ***Ea*** hem] en *Hermannus* ſtrunue ***B***

1103. inpira euũ ***BE***. in pira aeuum (*vel* ęuum) ***CD***. in pireeum ***Z***. in pyreum ***F*** 1104. nam ***F*** nauem *sup. scr.* ***D***

1105. Iubeto *Pius, Camerarius.* Videt oſ ***B***. uideto *reliqui* Sagarionem *Salmasius.* angarionem ***B***. ſangarionem *reliqui* que ***BC*** 1107. ſolutumſt ***FZ***. ſolutuſt *reliqui* portitorium ***C***

1108. ST. *om. libri praeter* ***Z*** morae. CH. cito ambula ***R***, *ut Pseud. IV, 1, 14.* moracii ambula ***BC***. moratii ambula ***DE***. morato ambula ***F***. morae. CH. tu ambula ***Z***. morae. CH. nihil ambula *Camerarius: cf. Scioppii Susp. lect. II, 3.* morae. CH. i, i, ambula *Gruterus.* morae. CH. i nunc ambula *Hermannus*

CALLICLES.

Séquere tu hac me intró.

CHARMIDES.

Sequor.

STASIMVS.

Hic méo ero amicus sólus firmus réstitit:
Neque démutauit ánimum de firmá fide,
Quanquám labores múltos ob rem et líberos
[Abséntis mei eri] eum égo cepisse cénseo.
Set hic únus, ut ego súspicor, seruát fidem.

1109. hac me *B*. me hac *reliqui* 1110—1114 *sic constitui Parerg. I, p. 556—563, unde petat qui aliorum conatus resciscere cupiat. Ei versus in B sic scripti exstant:*

K Hic meo ero amico ſoluſ firmuſ reſtitit
Neque demutauit animum de firma fide
Quanquam laboreſ multoſ
Sed hic unuſ ut ego ſuſpicor ſeruat fidem
Ob rem labore meum ego cepiſſe cenſeo Lyſitelis

A quo exemplo ita reliqui libri discrepant, ut praeter sublatam versuum distinctionem hero *EbFZ exhibeant*, amicuſ *EbF*, ſuſpicor *omnes*, laborem eum *CDEa*, Lyſitelis *omittant omnes, praeterea autem EbFZ non tantum* ſed *deleant, sed versus tertii verba, suo loco prorsus omissa, in ultimum inferciant, et sic quidem Z:* quanquam laboreſ multoſ ob rem eum cepiſſe cenſeo, *brevius etiam EbF:* quanquam laboreſ multoſ cepiſſe cenſeo. *Quartum versum, quem ego post quintum, Hermannus transposuit ante tertium; lacunae sedem inter* ob rem *et* eum ego *esse inter nos conuenis, nisi quod ex* laborem *ille effecit* heri mei Et liberum eius, *ego* et liberos Absentis mei eri

ACTVS V.

LYSITELES.

Hic homóst omnium hominum praécipuos,
Voluptátibus gaudiisque ántepotens.
Ita cómmoda, quae cupio, éueniunt,
Quod agó, subit, adsecué sequitur:
Ita gaúdiis gaudium súppeditat.

Act. V. Sc. 1. ADVLESCENS C *B*. LYSITELIS ADVLESCENS *C*. LISITELES ADOLESCENS *DE*. *Superiori scenae sine ullo intervallo continuant FZ: cf. ad v. 1119* 1115—1119 *anapaesticos esse Reizius vidit (Herm. praef. p. IX), dimetros descripsit Hermannus Elem. doctr. metr. p. 393: qui in B versus tres sunt, terminati verbis* antepotenſ, ſubeſt, ſuppeditat C. Hic *B. Tanquam Stasimi verba continuant FZ* homo eſt *libri* hominum omnium *Hermannus.* omnium *sine* hominum *F* 1116. antepotenſ *B*. anteponenſ *CDE*. anteponenduſ *FZ* 1117. *ante* ita *vacuum spatium C* commodaq' *BCD*. commodo quae *Palmerius p. 883* 1118. subit, adsecue sequitur *B*. adſequitur ſubeſt ſubſequitur *libri, nisi quod* aſſequitur *F*. subit *pro* subest *Acidalius. Licuerat fortasse aliquanto propius ad libros:* adsecue subit, subsequitur, *sed duriuscule. Totum versiculum om. Hermannus, casu an consulto incertum* ſuppeditat *B*. ſuppetat *reliqui*

Módo me Stasimus Lésbonici séruos conuenít domi.
'Is mihi dixit súum erum peregre huc áduenisse Chármidem.
Núnc mi is propere cónueniundust, út, quae cum eius filio
Égi, ei rei fundús pater sit pótior. eo ego. sét fores
Haé sonitu suó moram mihi óbiciunt incómmodo.

CHARMIDES. CALLICLES. LYSITELES.

Charmides.

Néque fuit neque erit neque esse quenquam hóminem in terra dum árbitror,

---

A v. 1120. novam scenam ***FZ*** *ordiuntur,* Lyſiteleſ aduleſcenſ (adol. ***F***) *inscriptam. Quinque versus descripti sunt in* ***B****, terminati ei vocibus* dixit, charmidem, egi, mihi, incommode   ſeruuſ *libri*   conuenit domi. Is ***R***. conuenit iſ ***BCDEZ***. conuenienſ ***F***   herum ***FZ***   1122. mihi *libri*   conueniunduſ eſt ***DZ***. conueniunduſ eſt *reliqui*   1123. eo ego ***R***. eo *libri*. ego eo *Lindemannus*. eo iam *Hermannus*   1124. he ***B***   moram mihi *Guyetus*. mihi moram *libri*   obiciunt ***BCD***. obiiciunt ***EFZ*** incommodẹ ***Z***

Act. V. Sc. 2. CHARMIDES. CALLICLES. LYSITELES *Bothius*. CHARMIDES CALLIDES LYSTELIS LESBONICVS SENES II. ADVLESCENS II. C. ***B****, graecis hic quoque litteris* ΘBЄZ *in ipsa scena usus.* SENEX II. ADVLESCENS II. ***C***. CAL CAR SENES II. LISIT ADOL ***D***. CALLICLES CARMIDES SENES. STASIMVS SERVVS ***Ea****, inductis duobus ultimis nominibus addens* LISIT' ADOL' ***Eb****, inducto* ADOL' *addens* LESBONIC' ADOL' ***Ec***. Carmideſ Callideſ ſeneſ. Lyſiteleſ Leſbonicuſ adoleſcenteſ duo ***FZ****, nisi quod* Charmideſ Callicleſ *et bis* II. *pro* duo ***Z***   *Scenae initium in* ***E*** *fit his duobus versibus, sed eis rursum inductis:*

CAL. Quid hoc hic clamoriſ audio ante edeſ meaſ am
CAR. O callicleſ o callicle et alii domum omneſ

1125. Θ Neque ***B***   quemquam ***C***   hominem ***R*** *ex* ***B****, ut Epid. I, 1, 74. Mil. II, 6, 57.* hominum *reliqui*   in terra dum

Quŏius fides fidélitasque amícum erga aequiperét tuam.
Nam éxaedificauísset me ex his aédibus, apsque té foret

CALLICLES.

Sí quid amicum ergá bene feci aut cónsului fidéliter,
Nón uideor meruísse laudem, cúlpa caruisse árbitror.
Nám beneficium hómini proprium quód datur, prosúm perit:
Quód datum utendúmst, repetundi id cópiast, quandó uelis.

CHARMIDES.

Ést ita ut tu dícis. set ego hoc néqueo mirari satis,
Ĕum sororem déspondisse suam ín tam fortem fámiliam.

CALLICLES.

Lýsiteli quidém Philtonis fílio.

LYSITELES.

Enim me nóminat.

CHARMIDES.

Fámiliam optumam óccupauit.

LYSITELES.

Quíd ego cesso hos cónloqui?

Camerarius, sed quod Plautinum esse vix mihi persuadeam. interdum *libri* 1126. Quoius *R*. Quoi *B*. cui *reliqui* aequiperet *CFZ*. equiperet *BDE* tuam *R Parerg. I, p. 562.* suum *libri.* tuae *expetebat Goellerus* 1127. edibuf *B*. rebuf *F* apfque *B*. fi abfque *Z* 1128. benefici *B* 1130. prosum perit *R*. profumpferit *BCDE*. proprium erit *FZ*. proprium sumserit *Camerarius.* proprium sumseris *Acidalius.* pro proprio perit *reliquis transpositis Hermannus.* praesumpseris *Salmasius et* quod *mutato in* quoi *Bothius* 1131. utendumft *BCD*. utendum eft *EFZ* repetundi id *Hermannus.* id repetundi *BC*. id repetendi *reliqui* copiaft *BCDZ*. copia eft *EF* uelit *C* 1132. tu *om. F* nequeo *FZ*. metuo *BCDE* 1133. *affert Nonius p. 306* despondisse *om. F* 1134. familiam. *B* Lyfitel iquidem *B*. familiam lyfiteli quidem *reliqui et edd. Callicli haec tribuenda esse viderat etiam Scaliger* piltonif *CDE* fiolio *Ea* LY.] Θ *B* 1135. optimam *FZ*. optimaf *Nonius p. 356* LY. Quid] Equid *B*,

Sét maueam etiam, opinor: namque hoc cómmodum ordi-
túr loqui.

CHARMIDES.

Váh.

CALLICLES.

Quid est?

CHARMIDES.

Oblítus intus dúdum tibi sum dícere:
Módo mi aduenienti híc nugator quídam occessit óbuiam,
Nímis pergraphicus sýcophanta. is mílle nummum se aúreum
Mĕo datu tibi férre et gnato Lésbonico aibát meo:
Quem égo nec, qui esset, nóram neque eum ante úsquam
conspexí prius.
Sét quid rides?

CALLICLES.

Meo ádlegatu uénit, quasi qui aurúm mihi
Férret aps te, quód darem tuae gnátae dotem: ut fílius
Túus, quando illi a mé darem, esse allátum id aps te cré-
deret,
Neú qui rem ipsam pósset intellégere, thensaurúm tuum
Mé penes esse, atque á me lege pópuli patrium pósceret.

---

i. e. *E.* quid colloqui ***F*** 1136. nanque ***F*** hic *Scaliger* 1137. CH.] *E* ***B*** vah ***EF***. vha ***BCD***. va ***Z*** CA. Quid est? CH.] Θ. Videſt *B.* ***B*** intũſ ***DE*** 1138. mihi *libri* hic ***R***. *om. libri* quuidam ***Z*** occessit *Gulielmus in Pseud. c. 2, Scaliger*. acceſſit *libri* 1139. ſicophanta ***BCDE*** aureum *Camerarius*. aurum *libri* 1140. datum ***F*** aibat *Guyetus*. aiebat ***BCDE***. aiebat ***FZ*** 1141. nec qui ***Z***. nequi *reliqui* uſq' ***B***. unquam ***F*** 1142. adlegatu *omnes* 1143. ferrent ***C*** apſte ***B***. abſte *reliqui*. *item proximo v.* 1144. a] ad ***Ea*** ablatum ***F***. allatum *reliqui* 1145. qui *Acidalius*. quiſ *libri* intelligere ***FZ*** thenſaurum ***BCDE***. theſaurum ***FZ*** 1146. penes esse *Bothius*. eſſe peneſ *libri*

CHARMIDES.

Scíte edepol.

CALLICLES.

Megarónides commúnis hoc meus ét tuus
Béneuolens comméntust.

CHARMIDES.

Quin conlaúdo consilium ét probo.

LYSITELES.

Quíd ego ineptus, dúm sermonem uéreor interrúmpere,
Sólus sto nec, quód conatus sum ágere, ago? homines cónloquar.

CHARMIDES.

Quís hic est, qui huc ad nós incedit?

LYSITELES.

Chármidem socerúm suum
Lýsiteles salútat.

CHARMIDES.

Di dent tíbi, Lysiteles, quaé uelis.

CALLICLES.

Nón ego sum salúte dignus?

LYSITELES.

'Immo salue, Cállicles.

1147. aedepol *F* 1148. commentuſt *DEZ*. comentuſt *B*. commetuſt *C*. commentuſ eſt *F* quin collaudo *Camerarius*. quin c̄laudo *B*. quinunc laudo *CEZ*. quin laudo *F* 1149. LY. *om.* *B* hominef *FZ*. hominiſ *BCDE* 1150. c̄loquar *B*. conloquar *reliqui* 1151. charmiden *Z* tuum *F* 1152. Lyſitelef *FZ*. Lyſteuſ *BCDE* (*ortum e* lyſtelif) CH. *om.* *B* que *B* 1153. CA.] *E* *B*. *om.* *Z* ſalute dignuſ *libri omnes*. dignus salutis *Nonius p. 497, Hermannus*. salutis dignus *Pius, Gulielmus, Scaliger, Acidalius* LY.] Θ *B* callidef *F*

Húnc priorem aequómst me habere: túnica propior pálliost.

CALLICLES.

Dĕos uolo consília uobis uóstra recte uórtere.

CHARMIDES.

Fíliam meam tíbi desponsam esse aúdio.

LYSITELES.

Nisi tú neuis.

CHARMIDES.

'Immo haut nolo.

LYSITELES.

Spónden tu ergo tŭam gnatam uxorém mihi?

CHARMIDES.

Spóndeo et mille aúri Philippum dótis.

LYSITELES.

Dotem níl moror.

CHARMIDES.

Si ílla tibi placét, placenda dós quoquest quam dát tibi.
Póstremo, quod uís, non duces, nísi illut, quod non uís, feres.

1154. nunc *Z* aequmſt *B*. aequumſt *CZ*. equumſt *D*. aequum eſt *EF* habere *B*. tunica *B*. *spatium intermedium CDE* prop^{i}or *C*. proprior *Da* pallioſt *B*. pallio eſt *reliqui* 1155. *Callicli tribui, qui in scriptis editisque Charmidis est una cum proximo* Θ Deuſ *B* uobis uostra *Hermannus*. uoſtra *B*. ueſtra *reliqui* 1156. deſponſam eſſe *B, Hermannus*. deſponſatam eſſe *reliqui, Nonius p. 144*. desponsatam *Bothius* LY.] *Z B* tu neuiſ *EbFZ e Nonio. om. BCDEa* 1157. LY.] *E B* sponden tu ergo *B*. ſpondent ergo *CDE*. ſponde nergo *B*. ſponde ergo *F*. ſponden ergo *Z, vulg.* 1158. phiplippum *B* LY.] *Z B* nihil *libri* morer *B* 1159. CH.] Cal. *FZ*. *om. B*. *Charmidi tribuit Acidalius* quoque eſt *libri* 1160. CH. *praemittunt EFZ, spatium C* Postremo hoc, quod *Hermannus* fereſ *B*. foreſ *CDE*. feraſ *FZ*

CALLICLES.

Iús hic orat.

LYSITELES.

'Impetrabit te áduocato atque árbitro.

'Istac lege filiam tuam spónden mi uxorém dari?

CHARMIDES.

Spóndeo.

CALLICLES.

Et ego spóndeo itidem.

LYSITELES.

Oh, sáluete adfinés mei.

CHARMIDES.

'Atque edepol sunt rés, quas propter tíbi tamen súscénsui.

LYSITELES.

Quíd ego feci?

CHARMIDES.

Mĕum corrumpi quía perpessu's fílium.

1161. CA. *om.* ***B***. CH. *vitium Camerarianae corrigit Acidalius* Ius] Luſ ***B*** LY.] Θ ***B*** at uocato ***B*** arbitro ***BFZ***. arbitrio ***CDE*** 1162. *E praemittit* ***B***, *spatium* ***CDE*** iſtanc ***Z*** ſponde ***F*** mihi *libri* 1163. spondeo itidem. LY. oh ***B***. ſpondeo idem hoc oh ***CD***. ſpondeo idem hoc. Ly. ***F***. ſpondeo idem hoc LY. oh ***BFZ*** (*nisi quod E pro* LY. *est in* ***B***), *vulg*. *Pro* idem hoc *Hermannus* idem, *Bothius* item hoc affineſ ***F*** *In* ***B*** *versus terminatur* ſaluete *uoce, novum autem eundemque paginae extremum efficiunt* Adfineſ mei *cum hac nota* X *vicies ter continuo ordine repetita: de quo ad v. 858 dictum est* 1164. Adque ***C*** ſuſcenſui ***BCD***. ſuccenſui ***EZ***. ſubcenſui ***F*** 1165. *Inde ab hoc versu usque ad finem fabulae* Lysiteli *tribui omnes, qui vulgo* Calliclis *sunt, sermones, praeter v. 1185 sq. De qua re exposui Parerg. I, p. 578 sq. Vestigia veri in* ***B*** *relicta sunt v. 1165. 1178. 1179* LY. Quid] *E* Quid ***B***. CA. quid *reliqui libri: quod deinceps non notabo* perpeſſiſ ***F***

LYSITELES.

Si íd mea uoluntáte factumst, ést quod mihi suscénseas.

* * * * *

Sét sine me hoc aps te ímpetrare, quod uolo.

CHARMIDES.

Quid id ést?

LYSITELES.

Scies:

Sí quid stulte fécit, ut ea míssa facias ómnia.

Quíd quassas capút?

CHARMIDES.

Cruciatur cór mi et metuo.

LYSITELES.

Nám quid est?

CHARMIDES.

Quóm ille itast, ut eum ésse nolo, id crúcior: metuo, sí tibi

Dénegem quod me óras, ne me léuiorem erga té putes.

Nón grauabor: fáciam ita ut uis.

1166. LY. *om.* **B** factum est, est quod *Camerarius.* factumſt quod **CDFZ**. factum eſt quod **BE** ſuſcenſeaſ **BCDE**. ſucceuſeaſ **FZ** *Post v. 1166 lacunam signavimus, quam velut hoc exemplo supplevimus Parerg. I, p. 579:*

Verum incendium, ubi, quod comedit, sibi paratum invenerit,
Ipsus scis quam sit difficile offusa aqua restinguere.

1167. apſte **B**. abſte *reliqui* eſt **FZ**. eſ **BCDE** LY.] *B* **B** ſcieſ **FZ**. cieſ **BCDE** 1168. miſſa **FZ**. miſſā *vel* miſſam **BCDE** 1169. mihi *libri* Nam quid est **R**. quidnam id est *libri, quod hic locum non habet* 1170. LY.] *B* **B** Quom **B**. Cum *reliqui* itaſt **Z**. iſtaſt **BCDE**. eſt **F** ut eum esse **R**. ut eſſe *libri* nolo ut crutior **C** tibi] id **Z** 1171. ne me leuiorem erga te *Hermannus*. ne te leuiorem erga me *libri, nisi quod* nite **DEZ** 1172. *et* 1173 *transposuit Bothius* Θ *ant*

LYSITELES.

Próbus es. eo, ut illum éuocem.

CHARMIDES.

Míserumst male promérita, ut merita sínt, si ulcisci nón licet.

LYSITELES.

'Aperite hoc, aperíto propere et Lésbonicum, sí domist,
Éuocate: ita súbitumst, propere quód eum conuentúm uolo.

LESBONICVS. LYSITELES. CHARMIDES. CALLICLES.

LESBONICVS.

Quís homo tam tumúltuoso sónitu me exciuít foras?

Non *B*, *spatium CDE* *B* probuſ ſeſeo ut *B* 1173. Miſerumſt *CDZ*. Miſeriſ mſt *B*. Miſerum eſt *EF* promerita, ut merita sint, si ulcisci non licet *B et solo* sunt *pro* sint *substituto olim Lindemannus*. promerit aut merita ſiniſ ulciſ ciñ locet *B et paullo aliter iunctis syllabis CDE*. promerita ut merita, ſi mihi ulciſci non licet *Z*. promerita ſi ulciſci non licet *F* 1174. LY.] Θ *B*, *in quo hic et proximus sic scripti exstant:*

Aperite hoc aperite propere quod eum conuentū
Foraſ euocate ita ſubitoſt propere quod eū conuentū uolo

domiſt *Guyetus*, *Reizius* (*Herm. praef. p. X*) domiſt foraſ *CDEFZ* 1175. subitumſt *Acidalius*. ſubitoſt *libri* propere] propter *Acidalius* *Proxima, quae in libris continuantur sine ulla distinctione, propter eas quas Musei philol. Rhen. nov. t. IV, p. 608 sq. explicavimus caussas novam esse scenam voluimus cum Bothio, qui tamen in inscriptione* LYSITELES *nomen omisit* 1176. exciuit foras *Guyetus*, *Reizius*, exciuit ſubito foraſ *libri*

LYSITELES.

Béneuolens tuus átque amicust.

LESBONICVS.

Sátine salue? díc mihi.

LYSITELES.

Récte. tuum patrém redisse sáluom peregre gaúdeo.

LESBONICVS.

Quís id ait?

LYSITELES.

Ego.

LESBONICVS.

Tún uidisti?

LYSITELES.

Et túte item uideás licet.

LESBONICVS.

'O pater, patér mi, salue.

CHARMIDES.

Sálue multum, gnáte mi.

LESBONICVS.

Sí quid tibi, patér, laboris

CHARMIDES.

Níhil euenit, né time:

1177. LY.] *B* ***B*** amicuſt ***Z***. amicuſ ÷ ***B***. amicumſt ***CDE***. amicuſ eſt ***F***. amicuſ *veteres editiones Donati in Eun. V, 6, 8. Cf. v. 1070* satine salue *Gruterus*. ſatin eſt (*vel* ſatin ē) ſalue ***CDE***. ſatinſt ſalue ***B***. ſatin ſalue ***F***, *Donatus*. satin saluae *Camerarius* 1178. LY.] *E.* ***B*** Recte. tuum *Acidalius, sine distinctione libri* rediſſe ***F***. rediiſſe *reliqui* ſaluom ***B***. ſaluum *reliqui* 1179. LY. Ego] *E.* Ego ***B*** uidiſti. LY.] uidiſti *cum spatio* ***B*** item *Bothius*. idem *libri* licet ***CEFZ***. liceat *Taubmannianae, Gro-*

Béne re gesta sáluos redeo. sí tu modo frugi ésse uis,
Haéc tibi pactast Cálliclai fília.

LESBONICVS.

Ego ducám, pater,
Ét eam et si quam aliám iubebis.

CHARMIDES.

Quánquam tibi suscénsui,
Míseria una uní quidem hominist ádfatim.

CALLICLES.

Immo huíc parumst:
Nám si pro peccátis centum dúcat uxorés, parumst.

LESBONICVS.

'At iam posthac témperabo.

CHARMIDES.

Dícis, si faciés modo.

LESBONICVS.

Númquid causaest, quín uxorem crás domum ducam?

---

noviana: de BD *nihil notatum* 1182. saluus *libri* redio B esse uis] es seus B 1183. Hec B pactast *omnes* Calliclai *Bothius.* callicli BCDEZ. callidis F. Callicli huius *Hermannus* 1184. Et eam *Bothius.* Etiam *libri* CH. Quanquam] *E* Quāquam B suscensui BCDE. succensui FZ. 1185. *Charmidi continuanda esse vidit Lomanus p. 74. Nullam personae notam* CDEF *praemittunt, B* B, Cal. Z, *edd.* Miseria una uni quidem *Lambinus.* Miseria uni quidem BC*Ea.* Miseria [uni] quidem D. Miseria una quidem Z. Miseret tamen. Cal. una quidem E*b*F hominist affatim Z. homini stat fatim CDE. homini stat fati B. homini sat est F Immo] *Callicli tribuimus cum Lomano. E.* immo B. CH. immo *reliqui* parumst CDEZ. parum est BF. est parum *Hermannus* 1186. uxoris B parum est B. parumst *reliqui* CH. dicis] CA. dicis *Guyetus, Gronoviana* facies *libri.* facias *Camerarius* 1188. *Lysiteli tribui Grauertus volebat Diurn. scholast. a. 1829. p. 32. Lesbonici notam (Z) praemittit* B,

CHARMIDES.

'Optumumst.

Tu in perendinum paratus sis ut ducas.

CANTOR.

Plaudite.

---

nullam ***CD***, Cal. ***EFZ*** Numquid *Camerarius*. Nunquid ***F***. Nunc quid ***BCEZ***. Nč quid ***D*** causaest] causa est ***BCDEZ***. causae est ***F*** ducam ***B***. ducat *reliqui* CH. optumumst *Guyetus*. Θ optimust licet ***B***. CH. optimumst licet *reliqui*. optima est *Gronovius in Capt. II, 2, 104*. Callicli *tribuit Bothius* *Manifesta sunt duplicis recensionis vestigia, in quarum altera fuit:*

LES. Numquid causaest, quin uxorem cras domum ducam? CHA. optumumst.

in altera autem:

CAL. Numquid causaest, quin uxorem cras domum ducat? CHA. licet.

1189. *Charmidi* ***FZ*** *continuant. B praemittit* ***B***, *spatium* ***CDE*** perendium ***F*** *ante* Vt *vacuum spatium* ***E*** dicaš ***C*** ducaš. plaudite ***CDEFZ***. ducaš ⦀ plaudite ***B***: *quod quo iure* CANTOR plaudite *interpretati simus, praefatio docet* PLAVTI TRINVMMVS EXPLICIT ***BDE***. LAVTI TRINVM MVS EXPLICIT ***C***. PLAVTI TRINVMVS EXPLICIT FELICITER ***F***. *om.* ***Z***

BONNAE, FORMIS F. P. LECHNERI.

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS EMENDATIONIS PLAVTINAE.

TOMVS I.

PROLEGOMENA TRINVMMVM MILITEM GLORIOSVM BACCHIDES COMPLECTENS.

BONNAE

H. B. KOENIG

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLIX.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE

VENVMDANT.

T. MACCI PLAVTI

MILES GLORIOSVS.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

BONNAE

H. B. KOENIG

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLIX.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE

VENVMDANT.

Ad Militem gloriosum e membranis Ambrosianis tres et viginti pertinent, quarum ordinem nexumque pristinum haec quam infra posui tabula ostendit.

A. a
215. 216 = 1— 17. 18 — 36
361. 362 = 37— 55. 56 — 74
B. b
C. c
367. 368 = 147—162. 163—176
221. 222 = 177— — — —211
D. d

XLV

269. 270 = 249—264. 265—278
E. e
F. f
275. 276 = 344—358. 358—373
281. 282 = 374—391. 392—406
G. g
H. h
287. 288 = 467—481. 482—500

XLVI

J. i
289. 290 = 539—557. 558—576
61. 62 = 577—595. 596—611
K. k
L. l
55. 56 = 681—694. 695—711
307. 308 = 712—732. 733—749
M. m

XLVII

433. 434 = ... 789—791. ...
421. 422 = ...
N. n
O. o
P. p
Q. q
431. 432 = ... —1003. 1004—1016
445 b. 446 b = 1017 — — — —1039

XLVIIII [sic: XLVIII]

435. 436 = 1040—1053. 1054— ...
R. r
S. s
407. 408 = 1122—1138. 1139—1154
417. 418 = 1155—1172. 1173—1189
T. t
U. u
445 a. 446 a = ... —1269. 1270— ...

XLVIIII

427 a. 428 a = ...
V. v
X. x
379. 380 = ... —1405. 1406—1422
381. 382 = 1423—1436. 1437 et Men. inscr.
Y. y
Z. z
427 b. 428 b = Men. prol. ...—I, 1, 14

L

A tantae multitudinis laude dolendum est magno intervallo earundem integritatem membranarum distare: quarum hodierna condicio cum diversissima est tum maxima ex parte perquam miserabilis. Namque aut nihil aut propemodum nihil veteris scripturae superstes est in paginis 215

367. 55. 433. 434. 421. 422. 431. 432. 445 b. 446 b. 435. 436. 407. 445 a. 446 a. 427 a. 428 a. 379. 380. 382: item in paginarum 362. 62 dimidia parte inferiore et p. 408. 381 superiore. Non multa sunt quae legi potuerunt in p. 275. 287. 417. 418, praeterea in p. 289. 62 parte superiore, 408. 381 inferiore. Aliquanto plura curiosius intensae oculorum acie apparuerunt in p. 216. 361. 276. 281. 282. 61. 56. 307. 308, item in p. 362 superiore, 289 inferiore. Restant igitur, in quibus vel paucis vel adeo paucissimis exceptis legi omnia potuerint, paginae 368. 221. 222. 269. 270. 288. 290. Et harum quidem duas quoniam Angelus Maius dixit *carere fere in codice posteriore scriptura, itaque Plautinum textum percommode legi:* hoc ut quale sit recte existimetur, non parcendum esse chartis videtur, sed exemplum infra ponendum ipsarum paginarum illarum, quae sunt 221. 222:

NESCIOITAARRIPUITREPENTESESESUBITO SUSPICOR
MEPERIISSE UBIABIITCONCLAMOHEUSQUIDAGISTUINQUAM
INTEGULIS
ILLEMIHIABIENSITARESPONDITSESECTARISIMIAM
VAEMIHIMISEROQUOIPEREUNDUSITPROPTERNIHILIBESTIAM
SEDPHILOCOMASIUMHICINEETIAMNUNCEST CUMEXIBAM
HICERAT
IST·SIUBEHUCTRANSIREQUANTUMPOSSINTSEUTUIDEANTDOMI
FAMILIARESNISIQUIDEMILLANOSUOLTQUISERUISUMUS
PROPTERAMOREMSUUMOMNESCRUCIBUSCONTUBERNALESDARI
DIXIEGOISTUCNISIQUIDALIUDUIS UOLOHOCEIDICITO
PROFECTOUTNEQUOQUAMDEINGENIODEGREDIATURMULIEBRI
·ARUMQ' \I · · · · D · SCI · L · N · · · · · · · · CATCOdIn · Q — —
VTEUMQUISEHICUIDITUERBISUINCATNEISTEUIDERIT
SIQUIDEMCENTIENSHICUISASITTAMENINFITIASEAT
OSHABETLINGUAMPERFIDIAMMALITIAMATQUEAUDACIAM
CONFIDENTIAMCONFIRMITATEMFRAUDULENTIAM
QUIARGUATSEEUMCONTRAUINCATIUREIURANDOSUO
DOMIDOLOSDOMIDELENIFICAFACTADOMIFALLACIAS

NAMMULIERHOLITORINUNQUAMSUPPLICATSIQUASTMALA
DOMIHABETHORTUMETCONDIMENTAADOMNIS — — —
EGOISTAECSIERITHICNUNTIABOSEDQUIDESTPALAESTRIO
QUODUOLUTASTUTETECUMINCORDE PAULISPERTACE
DUMEGOMIHICONSILIAINANIMUMCONUOCOETDUMCONS —
QUIDAGAMQUEMDOLUMDOLOSOCONTRACONSERUOPAREM
QUIILLAMHICUIDITOSCULANTEMIDUISUMNEUISUMSIET
QUAEREEGOHINCABSCESSEROABSTEHUCINTERIMIL — —
QUEMADMODUMADSTITITSEUEROFRONTECURANSCOGIT —
PECTUSDIGITISPULTATCORCREDOEUOCATURUSTFORAS
ECCEAUORTITNIXUSLAEUOINFEMINEHABETLAEUAMMANUM
DEXTERADIGITISRATIONEMCOMPUTATFERITFEMUR
DEXTER . . . . . .l. UEHEMENTERSEDQUODAGATAEGRESUPPETIT
CONCREPUITDIGITISLABORATCREBROSCOMMUTATSTATUS
ECCEREAUTEMCAPITENUTATNONPLACETQUODREPPERIT
QUICQUIDESTINCOCTUMNONEXPROMETBENECOCTUMDABIT
ECCEAUTEMAEDIFICATCOLUMNAMMENTOSUFFIGITSUO
APAGENONPLACETPROFECTOMIHIILLAECAEDIFICATIO
NAMOSCULUMNATUMPOETAEESSEAUDIUIBARBARO

Harum igitur paginarum sciendum est prorsus intactam Bobiensem librarium solam alteram reliquisse: in ea quae prior est posteriore scriptura totos vacare versus 9. 10. 12. 15. 16. 17. 18. 19, prope totum 8, ex parte etiam 11: contra non mediocriter corrosos utramque paginam versus 13 et 14 ostendere. — Praeterea percommode v. 789. 790. 791 propterea leguntur, quod in margine scripti sunt paginae 433, cum in ipsa continuitate Plautinorum verborum imprudenter omissi essent a librario. Praeter illos enim tres versiculos nihil prorsus in p. 433. 434 legi potuisse non mirabere, ubi eius membranae compereris nihil nisi ipsos margines superstites esse. Quae ei condicio communis est cum p. 421. 422 et 427 *a*. 428 *a*: sic enim has discriminavimus ab eis quae Menaechmorum initium cum parte prologi tenent, ut quibus nullos omnino numeros Maius inscripserit. Consimili idem festinatione in numerandis paginis prorsus neglexit 446 *a* et 445 *b*. — Ceterum quas partes fabulae eae membranae tenuerint, quae nunc vel situ et madore misere lacerae sunt vel radendo eluendoque corruptae, ad instaurandam autem pristinam scripturam a Maio infuscatae, aliqua ex parte sic uti significavimus licuit haud ambiguis indiciis eruere. Primum enim in p. 431 ima haec apparuerunt versuum 1001. 1003 initia:

18 QU . . . . QU . . . . QU

19 TUMAUT·MILL·I·SAE . . . .

hi autem versuum 1014. 1015 exitus in ima p. 432:

17 . . . . UILAS

18 . . . . US

19 . . . .

Rursum autem servata in p. 435 tenuissima vestigia haece

3 . . . . RU
12 Q . . . .
18 Q . . . .

facile intelligitur spectare ad v. 1041. 1047. 1052: frequentius enim propter nimiam amplitudinem anapaesticos quam trochaicos septenarios in binos dispesci non est mirum. Ergo si in v. 1016 desinebat p. 432, a v. 1040 (id quod credibilius quam a 1039) incipiebat p. 435, consequens est ut interiectae paginae 445*b*. 446*b*, quarum altera habet in fine quaternionis notationem XLVIII, versibus 1017 et 1039 finiantur. Non minus certis indiciis cognoscitur paginae 446*a*, in cuius fine XLVIIII positum, initium fieri a v. 1270: in qua cum hi exitus hodie relicti sint versuum 1270. 1272. 1277. 1281:

1 . . . . ADTE
3 . . . . UIT
8 Q . . . . OTUIT
14 . . . . DIT

credibile est a versu circiter 1285 exorsam esse p. 427*a*. — Ceterum etiam alterius quaternionis notatio XLVI apparuit in ima p. 288: nulla tamen, quamvis acriter vestigata, in p. 428*b* (L.) — Praeterea non nescire harum rerum curiosos volo paginam 275 incipere ab INUIAM verbis in singulari versu positis, desinere autem in LOQUERE, ita ut proxima QUIDUIS vox occupet primum versum paginae 276: pariterque paginam 282 terminari USQUEFUE syllabis.

Quodsi deperditarum membranarum intervallis eas fabulae partes contuleris quae inter superstites membranas

mediae sunt, nihil incongrui repereris praeterquam in duabus scenis, eisque eo metro conscriptis, quod longe certiorem quam regnans in hac fabula septenariorum genus computum admittit. Nam primum cum inter v. 500 et 539 in Palatinis libris senarii exstent triginta septem, efficitur ad complendas paginas *J. i* versum unum deesse. Quo integriorem fuisse Ambrosianum hoc tibi firmius persuadebis, quo evidentius ipsius sententiae lacunam is versus prodit qui inter 526 et 529 habetur vulgo. Difficilius de sede alterius lacunae statuitur, quae ad paginas *B. b. C. c* spectat. Hae enim cum versuum LXXVI. multitudinem requirant, tamen inter v. 74 et 147 hodie tantum LXXII. leguntur: quo accedunt scenae inscriptioni destinati duo. Nisi igitur in Ambrosiano putabis aliquot versus vel errore iteratos esse vel accessisse ex interpolatione, quorum neutrum aliqua probabilitatis specie commendatur, poeta credendus erit duos senarios addidisse qui hodie desiderentur, vel fortasse tres, si suppositicio illo 132 carebat Ambrosianus. Qui ubi exciderint, quia in sententiis nihil admodum hiat, cum aliqua confidentia definiri nequit. Potuit post commemoratum v. 86 sq. nomen graecae comoediae accedere poetae nomen: potuit versui 92 aliquid praecedere, quo *itaque* particula insequentis versus etiam aptius et tanquam explicatius quam nunc ad v. 91 referretur: item potuere post v. 144 talia addi, a quibus lenius quam nunc fit ad v. 145 transiretur. Omnium tamen proximum a similitudine veri nescio an hoc sit ut, quoniam *nam* particula eius versus, qui vulgo excipit versum 93, commodum explicatum vix habet, non transponendo potius sanus sententiarum ordo restituatur, quam lacunae significatio in hunc modum fiat:

Maiorem partem uideas ualgis sauiis.

* * * * * *

Nam ego hau diu aput hunc seruitutem seruio.

Id uolo uos scire, quomodo ad hunc deuenerim —.

Tantum de Ambrosiano. Reliquorum librorum hic usus fuit, ut per totam fabulam scripturae discrepantiam afferremus e **BCDFZ**: praeterea, ut exempla exstarent, in scena prima (ex parte etiam in argumentis metricis) ex **EGHKLMNP**, in paenultima et ultima ex **XY**. Horum eos, qui non sunt adhibiti Trinummo, infra descripsi.

L Barberinus est unus e quattuor codicibus Plautinis, numero signatus 2161, in membranis saeculo xv. nitidissime scriptas fabulas xx. complectens. Ab initio legitur *Hic liber est Guidonis Bonacti,* in fine scripta haec sunt: *Puto me pro ut in exemplari hoc exemplum transcripsisse: nec scriptorem criminari uelitis Legentes, si qui fueritis: Cum uero emendatius habitur exemplum Veraciorem et emendatiorem preposita mercede optima plautum transcribam. Valete et Virtuli fauete. Petr. Vrsuleus.* Excerpsit in meum usum (quoniam, dum Romae moror, aditus ad Barberinam bibliothecam nullus patuit) Aemilii Braunii amicitia.

M Vindobonensis $\frac{3168}{\varphi.90}$ saeculi xv, chartarum CCXCIIII. formae maximae, fabularum xx: una cum proximo descriptus, sed non satis accurate descriptus ab Endlichero Catal. codd. mss. bibl. Palat. Vind. p. I, p. 2. Chartis praemissae sunt quattuor membranae, quarum prima, conglutinata ea cum codicis involucro, in pagina altera inter sex versus scripturae prorsus erasae nomina monstrat *Antonio Panormitano,* secundae prior pagina (nam posterior vacat scriptura) aliorum possessorum eas notationes quas Musei

philol. Rhen. a Welckero Naekioque editi t. IV, p. 177 ann. attuli: (Ioviani) Pontani, Ant. Epicuri, Ant. Feltrii, Ioan. Sambuci. In tertia membrana argumenta Amphitruonis scripta sunt et prologi versus primi 41, in quarta ipsius fabulae versus ab II, 1, 8 ad 71. Et hae quidem Amphitruonis partes membraneae cum subiectis chartis, integram tenentibus eam fabulam, adeo congruunt etiam levissimis in rebus, ut prorsus non dubitem quin ex integro codice membraneo, cuius paucae schedae servatae sint, ipse chartaceus sit transcriptus. Integro autem quaternione comprehensae fuere quae inter tertiam et quartam membranam mediae sunt Amphitruonis partes. Sed quae Truculento subiecta est mendax temporis notatio M. CC. XLIII, in qua tamen erasi tertii C numeri ego quidem nullum vestigium vidi, eam ne quis forte transisse e membraneo in chartaceum codicem suspicetur, sciendum est non a manu tantum recentiore esse, sed etiam colore pallidiore.

N Vindobonensis $\frac{111}{s.\,4}$ antea Salisburgensis, olim (ut Mus. Rh. t. V, p. 153 memoravi) Matthiae Corvini regis, saeculi eiusdem, membranarum CCXCVII. formae maximae, pertinens ab Amphitruonis initio ad Truculenti III, 4, 54.

P Mediceus plutei XXXVI. 46 in formae maximae chartis CCV. versuum XXX. diligenter saeculo XV. scriptas duodecim comoedias posteriores tenens.

X Leidensis 'MS. Lat. Bibl. Publ. N°. 8' in nitidis formae maximae membranis scriptus eodem saeculo, incipiens ab Asinariae I, 3, 7, desinens in Truculenti I, 2, 102. Est is Gronovii 'academicus': de quo dixi Mus. Rh. IV, p. 178. A quo diversus est

Y h. e. codex non indiligenter collatus in marginibus exempli Gronoviani a. MDCLXIV. quod servatur in bibliotheca Leidensi signatum '17. Gron.', ceterum ignotus.

Hos autem codices post ea quae in Prolegomenis Trinummi disputavi vix est quod moneam ex interpolatorum correctorumque genere esse omnes. Quos qui volet facile poterit exprompta scripturae discrepantia duce finitius inter se discriminare et quibusdam classibus dispertire: quo quidem operae pretium fieri nego. Ceterum partim in his partim in aliis libris Plautinis excerpendis, quos in exterorum bibliothecis a me indagatos ipse inspicere tantum et examinare potuerim, suam mihi operam, qua sunt et mei studio et in studia mea propensa voluntate, amicissimi eidemque gnavissimi iuvenes praestiterunt Henricus Keilius, Carolus Prienius, Leopoldus Schmidtius, Eugenius Mehlerus et singulari diligentiae indefessam industriam aequans Henricus Brunnius: quorum nomina non sine magna mea et ut puto aliqua ipsorum voluptate communi gratiarum actione consociata esse volui.

Quos autem in Milite saepius quam in aliis fabulis Vaticanos codices Iustus Lipsius commemoravit in Antiquarum lectionum libris, hi qui sint praecipuis in locis singillatim annotatio nostra docet. Vnde intelligitur et leviter inspectos et parum diligenter distinctos ab illo esse codices **DGH.** Quorum **H** is est, e quo cum quaedam satis singularia et a reliquorum codicum omnium memoria discrepantia Lipsius attulisset, tale Vaticanis illis pretium alii statuerunt quali, si a **D** recesseris, minimo digni sunt. Contra quos recte iam Salmasius dixit apud Gronovium

ad Mil. IV, 2, 15. Qui autem factum sit ut aliquoties paullo longius in H quam in ceteris libris noviciis interpolatio progrederetur, licebit fortasse aliqua coniectura assequi e memorabili testimonio ducta, quod in Angeli Mai Spicilegio Romano indagatum Bernaysii mei indicio debeo. Cuius tomo primo, quo 'Virorum illustrium CIII. qui saeculo XV. extiterunt vitae auctore coaevo Vespasiano Florentino' continentur, haec prodita sunt in vita Io. Francisci Poggii p. 548 sq., quae quoniam non satis esse in vulgus nota videntur, infra ponenda duxi integra. 'Sendo fatto il concilio di Costanza, v' andò messer Poggio, e fu pregato da Nicolao e da molti dotti che non gli fusse fatica di cercare per quelle badie d'infiniti libri della lingua latina, ch' erano perduti. Trovò sei orazioni di Cicerone, e secondo che intesi da lui, le trovò in uno convento di frati in uno monte di scartabegli, che si può dire ch' elle fussino tra la spazzatura. Trovò Quintiliano intero che in prima era frammentato, e non lo potendo avere, si mise a scriverlo di sua mano ed iscrisselo in trentadua dì, che lo vidi di sua mano d'una bellissima lettera. Iscrissene il dì presso a uno quinterno. Trovò Tullio *de oratore* che il simile era frammentato, ed era istato perduto infinito tempo. Trovò Silio italico in versi eroici *de secundo bello punico,* opera degna. Trovò Marco Manilio astronomico in versi, opera degnissima. Trovò Lucrezio in versi *de rerum natura*, libro molto istimato. Trovò l'*argonauticon* di Valerio Flacco, il simile in versi opera degna. Trovò Asconio Pediano comento sopra certe orazioni di Cicerone. Trovò Lucio Columella *de agricultura*, opera degna. Trovò Cornelio Celso *de medicina,*

opera degnissima. Agellio *noctium atticarum*, opera degna. Trovò più opere di Tertulliano; trovò le selve di Stazio in versi; ed Eusebio *de temporibus* colla aggiunta di Girolamo e Prospero, ed iscrisselo di sua mano. Pure a Costanza trovoronsi le pistole di Tullio ad Attico, delle quali non ho notizia. Pure per diligenza di messer Lionardo e di messer Poggio si troverono le dodici ultime comedie di Plauto, e messer Gregorio Corero viniziano e messer Poggio ed altri l'emendorono, e misonle nell' ordine ch' elle si trovano. Le verrine di Cicerone il simile vennono da Costanza, e messer Lionardo e messer Poggio le condussono in Italia. Vedesi quanti degni libri si trovorono per messer Lionardo e messer Poggio; e per questo gli sono molto obligati i litterati di questo secolo, veduto quanto lume hanno avuto da costoro. Plinio non era in Italia; avendone notizia Nicolao che a Lubecchi nella Magna v'era uno finito e perfetto, fece tanto Nicolao con Cosimo de' Medici, che per mezzo d'uno suo parente che aveva di là trattò co' frati, che l'avevano, sì ch' egli dette cento ducati di Reno, ed ebbono il libro. Seguitonne presso che uno grandissimo inconveniente ed a' frati ed a quello che l'aveva comperato.' In his unus est sane gravissimus error isque ad ipsum Plautum spectans. Nam cum longe locupletissimis ipsius Poggii testimoniis, quae sunt in eius epistulis a Tonello editis, certissime constet posteriores comoedias duodecim anno CIƆCCCCXXVIII. exeunte vel insequentis initio repertas, a. autem CIƆCCCCXXVIIII. Romam perlatas esse, non magis illae repertae esse per concilii Constantiensis opportunitatem possunt, quod eius

saeculi annis xiii. et xviii. circumscriptum est, quam (quo spectare Vgoleti narrationem nuper dixi) concilii Basileensis tempore, cuius initium fuit a. xxxi. De hoc igitur etsi Vespasianum fefellit opinio, proclivi errore similia sed eadem tamen disparia miscentem: at illud profecto non videbitur finxisse quod recens in lucem protractas Plauti comoedias emendasse Poggium et Gregorium Corerum Venetum et alios memoriae prodit. Ac de Poggio quidem vide mihi quam egregie tali testimonio nostra coniectura confirmetur quam Proleg. p. xlvii. explicavimus. Sociati cum Poggio Gregorii Coreri etsi apud eundem Vespasianum vita exstat p. 311 sqq., nihil tamen quod huc valeat inde discitur. Sed is et praeter eum alii si cum Poggio emendandi operam communicabant: tametsi noviciae recensionis Plautinae magna est in longe plurimis libris aequabilitas, tamen facile fieri potuisse intelligitur ut quibusdam locis et aliae ab aliis emendationes admoverentur et per alia exempla aliae propagarentur. Ceterum quod a Poggio et Corero Plautinae comoediae in ordinem esse redactae narrantur, non potest alio spectare nisi quod recens repertas tralaticiis subiunxerint unoque corpore utrasque comprehenderint.

Ad bonos autem libros **BCD** quod attinet, sciendum est singularem rationem primi et tertii cum in aliis quibusdam fabulis tum praeter ceteras in Milite glorioso esse. Nam cum **C** correctiones habeat perpaucas easque a prima manu tantum non omnes, contra non unius sed duorum correctorum manum **B** et **D** experti sunt: quo fit ut toties in annotatione nostra **Ba Bb Bc Da Db Dc**

notae redeant. Quanquam minime credendum est sat certo ubique potuisse vel tertiam a secunda manu distingui, vel illud explorari utrum, quae correctiones non sunt a tertia manu aperte recentiore profectae, ipsi primae debeantur an alteri non recentiori vel vix recentiori prima. In hoc igitur genere praestiti quod potui, non curans tamen manum omnium recentissimam quae est Camerarii. Praeterea simplicitati atque perspicuitati eo consultum esse volui quod plerumque non distinctius simul et molestius enarravi quid litterarum apicumve correctoris manus et erasissent induxissentve et adscripsissent superscripsissentve et adiectis signis quibusdam sociassent dissociassentve: quae corrigendi genera multis in locis tam multis modis miraque varietate coniuncta sunt et tanquam complicata ut, nisi qui lithographi arte utatur, ad fidem codicis illa repraesentare prorsus nequeat: sed quod breviter et plane integras voces posui quas restitui corrector voluisset. Quanquam hoc quoque in genere non est mirum quaedam satis dubia esse et ambigua. Omnium autem acerrime in id incubui ut, quid ante rasuram et lituram, quae plerumque fortissima fuit, **B** scriptum habuisset, investigarem: quod ubi nullo modo licebat, punctis evanidarum numerum litterarum notavi. Saepe enim prima manus vel verum vel veri vestigia quamvis tenuia aut obscurata servavit sola: non minus saepe tamen atque adeo saepius quam exspectes idem librarius, sive archetypo lectu difficili imperite usus sive oscitanter bono, tam vitiosa perscripsit, eis ut codicum **CD** memoria manifesto praestet. Vtriusque autem generis scripturas secunda manus mutavit ad talis codicis ex-

emplum, qui ipsorum CD simillimus fuit: quo facile perspicitur, quoties vere correcta, toties fere magis corrupta Plauti verba esse. Verum in hoc non acquiescens eadem manus alia non pauca, et haec quoque partim vitiosa partim non intellecta integerrima, nullo adhibito libro mutavit arbitratu suo nec raro infelicissime. Quibus omnibus recte pensitatis intelliges non esse Veteris codicis correctiones unius certae normae lege generatim censendas, sed singulis in locis sola ratione duce aestimandas.

Omnino autem non sine miratione intellectum iri puto, quam male habita haec fabula per Palatinos codices et Vaticanum ad saeculum xv. sit propagata: prae cuius depravatione incredibili modica est Trinummi depravatio. Quanquam vel sic habemus quod depravationem nobis gratulemur non consilio potius quam neglìgentia hominum et iniquitate temporum natam. Et cum in quibusdam rebus libri illi ipsius antiquitatis vestigia multo quam in Trinummo constantius servarint, quo praeter cetera pertinet *t* litterae usus in *at aput ſet it quit quot* et cognatis, tum corruptelae quoque longe plurimae certis generibus continentur quorum incredibilis frequentia. E quibus mira incuria illa designanda est qua, ut exemplis rem declarem, non modo *bona* et *bonam*, *poſſe* et *poſſem*, sed etiam *bona* et *bonum*, *poſſem* et *poſſet*, omnium autem creberrime *poſſe* et *poſſet* cum parilibus omnibus perpetuo inter se permutantur: quod facile existimatur quanti sit ad colloquentium sermones recte iudicandos definiendosque. Vt in Militem Plautinam illud cadat imprimis quod magnus Scaliger dixit *vetusta manuscripta sterquilinia esse e quibus elici posse aurum.*

Quod ut eliciatur reapse, magna prudentia opus est qua mediam viam quandam insistentes nec nimium quaeramus in naevis solo casu ortis quantumvis miris et saepe monstrosis, nec ut nugas tricasque quamvis levidenses litterarum discrepantias negligamus ipsius manus Plautinae indices. Tanta est autem mea sententia iamiam adultae artis criticae vis et fides, ut non nimis diffidam etiam e corruptissimis, si minus Plautina, at non indigna Plauto atque adeo Plautinorum simillima erui posse, modo quattuor potissimum rerum observatio accedat acerrima. Sunt autem eae integritas linguae latinae, concinnitas numerorum, sententiae sanitas, consuetudo Plautina. Quorum generum nullum est quin in eo nimia editorum patientia peccatum sit multifariam. Et consuetudinis quidem, non eloquendi tantum, verum etiam sentiendi cogitandique, tanto gravius in emendatione apparet pondus esse, quanto latius observandi spatium pernoscendique copiam uberiorem scriptoris amplitudo praebet*). Itaque cum in praecipuis virtutibus Plauti prae-

*) In eo genere non satis prudens me iudice Theodorus Bergkius fuit, cuius, dum haec praefatio prelo subiicitur, censura Trinummi nostri affertur bonae frugis plena. Velut non mihi persuadeo Plautina esse insolentiora haece: *H a e c s u n t. si recte seu peruorse facta sunt* e. q. s.: vel haec ST. *Scuta iacere fugereque hostis morem habent.* CH. *Licentiam:* vel *Ipsum adeas Lesbonicum, edoceas ut s e h a b e t.* Minus etiam concedo Calliclis sermoni *quid is scit facere postea?* sic potuisse a Megaronide responderi: *Mendacilocum qui se sciat facere.* — Ceterum non fuerat difficile relictum Trinummi v. 627 *i l o c o* videre solis operis deberi: id quod in ipsis Prolegomenis excusaveram p. CCCXXIII. v. 19. Quo curiosius, quod non excusavi, video hic mihi deprecandum esse: typothetae, non meo vitio *At* pro *Ad* positum Trinummi v. 940.

ter alacrem vigorem collaudari solitum concinna simplicitas sit et facilis perspicuitas, magis etiam mirum videri debet tot non modo ineptas et frigidas et elumbes, verum etiam misere hiulcas et argute contortas et mirabili obscuritate laborantes vel sententias vel sententiarum constructiones tamdiu incogitanter toleratas esse. Nihil nunc dicam de ipsius legibus grammatices, quibus cum editorum ignavia an libido haud raro illuserit, elusi sunt ipsi: metricae autem disciplinae severitatem, qualem prolegomenis Trinummi communivi, non possum quin profitear Militis tractatione non modo comprobatam mihi esse atque confirmatam, sed aliqua ex parte etiam maiorem apparuisse quam statueram ante. Sic, ut uno exemplo utar, nunc pernovisse videor quod dubitantius suspicatus eram, cur Plautini non sint tales numeri:

Ibi erát bilibris aquális sic proptér cados.

Quippe anapaestum ars vetuit binorum vocabulorum consociatione fieri, quorum prius in media anacrusi finiretur: eaque elegantiae observatio, quantum intellexi, constans est apud hunc poetam, rudem scilicet et expertem artis, si audimus artis expertes, et misere contortuplicatis syllabis simulacra quaedam versuum potius quam versus edidisse contentum.

Exemplis, quae breviter significavi, comprobare mihi nunc longum est, facile ei qui annotatione mea quantumvis parca recte et cum iudicio uti volet. Qui quidem cum illud facile intelliget, non minorem ex Milite quam e Trinummo emendata fructum in augendam latinae linguae scientiam redundare, quo et lexicographorum et grammatico-

rum libri multifariam emendentur, sed hoc quoque haud aegre sibi persuadebit, nihil a me nisi religiose pensitatis et ab omni parte consideratis rationibus positum esse. Possum profecto in quibusdam falli, possum in multis: qualia cum minime dubitem quin sagaciores aliquando vel correcturi sint vel perpolituri probabiliter, tamen idem confido id non timiditate potius quam audacia maiore effectum iri. Nam tantum fugere qui sapiunt vix potest, saepicule sine aliqua audacia nihil profici in instaurando Plauto, quo teste *qui homo timidus erit in rebus dubiis, nauci non erit:* modo via ac ratione coercita audacia in temeritatem ne vertat, solido autem fundamento hoc nitatur, ut tralaticiae memoriae et per aliquot saecula propagatae futilitate probe perspecta atque e communi conspectu utiliter remota operae pretium factum esse etiam sine certa veri indagatione videatur. Omninoque, ut dicam quod sentio, mirabiliter abuti ratione existimo qui, dum criticae artis modestam audaciam sibi scilicet negatam exosi increpant hoc genus universum et contra felicem ingenii usum omnem lapidem movent, adeo sibi non constant ut multo maiorem audaciam exosculantes miris explicandi artificiis et interpretandi praestigiis insolentissima quaeque male creduli excusent temereque defendant quae nec dicta sunt unquam nec potuerunt dici, ut quae nec latina sint nec Plautina ac saepe ne sana et humana quidem.

Reliquis autem corruptelae generibus cum gravius esse hoc soleat quod integrorum versuum interpolatione continetur haud raro cum partium transpositione coniuncta: quoniam unum eiusmodi ex Milite exemplum accidit ut per

nuperam opportunitatem academicam paulo explicatius tractarem, eo commentariolo non abs re esse duxi hanc praefationem terminare pauculis tantum mutatis additisve. Est autem hic.

'Militis gloriosi versum 185 quae excipiunt, quoniam aliter in aliis libris prodita sunt et cum gravissima quidem discrepantia, eorum codicum memoriae, e quibus per quattuor saecula editores Plautini pependerunt, Ambrosiani testimonia ex adverso posuimus. Et cum ex illis unus aliquis sequendus esset, Decurtatum C delegimus cuius scripturam omni fide in proxima pagina repraesentaremus, nisi quod propter chartarum nostrarum angustias cum illius tum Ambrosiani singuli versus in binos dispescendi fuerunt.

	PROFECTOUTNEQUOQUAMDEINGENIODEGRE DIATURMULIEBRI
Earumque artem et difciplinam optineat colerem et quemadmodum	· ARUMQ · \I · · · · D · SCI · L · · · · · · · · · · LATCO ! I n · Q — —
Vt eum qui hic fe uidit uerbifuincta uinctane effe uiderit	UTEUMQUISEHICUIDITUERBISUINCATNEISTE UIDERIT
Siquidem centief hic uifa fit tamen inficiaf eaf	SIQUIDEMCENTIENSHICUISASITTAMENINFITI ASEAT
Hof habet linguam perfidiam militia atque audatia	OSHABETLINGUAMPERFIDIAMMALITIAMATQ· AUDACIAM
Confidentia confirmitatem fraudulentia	CONFIDENTIAMCONFIRMITATEMFRAUDULEN TIAM
Qui arguat fe eum contra uincat iureiurando fuo	QUIARGUATSEEUMCONTRAUINCATIUREIURA NDOSUO
Domi habet animum falfilocom falfificum falfiiurium	(nullum hic in codice spatium)
Domi dolof domi delenifica facta domi fallaciaf	DOMIDOLOSDOMIDELENIFICAFACTADOMIFAL LACIAS
Nam mulier holitori numquam fupplicat fi qua eft mala	NAMMULIERHOLITORINUMQUAMSUPPLICATSI QUASTMALA
Domi habet hortum et condimenta ad omnif molif milificof	DOMIHABETHORTUMETCONDIMENTAADOMNIS — — —

Visus est Plautus integro versu ditari Ambrosiani beneficio:

Prófecto ut ne quóquam ingenio dégrediatur múliebri:

sic enim una *de* vocula deleta numeris esse consultum sibi persuaserunt. Et tamen ne hoc quidem in loquendi genus Plautinum convenit: quod postulat in talibus praepositionem. Quocirca valde suspectum Trinummi v. 265 *quasi saxo saliat* pro *de saxo.* Et in ipsa Milite non potuit II, 3, 33 *recipiat se pabulo* dici: ubi non *e pabulo* cum Camerario scribendum, sed cum Bothio *a pabulo.* Nec recte eiusdem scenae v. 37 se habet *illac haec se hospitio edit foras:* pro quibus ex optimorum librorum vestigiis *illac hec fusmtofpicio, illac haec fum ofpitio, illachec fe* ⊦*ofpitio,* efficitur *illa ex suo se hospitio eduxit foras:* nam *eduxit* ut a Lambino asciscatur, non *dedit* a Lipsio nec *edidit* a Grutero Bergkioque, numerorum concinnitas suadet quam Proleg. Trin. p. CCX. CCCXXVIII. Bentleio duce commendavimus. Sed in Ambrosiani illo versu multo etiam gravius, non editores, sed artis peritos offendit pravissimo accentu positum atque in prima syllaba productum *profecto.* Quod vitium ne defendas vitio, sciendum est Militis septenarium II, 3, 19, qui talis est in codicibus, numeris omnino nullis:

SC. Profecto uidi. PA. tutin? SC. egomet duobuf hif oculif meif,

aut sic esse instaurandum:

SC. Pól profecto uídi. PA. tutin'? SC. égomet his oculís meis —

aut similiter. Praeterea quid est tandem in Ambrosiani additamento illo, quo referre *earumque* possis in proximi versus principio consequens? Quod spectare ad *mulierum*

apparet, non ad *muliebri*. Nec vel eis opera ullo modo successit, qui ab interpolatorum codicum h. e. a Vaticani *D* memoria *Parumque* profecti *Paret* invexerunt, vel his qui ea voce prorsus eiecta hanc totius versus speciem commenti sunt:

Artem et disciplinam obtineat et colorem. PE. quemadmodum?

Nam praeterquam quod ad sententiam mire languent et tanquam claudicant subiecta *et colorem* verba, nec *et* est in ullo codice, nec *colorem* vel in Ambrosiano vel in *D*, qui *colerem* habet ut *C*, sed in uno *B* et a secunda tantum manu in *D*: unde Italus corrector effecit, quod veteres editores propagarunt, *color est*. Quid multa? scriptum fuit *colere*: atque elegantissimo genere loquendi dicitur *artem et disciplinam colere*. Ita autem quoniam *obtinere* verbum constructionis ratio respuit, in hoc necesse est aliquid naevi lateat. Quod quale sit, ilico perspexeris ubi illud reputaveris, parum caussae Periplecomeno esse cur *quemadmodum* quaerat, si Palaestrionis sententiam satis profecto planis verbis illis declaratam perceperit: *ne quoquam de ingenio muliebri degrediatur*: nec planis tantum, sed eisdem prae illis ipsis quae subiunguntur languidissimis. Etenim dubitari nequit, si quem usum et Plauti habemus et librariorum, quin pinguissimum interpretamentum in verba poetae irrepserit, idque tale: *profecto ut ne quoquam de ingenio mulierum degrediatur earumque* . . . . ., una constructione ut assolet conglutinata scriptoris et interpretis oratione. Superest ut, quae verba Plautina immisso *earumque* glossemate expulsa sint, indagetur. Cum autem poetae

verbis *artem et disciplinam . . . . colere* respondeat haec pars interpretationis *de ingenio degrediatur muliebri:* consequens est ut, quae relicta pars est *profecto ut ne quoquam,* interpretatio sit deperditi versus principii. Sic igitur, nisi omnia fallunt, scripsit poeta:

N e h e r c l e u s q u a m artem et disciplinam a b s t i n e a t colere. PE. quemadmodum?

Nam *abstinere* infinitivo etiam Curcul. I, 3, 24 iunxit: *mi abstineant inuidere.*

Accidit aliquoties ut etiam in antiquissimos libros glossemata irrepserint, quae criticae artis ratio et disciplina investiget: longe longeque saepius factum est contrarium, ut a minus antiquorum interpolationibus liberi sint antiquiores. Quare quo qui codex antiquior est, eo maiorem fidem habere in eis partibus solet quas omittit. Eam ratiocinationem cum in illum versum accommodamus, quem cum Palatini exhibeant, ignoret Ambrosianus:

Domi habet animum falsilocum, falsificum, falsiiurium: etsi non negamus fingi potuisse *falsificus* adiectivum, tamen et concedendum est non minus fingi a quovis litterato homine quam a Plauto potuisse, et mirationem illud excitat, quod tam ferax in hoc compositorum genere poeta illo tamen alibi nunquam usus est. Verum quod *falsifico* largimur, numqui etiam ad *falsiiurium* defendendum valere credetur? Cui etsi nec ex editoribus interpretibusve nec e lexicographis accusator extitit, tamen vehementer veremur ne infamiam ille vel aquae et ignis interdictionem non magis quam aliquis *periurius* effugiat. Huc accedit numerorum insuavitas, quae qua re contineatur expositum est Prolegom. in

Trin. p. CCXXXVII: accedit denique ipsa sententiae exilitas, cum nihil in toto versiculo insit quod non et concinnius et nervosius in vicinis dictum sit.

Resecto igitur uno panno, quo liberi manserunt Palatini: item resecto altero, quo Ambrosianus non est deformatus: reliquum est ut tertium removeamus, qui Plautino nitori in utrisque adhaesit. Nam Plauti esse etiam illum negamus:

Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam:

ubi accusativos libri praeter *C* servarunt omnes. Quaeris qui tantam iudicii severitatem atque adeo atrocitatem tueamur? Primum quod tam atroces septenarios h. e. omni caesura destitutos Plautus non fecit: quode eisdem illis Prolegomenis dictum est p. CCLXXV. sq. Deinde quod latine locutus est, non barbare: pessimum autem vocabulum *confirmitas* tamdiu habebimus quamdiu, quibus illud placuit, exempla non protulerint *confirmus* adiectivi.

Nuncine igitur, qui octo relicti sunt ex undecim versibus, recte se habent? Non ita vero. Nam quod saepissime alibi, id hic quoque factum est, ut ad verborum sententiarumque interpolationem accederet pristini ordinis turbatio. Ac primum quidem apertum est non suo loco illum versum positum esse *Qui arguat se* . . . .: quem ipsa argumenti propinquitas cum v. 31 et 32 sociat. Praeterea perversum esse apparet in fine demum subsequi comparationem cum horto et condimentis factam, praecedere autem ea quae ad eam ipsam comparationem ita spectant, ut hinc demum vim et lucem accipiant: illa dicimus quibus, quae sint mulieris

condimenta, explicatur. Quibus incommodis sic, si quid video, sat commode Palaestrionis sermo liberabitur:

'Vt eum, qui se hic uídit, uerbis uíncat, ne iste uíderit.
Qui árguat se, eum cóntra uincat iúreiurandó suo.
Síquidem centiéns hic uisa sít, tamen infitiás eat.
Nám mulier holitóri numquam súpplicat, si quást mala:
Dómi habet hortum et cóndimenta ad ómnis molis máleficas.
Dómi habet os, linguám, perfidiam, málitiam atque audáciam,
Dŏmi dolos, domi délenifica fácta, domi fallácias.

In quibus duo esse a dubitatione defendenda intelligimus. Primum enim quaeri potest, ex illis duobus versibus, qui excipiunt primum, uter sententiae vi ita praevaleat ut eo ad fortius progredi oratio credenda sit. Nam in priore quidem et *arguere* et *iurare* plus est quam *uidere* et *infitias ire* in altero: contra plus est in hoc *centiens* quam in priore *semel*. Praetulimus hoc, quod centenis infitiandi exemplis aptius continuari malarum ad infitiandum artium varietas visa est. Alterum est, quod paenultimum versum fortasse licuerit sine ulla mutatione servare post tertium sic collocatum:

Siquidem centiens hic uisa sit, tamen infitias eat:
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam.
Nam mulier holitori numquam supplicat, si quast mala:
Domi habet hortum et condimenta ad omnis molis maleficas,
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias.

At ita etsi videri potest ad horti comparationem paullo lenius transiri, tamen parum concinne duobus locis malarum artium commemoratio discerpitur, eaeque res quae ad condimentorum et notionem explicandam et vim extollendam quam maxime faciunt (*os, lingua, perfidia, malitia, audacia*), inconsultius occupantur. Hoc autem qui concesserit, si vel sic tamen non opus esse illius versus mutatione contenderit qui in libris scribitur *Os habet linguam* e. q. s.: reputet quaesumus quid elegantia requirat et consuetudo in eo genere cui anaphorae nomen rhetores fecere. Recte vel sic dicitur: *Os habet, linguam* . . . . ., *dolos habet, habet delenifica facta, habet fallacias*, vel sic uti nos scripsimus: omitti autem in primo membro, quae vox in posterioribus sermonis membris omnibus constanter repetatur, id et insolens est et inficetum. Ergo qua ratione versus 30 initium ex eiusdem versus interpretamento redipisci nobis visi sumus, eadem vel simili ratione huius in quo versamur initium servatum esse in insiticio additamento illo *Domi habet animum* e. q. s. disputamus.

Vnum restat, nondum expeditum nostra sententia. Vix enim concedi poterit scriptum esse a Plauto *condimenta ad omnes moles* (vel *omnis molis* potius) *maleficas*, quod e Palatinorum memoria a se erutum Scioppius commendabat, probare recentiores solent. Nam *omniſ moliſ maliſicoſ* in *B* est a prima manu, in *omniſ moleſ maliſicaſ* mutatum a secunda, *omniſ moliſ miliſicoſ* in *CD*. Nunquam autem in tanta consimilium notionum frequentia *moles* Plautus pro *machinis* dixit. Quod sentiens ut videtur, simul autem masculini generis vestigiis inhaerens Camerarius *omnes*

mores maleficos edidit. Et *hominum mores maleficos* dixit sane poeta Cas. IV, 2, 4, sed ratione a Palaestrionis sermone alienissima. Cui id potius dicendum est, quas ad res ipsi mores muliebres, qui cum condimentis comparantur, usui sint. Exspectatur 'ad omnis artis' vel similis notio: verissimoque iudicio Lipsius 'latet' inquit '*ὕπουλον* ulcus'. Id igitur quale sit indagare alios iubemus: in perpaucis enim hoc est Militis ulceribus, quibus nos medicinam excogitare omnino nullam potuerimus.'

Scripsi Bonnae m. Mart. a. CIↃIↃCCCXXXXVIIII.

T · MACCI · PLAVTI

MILES GLORIOSVS.

GRAECA ALAZON.

ARGVMENTVM I.

Meretrícem Athenis Éphesum miles áuehit.
Id dúm ero amanti séruos nuntiáre uolt
Legáto peregre, cáptust ipsus in mari
Et éidem illi míliti donó datust.
Suom arcéssit seruos dóminum Athenis, ét forat
Geminís communem scíte parietem aédibus,
Licéret ut clam cónuenire amántibus.

INCIPIT MILES GLORIOSVS **B**. *om.* **CE**. PLAVTI. POETE. CL^m^I. MILES FABVLA. INCIPIT. ARGVMENTVM **F**. Plauti Sarſinatę Mileſ. Argumentum **Z** *Argumenta I. et II. transposuit Gronovius. Praeter* **BCEFZ** *prius collatum est cum* **M**, *posterius cum* **MN**. *Illud emendavimus prooem. schol. hib. Bonn. a.* CIƆIƆCCCXXXXI. 1. eretricem **C** mileſa uehit **B** aduehit **FM** 2. dumero **BC**. dum hero **EFMZ** amantiſ **C** ſeruoſ **BFM**. ſeruuſ **CEZ** nunciare **Z** uolt *omnes* 3. Legat• operegre **Ba**. Legat' peregre **Bb** captust ipsus *Pareus*. ipſuſ captuſt *(sed* uſt *e corr.)* **B**. ipſuſ capſt ſt **C**. ipſuſ captuſ *reliqui*. captus ipsust *Pylades* 4. illi eidem *Pylades* datuſt **B**. datuſ eſt *reliqui* 5. arſ ceſſit **B**. accerſit **FMa** ser[uos domin]um Athenis **R**. erumna thenìſ **Ba**. erum athenìſ **BbC**. herum athenìſ *reliqui* et forat **BC**. et ferat **E**. efferat **FM**. afferat **Z**. perforat *codex Pii*. perforat *et* efforat **E** *marg.* atque inde efforat *Pylades* 6. scite **R**. ſcię(a)m **C**. ſciam **E**. ſuam (ſuum) **FMZ**. clam **B**, *quod in proximum v. transposuimus* aedibus *Scioppius Susp. lect. V, 7.* inedib• **C**. inedibuſ **F**. in aedibuſ *reliqui*

7. Liceret *libri, nisi quod* Lie(o)ret **C**. Licere *Pius* ut clam conuenire **R**. ut quiret (coire) conuenire **B** *(m. ant.)*. ut quiret conuenire

Obérrans custos hós uidet de tégulis,
Ridículis autem, quási sit alia, lúditur.
Itémque impellit mílitem Palaéstrio,
Omíssam faciat cóncubinam, quándo ei
Senís uicini cúpiat uxor núbere.
Vltro ábeat orat, dónat multa. ipse ín domo
Senís prehensus poénas pro moechó luit.

---

reliqui. coire et *E mg*. ut qui conuenire *Acidalius et eum expilans Goellerus in Aulul. v. 132*. ubi quirent conuenire *Saracenus* 8. Oberrans *B*. Obherentiſ *BCE* (*sed hic* iſ *e corr*.) *FM*. Obherentiſ *Z*. Osculantis *Camerarius*. Obhaerens *Bothius* uidet *BC*. uidit *reliqui*. al. audit *M mg*. dẹtegulíſ *Z* 9. Ridiculiſ *BCEa*. Ridiculuſ *reliqui* luditur *B*. deluditur *reliqui* 10. inpellit *C* paleſtrio *CEFMZ* 11. fatiat *B*. faciam *FM*. al. at *M sup. scr*. quando] qñ *M* ei *B e corr*., '*codd. antiqui*' *Pyladis*. celi *CEF*. cẹli *Z*. caeli *M*. al. aedi *M mg*. caelibis *Saracenus*: *quo nonnisi sic uti licuerit*: Omittat concubinam, quasi ei caelibis 12. uiciniſ, uxor, cupiat *C* 13. habeat *EFMZ* multo *F et sup. scr. M* in domo *Z*. inmodo (*cui in B m. rec. adiectum* mo) *reliqui*. al. domo *M mg*. 14. prạhehenſuſ *M* pro moecho luit *Z*. ꝑmo echoluit *B*. ꝑmoechcluit *C*. promecho luit *EFM*

ARGVMENTVM II.

Meretrícem ingenuam déperibat mútuo
Athéniensis iúuenis. Naupactum ís domo
Legátus abiit: míles in eandem íncidit,
Depórtat Ephesum inuítam. seruos 'Attici,
Vt núntiaret dómino factum, náuigat:
Capitúr, donatur ílli captus míliti.
Ad erum, út ueniret Éphesum, scribit. áduolat
Aduléscens, atque in próxumo deuórtitur
Aput hóspitem patérnum. medium párietem
Perfódit seruos, cómmeatus clánculum
Qua fóret amantum: géminam fingit múlieris

ARGVMENTVM ***BEF***. *om*. ***C***. Aliud argumentum ***Z***
1. eritricem ***Z*** 2. naupactum is domo *Pylades*. naupactum domo *Pius et Saracenus*. naupactiſ domum ***BCEa***, *codd. Pyladis*. naupacti domum ***FMNZ***. naupacti demum ***Eb*** 3. eadê^{n} ***B*** incedit ***Ba*** 4. epeſſû^{r} ***B*** inuitam *Saracenus, Pius*. inuita ***Ba***. inuitat ***Be*** *cum reliquis*. cum uidit ***E*** *mg*. ſeruoſ^{u} ***E***. ſeruoſ *reliqui* 5. Vut ***C*** nunciaret ***Z*** factû ***BeEb***, *Saracenus*. facto ***Ba*** *cum reliquis* 6. illic ***B***. illi *reliqui* 7. Ad•erum ***B*** *cum rasura*. Aduerû ***CEa***. Ad herum *reliqui* uenire te peſſû ***Ba***, *unde m. rec*. ueniret epeſû^{r} ſcribi ***C*** 8. Adoleſcenſ *libri praeter* ***B*** adque ***Ba*** proxumo ***ENZ***. proximo *reliqui* deuortitur ***R*** *coll. v. 134. 240*. reuortitur ***B***. reuertitur *reliqui*. diuortitur *Saracenus* 9. patrietem ***N*** 10. ſenuſ ***N***. ſeruuſ *reliqui* clancilum ***C*** 11. floret ***C*** aman-

Sorórem adesse. móx ei dominus aédium
Suám clientam ad sóllicitandum mílitem
Subórnat. capitur ílle: sperat núptias,
Dimíttit concubínam, et moechus uápulat.

---

tum *BC*. amantium *reliqui* geminam *Scutarius*. geminat *libri* effingit *sup. scr.* *E* mulieris *Camerarius*. mulier *libri* 12. adesse *Pylades*. ait eſſe *libri*. *Vide Proleg. in Trin. p.* XCIX. edium *C* 13. dientã *C* ad sollicitandum *R*. adſollitandũ ad *C*. ſollicitandum ad *reliqui, nisi quod* ſolicitandum *FM* militem] mulierem *N* 14. Supornat *C* sperat *Scutarius*. ſperat *M*. ſper•at *cum ras.* *B*. ſpernat *CENZ*. ſpernit *F* 15. Dimictit *M*. Omittit *N* concubinam *om.* *C* moecuſ *B*. mecuſ *N*. mechuſ *reliqui* uabulat *C*

PERSONAE.

PYRGOPOLINICES MILES
ARTOTROGVS PARASITVS
PALAESTRIO SERVOS
PERIPLECOMENVS SENEX
SCELEDRVS SERVOS
PHILOCOMASIVM MVLIER
PLEVSICLES ADVLESCENS
LVCRIO PVER
MILPHIDIPPA ANCILLA
ACROTELEVTIVM MERETRIX
SERVI
PVER
CARIO COCVS
LORARII
CANTOR.

ACTVS I.

PYRGOPOLINICES CVM SATELLITIBVS. ARTOTROGVS.

PYRGOPOLINICES.

Curáte ut splendor mĕo sit clupeo clárior,
Quam sólis radii esse ólim, quom sudúmst, solent:
Vt, ubi úsus ueniat, cóntra consertá manu
Praestríngat oculorum áciem acri in acie hóstibus.
Nam ego hánc machaeram míhi consolarí uolo,

Act. I. Scen. 1. PYRGOPOLINICES ARTOTROGVS ***A.*** *om.* ***CH.*** ARTOTROĞ PARASIT' PYRGO POLINICES MILES ***DE.*** PIRGOPOLINICES MILES. ARTOTROGVS PARASITVS ***BCK*** *et, nisi quod* PYRG. *pro* PIRG. *habent,* ***FZ*** 1—4. *affert Priscianus de metr. com. p. 1323 P. 414 G.: versum 2 Nonius p. 31: versus 3. 4 personatus Asconius in Cic. t. II, p. 117 Or.: versum 4 Nonius p. 34 et p. 373* 1. clupeo] dibeo ***C.*** clipeo *reliqui* 2. quam] cum *Nonius* ſoliiſ ***H*** eſſe *om. Nonius.* eſſet ***Z*** quom ***BE*** cum *reliquis* ſudumſt ***BH.*** ſubuſt ***P.*** ſubduſt ***G.***; ſuduſt *reliqui.* ſudum eſt ***G*** *mg., Non., Prisc.* eſt *sup. scr.* ***D*** 4. praestringens oculorum aciem hostibus *hinc affert Appuleius de deo Socr. c. 11. p. 145* —STRINGATOCUL— ***A.*** praeſtringat oculorum *cum Nonio, Asconio et Prisciano libri omnes, nisi quod* p̃ ***D,*** pre ***EF HGMN***, per ***.*** oculorum praestringat *Pylades.* oculorum praestinguat *Lambinus* at lem ***3*** acri ***R*** *Proleg. in Trinumm. p.* CCVI. *om. libri et grammatici* inatie ***C*** 5. machaeram ***DKZ.***

Ne lámentetur néue animum despóndeat,
Quia sé iampridem fériatam géstitem,
Quae mísere gestit strágem facere ex hóstibus.
Set ubi 'Artotrogust?

ARTOTROGVS.

Hic est, stat propter uirum
Fortem átque fortunátum et forma régia.
Tam béllatorem Márs se haut ausit dícere,
Neque aéquiperare sŭas uirtutes ád tuas.

---

macheram *reliqui* mihi consolari uolo] meam dico *Donatus in Ad. prol. 15* 6. feriatam *Saracenus, Pius.* fieri attam *BCDGK.* fieri aptam *reliqui.* actā *G mg.* geſtirem *DbG* 8. quae *Beroaldus,* misere *Dousa Expl. III, 7,* gestit *Camerarius.* quem miſer ageſtat et *Ba.* quaem miſera geſtitet *C.* quē miſera geſtiret *DbGK.* quae miſera geſtit et *P.* quem miſera geſtitet (*vel* geſtit et) *BeDa cum reliquis, nisi quod* geſtïtet *L* stragem *nescio quis in marg. exempli Gronoviani bibliothecae Leidensis quod signatur '17. Gron.': item Rostius Opusc. p. 116.* fratem *Ca.* fratrē *B, sed* ē *e corr.* fra^r^tem *Cb.* fratrem *vel* fratrē *reliqui.* fractum *Saracenus.* farctum *Muretus Var. lect. III, 9.* fartum *'libri veteres' Lambini.* fratres *Salmasius.* offam *Gronovius. Ineptit Canterus Var. lect. I, 9. — Glossaria vetera p. 166. 326 ed. Lond.: 'Strages, σωρὸς νεκρῶν'* ex^h^oſtibuſ *C* 9. ſedtubi *C* Artotrogust *pro* Artotrogus *R* artotroguſ. AR. hic eſt ſtat *EbFMNPZ.* artotroguſ et hic eſt. AR. ſtat *H.* artotroguſ hic ē. AR. ſtat *reliqui, nisi quod* hinc *Ba, personae autem nota vel* AR. *vel* ART. *vel* ARTO. *est;* ARTOTROGUſ *in C* propter] ꝑꝑ *F.* per *N* 10. atque] ac *FM* fortunatum et forma] fortuna *H* forma] for^a^ *E* 11. Tam *post Bothium Sauppius Epist. crit. p. 70.* cum *H.* cum quo *ms. Schobingeri.* tum *reliqui* bellatorē marſ *BeGb.* bellatorē arſ *BaDGaK.* peliatorē arſ *C.* bellator ē marſ *EaP.* bellator marſ *reliqui* se haud *Bothius, Sauppius.* haut *DbGa.* aut *BCDEaK.* haud *reliqui* hauſit *FN* dicere] hiscere *Lambinum expilans Goellerus in Trin. 511* 12. neque] nequi *CDaEaK.* Mequia *B* aequiperare *DZ.* acquiuerare *C.* equi-

PYRGOPOLINICES.

Quemne égo seruaui in cámpis Gorgonidóniis,
Vbi Búmbomachides Clútomestoridysárchides
Erat ímperator súmmus, Neptuní nepos?

ARTOTROGVS.

Meminí: nempe illum dícis cum armis aúreis,
Quoius tú legiones dífflauisti spíritu,
Quasi uéntus folia aut péniculum tectórium.

---

perare *reliqui* ad ſuaſ ***Pa*** 13. PIR. ***B*** *constanter*. *om.* ***C*** in *om.* ***K*** Gorgonidoniis ***R***: *nisi qui de* Crocodiloniis *cogitabit*. curcuſ liſ doniſ ***BDbK***. curcuſculi doniſ ***C***. curtuſ liſ doniſ ***Da***. curtuſliſ dunif (i) ***G***. curreuliſ doniſ ***EHNP***. cereuliſ doniſ ***M***. curriculiſ doniſ ***Z***. herculiſ doniſ ***FL***. al. hercul. ***M*** *mg*. cutillionidiiſ '*Romanum exemplar*' *Longolii*. Gurgustidoniis *Camerarius*, *Beckerus Quaest. de com. Rom. fab. p. 65*. Gurgulioniis *Guyetus*. *Novi qui de* Gargalidoniis, Gargareoniis, Carcharodontiis, Cercuroniis *cogitarent* 14. bombomachides *Pylades*. bumbom arideſ ***B***. bumbo marideſ ***C***. bumbomarideſ ***D***. rumbomatideſ ***N***. bunbo matideſ ***P***. bumbo mandeſ ***LMa***. bumbomatideſ *vel* bumbo matideſ *reliqui*. *Servavi* u *pro* o Clutomestoridysarchides (*h. e.* *Κλυτομηστωρυδυσαρχίδης*) ***R***. dutũ iſta ridiſ archidiſ ***B***. clutum iſtarideſarchidiſ (i) ***C***. clutũiſtaridiſarchidiſ ***D***. clutum iſtar idiſ archidiſ ***EGKNP*** *et* cluſtum *habens* ***H***. clutum inſtar idiſ archidiſ ***FLMZ***. Cluninstaridysarchides *Camerarius* 15. erat *om.* ***F*** neptunu ***C***. neptum ***G*** nepuſ ***Ba*** 16. ATROTROGVS ***C***, *in proximis autem plerumque* ARTOTR., *semel* (*v. 40*) ARTOTOTR., *bis* (*25. 27.*) ARTOTOR. *Idem liber v. 19* PYRGOPOLYNICIS, *plerumque* PYRGOPOL., *semel* (*v. 49*) PYRGOPOL., *semel* (*28*) PYRGOL. *Post v. 52 nulla habet personarum nomina usque ad v. 330, sed vacua spatia* (*nisi ab initio versuum*) mimini (*an* mimmi) ***C***. .∤. memini ***K*** armiſ ***EbFHMN PZ***. auriſ ***BCDEaGK***. aurib' ***B*** *mg*. 17. cuiuſ *libri* legiones ***Z***, *Nonius p. 97*. egeniõiſ ***H***. egioniſ *reliqui* diſflauiſti ***CDGKZ***, *mg.* ***M***, *Non.* diflauiſti ***B***. efflauiſti *reliqui* ſpiritu ***CDEaGaZ***. ſpiritũ ***B*** *cum reliquis* 18. uetatuſ ***P*** aut ***KbZ***. ut *reliqui* peniculũ tectorũ ***Da***. beniculũ tectoriũ ***C***. poeniculũ tectoriũ ***LM***. penniculũ tectorium ***Z***, '*mss.*' *Lambini*. peniculum tectorium ***BDb*** *cum reliquis*: *defensum a Rostio Opusc.*

PYRGOPOLINICES.

Istúc quidem edepol níhil est.

ARTOTROGVS.

Nihil hercle hóc quidemst,
Praeut ália dicam, tú quae nunquam féceris.
Periúriorem hoc hóminem si quis uíderit
Aut glóriarum pléuiorem, [hercle ís quidem]
Me síbi habeto, ego me máncupio dabó: nisi
Vnum épityrum estur ínsanum insané bene.

---

p. 228 sqq. paniculam tectoriam *Turnebus Advers. II, 28. Etiam in* **A** UM *terminatio bis apparet, in priore autem voce unam tantum* N *spatiorum ratio admittit* 19. ifthuc **P** equidem **DbG**. ęquidem **K** aedepol **DMN** nichil **D** *constanter* HOC QUIDEMST **A**. hoc quidem *reliqui* 20. Pyrg. *praemittunt* **FM**, *et v. 21* Arto. prae ut **BCDK**. pre ut *reliqui* aliam **B** tuque **CEK** 21. peiuriorem **CEa** (**D**?). periurium **P**. l. peiorē **B** *mg.* huc **Ba**. hac *an* hoc (*non liquet enim*) **Bc**. *om.* **GK** hominem **BCDGK**. homine *reliqui* *In fine versus* **A** *visus est discrepare* 22. hercle is quidem *vel aliquid simile expulsum est glossemate* quam illic eft. *quod libros omnes occupavit* 23. EGOME **ABa**. et ego **Da**. et ego me **Bb**. et ego me **Db**. et ego me *reliqui. Fortasse tamen* ego me ei *scribendum coll. v. 567* mancupo **H** nisi *e proximi versus initio huc ascivi*

24. Si unum **Z**, *Varro de l. l. VIII, 86, ubi* plautum *praecedit.* Nifi unum **ABCD** *cum reliquis.* Ni unum *Camerarius: om. Taubmannus Pflugium secutus* epityrum estur insanum insane bene **R**. epityra eftuer infane bene *Varronis codex Florentinus*; epityra eftur infane bene *eiusdem alii libri*: *quae tamen ab his excipiuntur Varronis verbis*: 'epityrum (*sic Flor.*) uocabulum est cibi quo frequentius Sicilia quam Italia usa. id (id edi *Muell.*) uehementer quom uellet dicere, dixit insane, quod insani faciunt omnia uehementer.' *In* **A** *post decem circiter litterarum* (EPITYRUM•• *ut coniicio*) *spatia apparuit* PUDINSANUMBENE, *in quo tamen nunc suspicor minus recte* PUD *me interpretatum esse quod potius* TUR *esset.* epytir aut apud illa ēfturienfa nebene **B**. epytir aut aput illa efturienf ame bene **C**. epytir aut apud illaefturienf anebene **DEaG**: (*a quo exemplo reliqui in his discrepant*: epytir aut] eptir aut **K**,

PYRGOPOLINICES.

Vbi tu és?

ARTOTROGVS.

Eccum. edepol uél elephanto in Índia

Quo pácto pugno praéfregisti bráchium.

PYRGOPOLINICES.

Quid? bráchium?

ARTOTROGVS.

Illut dícere uoluí, femur.

PYRGOPOLINICES.

Hau díligenter íceram.

ARTOTROGVS.

Pol sí quidem

---

epytira **N**, epytiredam **Z**, epityrum edam *Scutarius (e Varr. vulg.)* — illa] illum **NZ** — efuriens **EbF**, **G** *mg.*, **NZ**, exurienſ **HLM**, ẽ urienſ **K** — an bene **EbFHLMP**.) *A Pflugio est quod vulgatur*: Epityro, ut apud illum esuriem insane bene. esuriem *tuebatur Scioppius Susp. lect. V, 7:* esurio *Bothius. Probabilis versus sic prodeat:*

Vnum epityrum aput illum estur insane bene,

nisi e glossemate apud illum *esse Varronis Ambrosianique consensus arguat. Quorum vestigiis coniunctis ausus sum* insanum insane bene: *ut* insanum ualde *Plautus dixit in Nervolaria* 25. aedepol **MNP** eccum edepol. uel *iungebatur ante Acidalium* uel elephanto **BbGKM**. uellephanto **BaCDEa**. inellephanto **EbP**. inelephanto **FLNZ**. ĩ elephantum **H** inindia **BDEGHKNZ**. inuidia **C**. inundia **FLM**. ſuindia **P**. *In* **A** *versus visus est in* AM *exire, quod vitium v. 43 et 58 redit* 26. Qua **Ba** praefregisti **L**, *Beroaldus.* prefregiſti **FHKbM**. prefigiſti **CEGHP**. pracfigiſti **Z**. perfigiſti **BDN**. perfregiſti *'vetus lectio' Pii* bracchium **B**. brahium **D** 27. bracchium **B**. prachium **C** idlud **Da** femı•r **Da** *cum rasura*, femur **Db**. foemur **EFMPZ**

Vitiosum esse versum dixi Prol. in Trin. p. CCXXIX: *qui quomodo emendandus esse videatur, non potest breviter dici* 28. PYR. *om.* **EbFHZ** Hau diligenter (*h. e.* Haut diligenter) **B**: *v. Proleg. Trin. p.* XCIX *sqq.* at diligenter **N**. at dilligenter **Z**. at-

Connísus esses, pér corium, per uíscera
Perque ós elephanti tránstineret bráchium.

PYRGOPOLINICES.

Nolo ístaec hic nunc.

ARTOTROGVS.

Ne hércle operae pretiúm quidemst
Mihi té narrare, tŭas qui uirtutís sciam.
Ventér creat omnis hás aerumnas: aúribus
Perhaúriendumst, né mihi dentes déntiant,
Et ádsentandumst, quícquid hic mentíbitur.

---

indilienter *Da*. at indiligenter *BCDb cum reliquis*. at indulgenter *Salmasius* iceram *Salmasius*, *Bothius*. hiceram *vel* hic eram *libri*: *nisi quod in ipso A* RICRR *litterae apparere visae sunt* ART. *om.* *EbFHZ* 29. connifuf *HK*. conifuf *BCDEaGa*. coniffuf *Eb*. cōmiffuf *P*. connixuf *reliqui* ef *N* uifcere *Pa* 30. hof *P*. ossa *Guyetus* elephanti *H*, *qui est genitivus*. elephante (i *sup.*) *Bb*. elephante *reliqui*. elephanti *dativo casu Pylades*, *Scioppius*. elephantis *Saracenus*. elephanto *Pius*, *Camerarius* transtineret brachium *R*. tranfmitter& (e *sup.*) braccium (h *sup.*) *B*, *sed ut etiam tt e correctura esse videantur*. tranfmitteret brachium *reliqui*, *nisi quod* prachium *C*, brahium *DG*. *In A haec legi potuerunt*: ELR•••••••• NS••IN•••TBRACCHIUM. transmitteres brachium *Saracenus*, *Pius*. brachium transmitteres *Pylades* 31. iftahec *Ba*. ifthec *P*. iftec *EFGHNZ* ne] non *H*. al. non *M mg.* ercle *C* operae *DM*. opere *reliqui* precium *CDFKMZ* QUIDEMST *A*. quidem *BCDGK*. id eft *reliqui*, *E e corr.* 32. te narrare *AB*. te enarrare, *sed* en *e corr.*, *C*. teae narrane, *sed* ae *et in fine* n *e corr.*, *D*. te enanrare (r *sup.*) *P*. te errare *N*. te ennarare *Z*. te enarrare *reliqui* uirtutif *B*, *ut v. 655*. uirtutef *reliqui* 33. creant *DEa*. creuit *G*. creuut *H* omnif *libri omnes* has] haec *Guyetus* aerumnaf *KZ*. ĕrūmnaf *B*. erumpnaf *G*. erumnaf *reliqui*. f. audiendi *sup. scr. Db* 34. Peraudienda . . . . adfentandūft *in inferiore margine DG* Perhauriendumft ne mihi *R*. Perhaurienda sunt ne *Pareus*. Perhaurienda haec sunt ne *Guyetus*: *fortasse vere*. peraurienda funt ne *C*. Peraudienda funt ne *ABD cum reliquis* fentiant *DbG* 35. et *om. Da*, *sup. scr. Db*

PYRGOPOLINICES.

Quid illúc quod dico?

ARTOTROGVS.

Hem, scío iam quid uis dícere:

Factum hérclest: memini fíeri.

PYRGOPOLINICES.

Quid id est?

ARTOTROGVS.

Quícquid est.

PYRGOPOLINICES.

Habén tabellas?

ARTOTROGVS.

Vís rogare? habeo, ét stilum.

PYRGOPOLINICES.

Facéte aduortis túum animum ad animúm meum.

---

adſentandūſt *BCDFG*. adſentandū eſt *K*. aſſentandumſt *EHM*. aſſentanduumſt *P*. aſſentandum eſt *LNZ*. aſſentiendum eſt *sine* et *Maximus Victorinus p. 1948 P.* mentibor *E mg.* 36. illuc quod *EbFHLMPZ*. illud quod *N*. illuc.AR.quod *B ead. m.* illuc ART. quod *CEaK*. illuc ART. quid *G*. illuo. ART. qd *D* dico] aio *H* ART. hem *EbFHLMPZ*. PIR. em *B*. PYR. hem *CD EaGK*. EHEM *A ut videtur* ſcio quid uiſ dicere iam *K* quituiſ *Ba*. quduiſ *C* dicere *B* 37. Artotrogi *nomen praescribunt BCDEaGK* FACTUMHERCLEEST (*vel fortasse* HERCLEST) *A, Acidalius*. factumſt hercle *BDEGN*. factūſt hercli *C*. factum eſt hercle *HKPZ*. factumſt: eſt hercle *FLM* id *om. Ba*: *superscripsit eadem m.* *V.* 38—41 *post v. 71 transponi Danzius volebat* HABEN *A ut videtur*. habeſ *reliqui* uis rogare *om. H* uis]hui *Acidalius in Mil. c. 8.* uah *Palmerius*. uis rogare *est* utendas petis ſtillum *HN* 39. Facite *Ba*. facere *Ma* aduortiſ *AB*. aduerte *Da*. aduerteſ *G*. aduertiſ *reliqui* ANIMUMTUUM *A, Camerarius*. tuum animum *BCD cum reliquis* ad]at *BaCBK* animum meum *AB*. animam

ARTOTROGVS.

Nouísse mores tŭos me meditaté decet,
Curámque adhibere, ut praéolat mihi quod tú uelis.

PYRGOPOLINICES.

Ecquíd meministi?

ARTOTROGVS.

Mémini: centum in Cílicia
Et quínquaginta, céntum in Cryphiolάthronia,
Trigínta Sardi, séxaginta Mácedones

---

tuuameam ***H***. amican meā ***P***. animam meam *reliqui* 40. moriſ ***BCDa*** TUOSME ***A***. me tuoſ *reliqui* meditate ***BCZ***. meditateſ ***D***. meditare *reliqui* 41. adhibere& ***Ba***. adhebere ***Ca***. achibere ***H*** praeolat mihi quod ***R***. PR • • OLATMIHIQUOD ***A***. praeuolat (*vel* p̄uolat) mihi quo ***BDEaK*** *et* (*nisi quod* preuolat) ***G***. praeuolet mihi quo ***C***. preuolet (preuolet ***HZ***) mihi quo ***EbHM NPZ*** preuolet mihi quod ***FL***, ***M*** *sup. scr.* praeuelim quod *Acidalius cap. ult. p. 563* uaeliſ ***D*** 42. ecquid meminiſti ***DbF LMNZ***. Ecquidememiſti ***Ba***. Ecquid memiſti ***Be***. et quidem meminiſti ***C***. equidememiniſti ***DaEb***. ecquidemiminiſti ***EaHK***. ecquidem meminiſti ***G***. ecquicqdememiniſti ***P*** centuntum ***P*** in milicia ***C***. in cecilia ***Ka***. in incilicia ***FM***. in cilicia ***BD*** *cum reliquis.* CILICIAM *apparuit in* ***A*** 43. quinquaginta centum *coniungebatur ante Lambinum* in Cryphiolathronia (*a* κρύφιος *et* λάθρα) *effeci ex his vestigiis Ambrosiani* INSC • YI Ϛ • C ᴵATRONIAM. *Reliqui sic:* infycho latron • • ***Ba***. ſycho latroneſ ***Bb***. inſycholatronie ***C***. inſicho latroniae ***DG***. inſicho latoniae ***K***. inſicho latoie ***H***. in ſiclo latroniae ***LNP***. in ſiclo latronie ***EFZ***. in latronie ſiclo *et in mg.* latoie ***M***. in ſicyone laconiae *partim Pius partim Beroaldus*. Sycolatronidae *Camerarius: pro quo saltem* in Sycolatronia *debebat*. Sidolatronidae *Dissaldeus*. *In promptu sunt prope innumerabilia alia: nihil tam probabile quam quod posuimus* 44. Sardi *Pylades*. ſardiſ *libri*. SARD • S ***A*** macedo neſſunt ***C*** *Fortasse scripsit poeta:*

memini centum in Cilicia
Et quinquaginta, centum in Cryphiolathronia,
Triginta Sardos, sexaginta Macedones
Esse homines quos tu . . . . . :

Sunt hómines, quos tu occídisti una unó die.

PYRGOPOLINICES.

Quanta istaec hominum súmmast?

ARTOTROGVS.

Septem mília.

PYRGOPOLINICES.

Tantum ésse oportet: récte rationém tenes.

ARTOTROGVS.

At núllos habeo scríptos: sic meminí tamen.

PYRGOPOLINICES.

Edepól memoria's óptuma.

ARTOTROGVS.

Offaé monent.

PYRGOPOLINICES.

Dum tále facies, quále adhuc, adsíduo edes:

---

vel Macedones, Simul omnis quos tu *e. q. s.* quoſ tu *libri cum A.* tu quos *Pylades* una uno die *R*. una hodie *C*. uno die *BD cum reliquis* 45. iſtęc *CDZ*. iſtahec *B ante ras.* iſtac *K*. iſthaec *P*. iſtec *reliqui. In A minus spatii est quam quod* ISTAEC *formae aptum sit* ſummaſt *B*. ſummâſt *C*. ſumma eſt *reliqui cum A* milia *omnes cum A* 47. teneſ *in fine et iterum* Teneſ *proximi initio GK* 48. scriptos] ſi ſcriptoſ (ub) *B* ſic *om. N* memini (*an* meminu) tamen *B*, *sed et* mi (*vel* nu) *et* t *e corr.* mimini ta *C*, *in quo* men *syllabam membranae labes absorpsit.* memini tantum *H* 49. PYR. *om. G* Et depol *C*. aedepol *MP* memoria's] MEMORIAES *A*. memoria *C*. memoriaſ *BDEGHP*. memoria eſt *reliqui* optuma *ABCDGKP*. optima *reliqui* OFFAEMONENT *A*. offae monet *Ba*. offa memonet *Bc*. offemonet *C*. offa emonet *DEFKLMPZ*. offa emonet *N*. offae monet *G*. offa emònet *H*. offa me monet *Camerarius* 50. TALEFACIESQUALE *A*, *item NZ*. talem facieſ qualem *B*, *Turnebus Adv. II, 28, Camerarius.* tale faciaſ qualem *K*. tale facieſ qualem *reliqui* adſiduo *ABNP*. aſſuduo *C*. aſſiduo *reliqui* EDES *A ut videtur, Saracenus, Beroaldus.* aediſ *B ante rasuram, MNK*.

Commúnicabo sémper te mensá mea.

ARTOTROGVS.

Quid ín Cappadocia, úbi tu quingentós simul,
Ni hebés machaera fóret, uno ictu occíderas?

PYRGOPOLINICES.

Satíetas belli quía erat, siui uíuerent.

ARTOTROGVS.

Quid tíbi ego dicam, quód omnes mortalés sciunt,
Pyrgópolinicem te únum in terra uíuere
Virtúte et forma et fáctis inuictíssumis?
Te omnés amant mulíeres, neque id iniúria,

---

Méus conseruos, se ĕam uidisse hic cum álieno osculárier,
'Arguam hanc uidísse aput te cóntra conseruóm meum
Cúm suo amatore ámplexantem atque ósculantem.

PERIPLECOMENVS.

Immo óptume.
'Idem ego dicam, sí ex me exquiret míles.

PALAESTRIO.

Set simíllumas
Dícito esse: et Phílocomasio id praécipiundumst út sciat:
Né titubet, si exquíret ex ea míles.

PERIPLECOMENVS.

Nimis doctúm dolum.

∴ Vt ſi illic congr. ſit adu. militem
Tũ ſim. tam lacti eſt ap. eoſ hic deuortier ſſeruum meum
Dicam hoſp. P. . euge euge lep. l. commentum tuum contra coa
∵ Meuſ conſ. cum uid. hic c. al. oſc. e. arg. uid. apud te
Cum ſuo amatorẽ

242. Vt si] Viſ ***F***. uix ***Z*** illanc *Bothius*. illic *libri* congriminatuſ ***CDa*** sit] siet *Pylades*, *Acidalius*, *Schneiderus gramm. lat. I, p. 759. Vide Proleg. Trin. p.* CLXXXII. aduerſum ***Z*** 243. se eam ***R***. eam ***Z***. eum ***BCF***. cum ***D*** uidiſſe hic ***DaFZ***. uidiſſet hic ***BCDa*** hic cum al. oſc. eum arg. uidiſſe *in marg. tantum* ***B***, *manu vix minus antiqua* osculariar Arguam hanc *Bothius*. oſculari eam arguum ***CD***. oſculari eum arguam ***B***. uſculari eam arguam ***FZ***. oscularier Eam arguam *Camerarius* te contra conſeruum meum *om.* ***F*** *et praeter* te ***Z*** 245. ſuo amatore ***BbFZ***. ſuo amatorè ***BaCD***. amatore suo *Bentleius affert in Eun. V, 4, 14* atquém ***Ba*** PER. *om.* ***D*** optume *Bothius*. ut optume *libri*. ita optime *Camerarius*. atque opt. *Guyetus* 246. ex me ***R***. me *libri* PA. *om.* ***D*** similimaſ ***BbCD***. ſilimilimaſ ***Ba***. ſimillimaſ ***FZ*** 247. eſſet et ***BaCD*** praecipiendum eſt *Pius*, *Beroaldus*. recipiendũ ẽ *libri* 248. exquiret ***R***. quiret ***BaCD***. queret ***BbF***. quaeret ***Z*** PER.] PA. ***D***

Sét si ambas uidére in uno míles concilió uolet,
Quíd agemus?

PALAESTRIO.

Faciléſt. trecentae póssunt causae cónligi:
'Nón domist: abiit ámbulatum: dórmit: ornatúr: lauat:
'Prándet: potat: óccupataſt: óperae non est: nón potest'.
Quántum uis prolátionumst: dúm modo hunc primá uia
'Inducamus, uéra ut esse crédat quae mentíbitur.

PERIPLECOMENVS.

Plácet ut dicis.

PALAESTRIO.

'Intro abi ergo, et si ístist mulier, ĕam iube
Cíto domum transíre: atque haece béne ei monstra et praécipe,

249. amboſ *F* miliſ *BaCD* 250. agemus *B*: *cf. Prol. Trin. p.* CCXLII. agimuſ *libri* PA.] PER. *D* facileſt *ACDF*. facile eſt *BZ* trecentę *Bb*. tercentę *Z*. trecentē *CD*. trecente *BaF* cauſę *BbZ*. cauſa *CDF*. cauſe *Ba* CONLIGI *A*. conlici *Ba*. conici *Bb*. concili *CD*. concini *FZ* 251. DOMIEST *A*. domiſt *reliqui* ABIT *A*. abiit *reliqui* ornatur] comatur *'Romanus codex' Longolii* 252. potat *BbDbFZ*. poteſt *Ba CDa* occupat aſt opere non ē *BaCDFZ*, *nisi quod* occupataſt [e] *D*, occupateſt *F*. occubat aſt [at] opere [i] non ē *Bb* poteſt *Ba cum reliquis:* potat *Bb* 253. Quantum uiſ *FZ*. Quantū iſ *BaCD*. Quant·⁓ *Bb*, *qua nota significatur* eſt. *Ergo* prolationumſt *scripsi:* prolationum *libri cum A* HUNC *A*. nunc *reliqui* credatque *BaCDa* mentibitur *(h. e. mulier) C*. metibitur *D*. MENTIBIT· *apparuit etiam in A*. mentibimur *B (sed* imur *e corr. post ras.)*, *FZ* 254. PER.] PA. *D* PA.] *rasuram D* abi *AFZ*. abiit *BC*. habit *Da*. habi *Db* ſi iſti eſt *ABaCDa*. ſi iſtic eſt *BcDbFZ* mulier eam iube *(sic in fine versus posita) ABbDFZ*. muliere eam iube *C*. mulierē eam iube *Ba* 256. tranſiret *CDa* atquem *C* haece bene ei monstra et *B: nisi potius* haec ei bene praemonstra et *scriptum fuit*. HAECBBENEMONSTRA *A*, *nisi quod non prorsus certae*

'Vt teneat consília nostra, quemádmodum exorsí sumus,
Dé gemina soróre.

PERIPLECOMENVS.

Docte tíbi illam perdoctám dabo.
Númquid aliut?

PALAESTRIO.

'Intro ut abeas.

PERIPLECOMENVS.

'Abeo.

PALAESTRIO.

Et quidem ego ibó domum,
'Atque homini inuestígando operam huic díssimulabo mé dare,

ECE *litterae*. haec ei monſtrā (monſtram *C*) ***BaCD***. haec ei monſtra ***Bb***. hec ei monſtra ***F***. hoc ei monſtra ***Z***. et *addidit Pylades Absque Ambrosiano esset, non incommode sic haec disponerentur ad Bothianum exemplum:*

intro abi ergo: ét sist isti, múlierem
Iúbe cito domúm transire, atque haéc ei monstra, praécipe:

vel sine hiatu et sí east isti, *et altero versu fortasse* ac béne ei ne monstra 257. Vtteat ***D*** conſimilia ***BaCD*** 258. PER. *correctum e* PA. ***D*** per docta ***C*** 259. Numquit aliut ***CD*** PA. *correctum e* PER. ***D*** habeaſ ***BaCD*** PER. *corr. e* PA. ***B*** abeo. PA. et quidem ego ibo ***Bb***, *et ut videtur* ***A***. abeo. PA. ecquidem ego ibo ***Ba*** *et (nisi quod pro* PA. *lacunam* ***C***, *rasuram* ***D***) ***CD***. abeo equidem. PAL. Ego ibi ***F***. abeo equidem igitur. Pal. Ego ibo ***Z*** 260. Atque homini . . . . dissimulabo me dare ***R***. ATQ'HOMINEMINUESTIGANDOOPERAMHUICDISSIMULAB·· ***A***, *sed haec ut continuentur in extremo versu insequenti, ubi tamen nihil legi potuit.* At quē hominem inueſtigandoſ operam huic diſſimulando ***CB***, *nisi quod* hinc ***D***. at quē hominē inueſtigando operā hāc diſſimulando ***Z***. At quem hominem inueſtigabo hāc diſſimulando ***F***. At (Ad ***Bb***) quē hominem in inueſtigandoſ operā huic diſſimulando ***Ba***, *sed* in inueſtigando.ſ^nmo^ operā ***Bc***. *Vnde* At quem hominem inuestigando sumam operam, hinc dissimulauero *Camerarius, et* quem *in* quam, hinc *in* hanc *mutato Acidalius*. Atque *primus Saracenus*

Quí fuerit consémuos, qui hodie sít sectatus símiam.
Nam ílle non potuit quín sermone suo áliquem familiárium
Párticipauerít de amica erí, uidisse sése eam
Híc in proxumo ósculantem cum álieno adulescéntulo.
Nóui morem egomét: 'tacere néqueo, solus quód scio'.
Si ínuenio qui uídit, ad eum uíneam pluteósque agam.
Rés paratast: uí pugnandoque hóminem caperest cérta res.
Si íta non reperio, íbo odorans quási canis uenáticus,
'Vsque donec pérsecutus uólpem ero uestígiis.
Sét fores crepuérunt nostrae: ego uóci moderabór meae:
Nam íllic est Philocomásio custos, méus conseruos, qui ít foras.

---

261. CONSERUOS (**A**.) conferuuf *reliqui* hodie **Da** sit *Bothius*. fiet **ABCD**. fuerit **FZ**. fuit *Acidalius*. *An fuit* qui siet *sine* hodie? fimia **CD** 262. illē **Ba**. illem **C** quin **AFZ**. qui **BCD** SERMONE **A** *ut videtur, Lambinus*. fermoni *reliqui* familiarium **AF**. familiarum **BCD**. familiarem **Z** 263. Particauerit **BCD**. Nota (*per compendium scriptum*) particauerit **C** *mrg. ead. m.* ERISESKUIDISSEEAM **A**, *Gruterus:* heri, uidisse sese eam *Camerarius*. eri•f euidiff& *cum rasura* **Ba** (*et fortasse* r *quoque e corr.*) eri feuidiffe eam **Bc**. eri qui uidiffet eam **CDFZ**, *nisi quod* heri **DbFZ** 264. proxumo **Z**. proximof **Ba**. proximo **ABb** *cum reliquis* cum] quo[m] **B** *ead. m.* adolefcentulo **CD** 265. more **CDa**. moref **Db** EGOMET **A**, *Bothius*. ego et *reliqui* NEQUEOSOLUSQUOD **A**. nequeo foluf **BCD**. foluf **FZ**. nequeo quae solus *Bothius*. solus nostrorum *Camerarius* 266. at **BaCD** UINEAM **A**. uineaf *reliqui* 267. paratast **AZ**. paratuft **B**. parata eft **CDF** ui pugn.] inpugnandoque **FZ** hominem **AB**. *om. reliqui* CAPERE EST CERTARES **A**. capere certa res **BCDF**. c. c. res est **Z**. c. c. rest *Acidalius* 268. repperio **Z** odoraf **Ba**. adoranf **Z** 269. Nota. uolpē **C** *mrg. ead. m.* 270. forif **CD** crepuerunt **AB**. concrepuerunt *reliqui* noftre **F** UOCIMODERABORMEAE **A**, *et ita* (*nisi quod* moderabo) *Guyetus*. uoce moderabo me *reliqui*

271. PHILOCOMASII **A** CONSERUUSQUIIT **A**, *Acidalius*. conferuuf *et post vacuum spatium satis magnum* atque it **B**. conferuuf atque it **CZ**. conferuof atque it **F**. conferuuf atque id **D**

SCELEDRVS. PALAESTRIO.

SCELEDRVS.

Nísi quidem ego hodie ámbulaui dórmiens in tégulis,
Cérto edepol scio mé uidisse hic próxume uiciniae
Phílocomasium erílem amicam síbi malam rem quaérere.

PALAESTRIO.

Híc illam uidit ósculantem, quántum hunc audiuí loqui.

SCELEDRVS.

Quís hic est?

PALAESTRIO.

Tuus conséruos. quid agis, Scéledre?

SCELEDRVS.

Te, Palaéstrio,
Vólup est conuenísse.

Act. II. Scen. 3. SCELEDRUS PALAESTRIO ***AB***. SCELEDRVS PALESTRIO SERVI II· ***CD*** *et* (*nisi quod* duo) ***FZ*** 272. SCEL. *praemittunt* ***CD*** dormief ***Ba*** 273. proxime ***F***. proxumae· ***CD***. proximae ***AZ*** uicinae ***Z***. uicine ***F*** 274. Philocomafiem ***Ba*** MALAMREM ***A***, *Bentleius in Phorm. III, 3, 11: ac de* malum *Acidalius quoque cogitabat.* alium *reliqui, nisi quod id in* ***B*** *e corr. est et post rasuram, ante quam tertia a principio littera* l *fuit.* alium quem *Gruterus.* amicum alium *Guyetus:* (amicum sibi alium *vel* clam sibi alium *vel* sibi uirum alium *Acidalius.*) alienam *Bothius* querere ***BF*** 275. huc ***Ba*** audiu ***Ba***. 'audio' *codd. Pyladis* loqui *Camerarius.* loquere ***Ba***. loquentē ***Bc*** *cum reliquis* 276. eſt hic ***F*** aiſ ***Bb*** sc. te ***Bb*** *e corr. post ras.*, ***FZ***. SCEL. ſte ***C***. sc. iſte ***Ba***: l. ſta *sup. scr.* ***Bc*** paleſtrio ***BCDFZ*** *constanter, nisi ubi aliud testabimur* 277. Volupeſt ***CDF***. Volupeſ· *cum. ras.* ***Ba***: t *sup. scr.* ***Bc***.

PALAESTRIO.

Quid iam? aut quíd negotist? fác sciam.

SCELEDRVS.

Métuo

PALAESTRIO.

Quid metuís?

SCELEDRVS.

Ne hercle hodie, quántumst familiárium,
Máxumum in malúm cruciatum ínsiliamus.

PALAESTRIO.

Tú sali
Sólus: nam ego istanc ínsulturam et désulturam níl moror.

SCELEDRVS.

Néscis tu fortásse, aput nos fácinus quod natúmst nouom.

PALAESTRIO.

Quód id est facinus?

SCELEDRVS.

'Inpudicum.

---

uolupet *Z* conuenisſ& *Ba* AUTQUID•••NEGOTIIST *A*, *ut vel* IAM *vel* NAM *possit post* QUID *scriptum fuisse.* aut quid negotii *BD*. aut quid nego tu *C*. aut quid negocii *FZ* 278. Metuo. PA. quid *DbFZ*. Metu quid *BDa*. Me tu quid *C* SCEL.] PA. *BCDa* QUANTUMSTFAMILIARIUM *A*. quantum hic familiarumſt *B* (*sed* ſt *e corr.*), *CD et, nisi quod* eſt, *Z*. quantum hic familiariumſt *F* 279. SCE. *praemittunt BC* Maxumì in malum *B*. Maxumũ inmalum *BcCD*. Maximũ in malum *FZ* cruciatum *Bb*, *Pylades*. cruciatumque *BaDCFZ* inſiliamuſ *FZ*. inſuliamuſ *D*. insuliam *C*. inſuliamuſ eſt *B*. insaliamus *Bothius* ſaliſt *Ba* 280. égo istanc *R*. ego iſtam *libri* Nota. inſulturâ et deſulturã *margo BC ead. m.* nil *Bothius*. nihil hil *C*. nihil hic *reliqui* 281. Neſiſ *Ba* fortaſſ& *Ba* facinuſ quod natũſt *CD*. facinuſ quod natum eſt *F*. facinuſ quid natũ eſt *Z*. facinuſt quot nat•••ic *cum ras. Ba*. facinuſt quod natuſt hic *Bb* 282. *post* Quod *aliquid erasum in B* inpudicum, *non* imp. *B*

PALAESTRIO.

Túte sci solí tibi:

Míhi ne dixis: scíre nolo.

SCELEDRVS.

Nón enim faciam quín scias.

Símiam hodie súm sectatus nóstram in horum tégulis.

PALAESTRIO.

Édepol, Sceledre, hómo sectatu's níhili nequam béstiam.

SCELEDRVS.

Dí te perdant.

PALAESTRIO.

Té istuc aequomst, quóniam occepisti éloqui.

SCELEDRVS.

Fórte fortuná per inpluuium húc despexi in próxumum:

'Atque ego illi aspicio ósculantem Phílocomasium cum áltero

Néscio quo adulescénte.

PALAESTRIO.

Quod ego, Scéledre, scelus ex te aúdio?

SCELEDRVS.

Pól profecto uídi.

---

sci *Bothius*. ſciſ *libri*, *quod Gulielmus p. 196 interpretabatur* scias soli *Camerarius*. ſolite *BC*. ſoli te *DFZ* 283. dixit ſcerere *Ba* dixti ſcire *Bc* fatiam *B* quin] u *e corr. B* ſciat *B*. nescias *repugnante metro Haasius in Reisigii schol. gramm. p. 580 sq.* (faciam enim *solus Camerarius*) 285. sectatus *vulgo* nihili] mihi *B* 286. aequomst *R*. aequom *B*. aequum *CDZ*. equum *F* quoniam *Camerarius*. quõ *CD*. qm̃ *B*. quomodo *FZ* occoepiſti *B* (?). hoc cepiſti *D*. accepiſti *Z* 287. per] *fort.* ut per inpluuium, *non* impl. *B* deſpexit *Ba* in proxumum *BCD*: *Scioppius IV, 7*. proxumum *F*. proximum *Z* 288. illi *Acidalius*. illa *Bb*. illaſ *Ba*. illic *reliqui* aſpicio *libri omnes* Nota. mire poſitũ oſculantẽ cũ altero *C mg. ead. m.* 289. quo] quod *Ba* audio] auno *Ba* 290. Pol profecto *R*: *nisi* Quin *vel* At *males*:

PALAESTRIO.

Tutin'?

SCELEDRVS.

Égomet, his oculís meis.

PALAESTRIO.

'Abi, non uerisímile dicis, néque uidisti.

SCELEDRVS.

Núm tibi
Líppus uideor?

PALAESTRIO.

Médicum tibi istuc méliust percunctárier.
Vérum enim tu istam, sí te di ament, témere hau tollas fábulam.
Tŭis nunc cruribús capitique fraúdem capitalem hínc creas:
Nám tibi iam, ut pereás, paratumst dúpliciter, nisi súpprimis
Tŭum stultiloquiúm.

---

nam de Sed *(coll. annot. ad v. 398) cogitare noli.* Profecto *libri.* Ego profecto *Guyetus. Non recte hoc versu usus sum Prol. Trin. p.* CCXLIV. tutin ***BCDF***. tuten ***Z*** his ***R***, *Guyetus.* duobuſ biſ ***BbCDFZ***. duobuſ hic ***Ba*** 291. uerifſimile ***Z***. *ultimam litteram e corr.* ***B*** nunc ***BaZ***. nu·c ***Bb*** 292. tibi istuc meliust ***R***. iſtuc tibi meliuſ *libri* perconctarier ***Z***. percunctarier *reliqui* 293. tu istam *e* ***B*** *Camerarius: om.* ***CDFZ***
tuiſ tamſit•••dia mentē erea aut ollaſ *cum rasura* ***Ba***: *in quo latere* hau tollaſ *apparet.* tuiſ tamſi te di ament ∕ erea haut tollaſ ***Be*** *et* ∕ temere *mg.* ſi te di ament temere haud ollaſ ***CD*** *et, nisi quod* dii, ***F***. ſi te di ament temere haud edolaſ ***Z*** amant *vitiose Gronoviana* tolles *Guyetus. cf. Handium Turs. III, p. 35* tabulam ***Z*** 294. nuncruribuſ ***Ba*** capiti q••• *cum ras.* ***Ba*** *(h. e.* quae *ut puto):* capitiq; ***Bb***. scapulisque *pro* capitique *Acidalius satis eleganter* 295. Nam tibi iam *Camerarius.* Iam tibi iam *libri* eſt *libri* neſi ***Ba***. ni ***D*** ſupprimiſ ***B***. ſupprimaſ ***D***. ſupprinuſ ***C***. opprimaſ ***F***. īprimaſ ***Z***: supprimas *Scutarius*

SCELEDRVS.

Qui uero dúpliciter?

PALAESTRIO.

Dicám tibi.

Prímumdum, si fálso insimulas Phílocomasium, hoc périeris:
Iterum, si id est uérum, custos ádditus tu ei périeris.

SCELEDRVS.

Quíd fuat me, néscio: haec me uídisse, ego certó scio.

PALAESTRIO.

Pérgin, infelíx?

SCELEDRVS.

Quid tibi uis dícam, nisi quod uíderim?
Quín etiam nunc íntus hic in próxumost.

PALAESTRIO.

Eho, nón domist?

SCELEDRVS.

Víse, abi intro túte: nam ego iam míhi nil credi póstulo.

PALAESTRIO.

Cértumst facere.

---

296. dicam *Guyetus*. hic dictam **BCD**. id dicam **FZ** 297. primundum **F** falso *Camerarius*. falfom **B**. falfū **CDFZ** 298. si id est uerum **R**. fi id uerumft **BCDF**. fi id uerum eft **Z** custos additus tu ei **R** *probante (nisi memoria fallit) Hermanno*. tue cuftof additof **Ba**. tu ei cuftof additus **BbCDFZ**, *nisi quod* aditus **Z** 299. Quid fuat me **Bc**. Quia fuit me **Ba**. Quia fuat meat **C**. quiaatmeat **D**. quid ad me? **FZ** nescio: haec] PA. at nescio. SC. hec **FZ** 300. infoelix **Z** nefi **Ba** 301. hinc **B** inproximuft **B**. in proxumo eft *reliqui* eho, non *Bothius*. eo annon **Ba**. eho an non **Bc** *cum reliquis*. an non *sine* eho *Guyetus* domift **B**. domi eft *reliqui* 302. Viffe **BaCD** abiit **Ba** ego iam mihi nil **R**. ego mihi iam nihil **B**. ego mihi nihil *reliqui* credi] credich **Ba** *ante rasuram* 303. Portum **Ba** eft *libri* facore **BcCDFZ**. faceret **Ba**

SCELEDRVS.

Híc te opperiar: ĕadem illi insidiás dabo,
Quám mox horsum ad stábulum iuuenix récipiat se a pábulo.
Quíd ego nunc faciám? custodem mé illi miles áddidit;
Núnc si indicium fácio, interii: sí taceo, interií tamen,
Si hóc palam fuerít. quid peiust múliere aut audácius?
Dúm ego in tegulís sum, illa ex suo se hóspitio eduxít foras.
Édepol facinus fécit audax. hóc nunc si milés sciat,
Crédo hercle has sustóllat aedis tótas atque hunc ín crucem.

---

facere id *Camerarius*. Certum facere est *transposuit Bothius* opperiar ***Z***. operiar ***BeF***. operiā ***BaCD*** ea[i]dem ***B*** *ead. m.* illi ***B***. *om. reliqui* 304. Quam mox horsum *Camerarius:* quam mox *Saracenus*. Quam uxor ***BaCDFZ***. Quom uxor ***Be*** iunix *Saracenus: quod non dubitavi* iuuenix *scribere*. iuuenif *libri, nisi quod* inuenif ***Z*** se a *Bothius*. fe ***BDbFZ***. fi ***CDa***. se e *Camerarius* 305. fatiam ***B*** addidit *Dousa*. tradidit *libri* 306. inditium ***B*** taceo interii *Camerarius*. taceo *sine* interii *libri* tamen. Si] tametfi ***FZ*** pallam ***Z*** quod ***B*** peiust ***R***. peiuf *libri* aut ***BeCD***. *om.* ***Ba***. atque ***FZ*** audatiuf ***D*** 308. ego ***F***. ergo ***BCDZ*** illa ex suo se hospitio ***R***. illac hec fuumtofpicio ***D***. illac baec fum ofpitio ***C***. illachec fe (*sed* e *e corr.*) [r]ofpitio ***B***: *unde* illac haec se h. *Camerarius*. illaec fumpto hofpitio ***FZ***. illaec se ex nostro h. *Lambinus*. illaec suo se h. *Lindemannus olim* eduxit *Lambinus:* educit *coni. Camerarius*. edit *libri*. dedit *Lipsius. Ant. lect. IV, 14*. edidit *post Gruterum Bergkius in Diurn. antiquar. a. 1834. p. 1006* 309. fatinuf ***CDa*** hoc nunc ***R*** (*cf. ad v. 565*). hoc me ***C***. hocine ***BD***. hoccine ***FZ*** si miles *Pius, Beroaldus*. fimile *libri* 310. ercle ***BD***. erde ***C***. *om.* ***Z*** has sustollat *Camerarius*. affuf tollat ***BCD***, *nisi quod* [a]u ***Be***. aliuf tollat ***FZ*** aedif ***BF***. edif ***CDZ*** totas *Pius*. totaf tollat ***BeFZ***, *codd. Pyladis*. tota fi tollat ***BaC***. totaf fi tollat ***D*** atque hunc in crucem *Heraldus, Acidalius*. atquē (*vel* at quem) hic crucem *libri, nisi quod* hinc ***Bb***. atque hic crucem *codd. Pyladis*. atque hinc in crucem *Ca-*

Hércle, quicquid est, mússitabo pótius quam intereám male.
Nón ego possum, quae ípsa sese uénditat, tutárier.

PALAESTRIO.

Scéledre, Sceledre, quís homo in terrast álter ted audácior?
Quís magis deis inimícis natust quám tu atque iratís?

SCELEDRVS.

Quid est?

PALAESTRIO.

Iúben tibi oculos éxfodiri, quíbus ìd quod nusquámst uides?

SCELEDRVS.

Quíd? nusquam?

PALAESTRIO.

Non égo tuam empsim uítam uitiosá nuce.

SCELEDRVS.

Quíd negotist?

---

merarius 311. Herde ***C*** quum ***B***, *sed alterum u e corr.* intẽã ***C*** 312. quae (que ***F***) ipſa ſeſe ***FZ***. que iſſa ſeſe ***CD***. queſ••••• *cum ras.* ***Ba***. quę iſta ***Bb*** (*sine* ſeſe) curarier ***FZ*** 313. quiſ ***BCD***. sc. quiſ ***FZ*** in terrast alter ted *Bergkius:* in terra mi est alter autem *Pareus ed. tert.* in terris nam alter est te *Acidalius*. interemat ẽ alter ***BCD***. interminat? PA. eſt alter ***FZ***. *Licuit etiam* in terra te alter est audatior ***BCD*** 314. Qui ***FZ*** diis inimicis natus quam tu atque iratis *Camerarius*. de his inimiciſ natuſ quantum atque iratis ***BCD***. inimicitiaſ quam tu acquirat ***FZ***. *Scripsi* deis *et* natust *A v. 314 ad 330 personarum notas om.* ***C***: *in* ***B*** *usque ad v. 319 addidit plerumque sec. manus* 315. Iubeutibi ***BbBa***. Iubent tibi ***BaCDb***. Iube nunc ibi ***F***. Iube nunc tibi ***Z***. Iube tibi *Pareus: quod placuit Fleckeiseno Exerc. p. 8* exfodiri ***BCD***. effodiri ***FZ*** nuſquam eſt uideſ ***FZ***. nuſquam hic uidiſ ***BaCD***. nuſquam hic uidiſti ***Bb*** 316. tuam empsim uitam *Lindemannus*. mutuam ea ipsi tui tam ***B***. mutuã ea ipſi tuttã ***CD***. mutuam ea ipſi tu itan ***F***. nunc emam uitam tuam ***Z*** • uiciofa ***D*** 317. Quit ***CD***

PALAESTRIO.

Quíd negoti sít, rogas?

SCELEDRVS.

Cur nón rogem?

PALAESTRIO.

Nón tu tibi istam praétruncari línguam largiloquám iubes?

SCELEDRVS.

Quamóbrem iubeam?

PALAESTRIO.

Phílocomasium éccam domi, quam in próxumo
Vídisse aibas te ósculantem atque ámplexantem cum áltero.

SCELEDRVS.

Mírumst lolio uíctitare té tam uili trítico.

PALAESTRIO.

Quíd iam?

SCELEDRVS.

Quia luscítiosu's.

---

negotii eſt ***B***. genegotiiſt ***CD***. negociiſt ***F***. negocii eſt ***Z*** negocii ***FZ*** hogaſ ***CD*** *Versum* 318 *om.* ***C*** Non tu tibi ***B***. Noui & ibi ***B***. l. nû tute tibi ***B*** *mg.* Nonuu&ibi ***Da***. Non me tibi ***Db***. Nonne tibi ***FZ*** praetuncari ***Da***. prae tunc dari ***Ba*** 319. iubeat ***BaCD*** qua ***CDa*** proximo ***BCZ*** 320. aiebaſ ***BbDbFZ***. aleuaſ ***C***. a•aſ *c. ras.* ***Ba***. eleuaſ ***D*** te *ante* aiebaſ ***Z*** amplexantem ***Bb***, *codd. Pyladis.* amplexante ***Ba***. ampleocante ***C***. ampleocantem ***D***. amplectantem ***Z***. amplectentem ***F*** 321. sc. *om.* ***B*** Mirum lolio *Fulgentius p. 561 Merc.: unde* Miruſt lolio *Saracenus, Pius.* Miruſ olio ***BCD***. Mirum ſolio ***F***. Miruſ oleo ***Z*** uictitare te tam ***Db***, *Pius.* uictitaret etam ***BCDa***. uictitaret e tam ***F***. uictitaret et tam ***Z*** 322. sc. Quid iam. PA. ***B*** quia luſcitioſuſ ***BeD***. qui aliiſcitioſuſ ***C***. quia luſcioſuſ ***FZ***. quia luſcitioſuſ eſ *Fulg.* PA. *om.* ***B*** uerbero ***BeFZ***. uerberbero ***Ba***. ueherbero ***C***. ue herbero ***D***. uae uerbero

PALAESTRIO.

Vérbero, edepol tú quidem
Caécu's, non luscítiosus: nam éccillam quidém domi.

SCELEDRVS.

Quíd? domi?

PALAESTRIO.

Domi hércle uero.

SCELEDRVS.

Abi, lúdis me, Palaéstrio.

PALAESTRIO.

Iám mihi sunt manus ínquinatae.

SCELEDRVS.

Quídum?

PALAESTRIO.

Quia ludó luto.

SCELEDRVS.

Vaé capiti tuo.

PALAESTRIO.

'Immo tuo istuc, Scéledre, promittó fore,

Gruterus hedepol **BCD** quide **C** 323. Cetuſ **Da**. Ceouſ **Db** *cum reliquis. Scribebatur* Caecus luſcitioſuſ **B**. luſcioſuſ *reliqui* Num **Z** illanc **Bb** eccillam quidem **B**: *nisi* eccam illam quidem *malueris.* illam quidem illa **BCD**, *nisi quod* illam **Bc**. nam illam quidem uidi **FZ**. illam eccam quidem *Camerarius.* illam quidem eccam *Gruterus.* eam quidem eccillam *Bothius* 324. Quid] quid illa **D** 325. Iam *Guyetus.* Tam **BaCDFZ**. Tum **Bc**, *Dousa III, 8* mihi ſunt manuſ inquinata *libri, nisi quod* inquinatae **B**. manus sunt inquinatae *Guyetus.* inquinatae mihi manus sunt *Bothius. Vide Proleg. Trin. p.* CXLII. *Pro* SC. *et* PA. *spatia* **B** luto] iam **FZ**, *et ex* **H** *Lipsius Ant. lect. IV, 14* 326. Ve **BCDF** tuo. PA. immo tuo istuc **B**. tuo PA. iſtuc **BFZ** *et cum spatio pro* PA. **CD**. tuo. PA. tuo istuc

Nísi oculos orátionemque ália commutás tibi.
Sét fores crepuérunt nostrae.

SCELEDRVS.

At égo illi obseruassó foris:
Nám nihil est, qua hinc húc transire ea póssit, nisi recto óstio.

PALAESTRIO.

Quín domi eccam: néscio quae te, Scéledre, scelera súscitant.

SCELEDRVS.

Míhi ego uideo, míhi ego sapio, míhi ego credo plúrumum:
Mé homo nemo déterruerit, quín ea sit in his aédibus.
Híc obsistam, ne ínprudenti huc éa se subrepsít mihi.

PALAESTRIO.

Méus illic homost: déturbabo iam égo illum de pugnáculis.

Camerarius 327. oculuſ ***BaCDa*** alia *Guyetus.* aliam *libri* committaſ ***Z*** 328. foriſ ***CD*** crepuerunt ***R*** *coll. v. 370. 410.* concrepuerunt *libri* illi obseruasso ***R****: nisi males* illi obseruo istas *coll. v. 342.* ila obferuiſ ***CD***. ilico obferui ***Ba***. illaſ *et* ua *sup. scr. (h. e.* illaſ obferuaui) ***Bc***. illaſ obferuo ***FZ***. illaſ obferuaſſo *codd. Pyladis. Licebat etiam* illas seruasso foriſ ***CD***. foreſ ***BFZ*** 329. hinc] hic ***CD*** tranſiret ***Ba*** recte ***Ba*** hoſtio ***FZ*** 330. Quin ***Z***. Quem *reliqui* nescio quae te Sceledre *Camerarius.* neſcio utq› te Sceledre ***BCD***. SC. neſcio utique. PA. ſceledre ***FZ*** scelera] ſceledre ***FZ***. ſcelaera ***D*** ſuſcitant ***Bc***. ſuſcitat ***BaCD***. ſuſcita tt ***F***. ſuſcita te ***Z*** 331. SC. *om.* ***F*** sapio, mihi ego *Pylades.* ſapio ego *libri, sed ut in* ***B*** *parva rasura sit inter utramque vocem* plurimum ***BFZ*** 332. deterruerit *Camerarius.* detere uti ***CD***. deteruti ***B***. deterreat ***FZ*** edibuſ ***B*** 333. SC. *praemittit* ***F*** obſiſta ***Ba***. obſita ***Bc*** inprudenti, *non* impr., ***BD*** hic ***Z*** ſubrepſit ***BaFZ***. ſubreptat ***Bc***. ſurrepſit ***CD*** 334. eſt *libri* deturpabo ***Bb*** iam hic ego ***Z***. iam *Guyetus, vere fortasse* pugnaculis] propugnaculiſ *'Romanus codex' Longolii.* pinnaculis

Vín iam faciam utí stultiuidum té esse fateare?

SCELEDRVS.

'Age face.

PALAESTRIO.

Néque te quicquam sápere corde, néque oculis utí?

SCELEDRVS.

Volo.

PALAESTRIO.

Némpe tu isti ais ésse erilem cóncubinam?

SCELEDRVS.

Atque árguo

Ĕam me uidisse ósculantem hic íntus cum alienó uiro.

PALAESTRIO.

Scín tu nullum cómmeatum huc hínc esse a nobís?

SCELEDRVS.

Scio.

PALAESTRIO.

Néque solariúm neque hortum, uísi per inpluuiúm?

---

coniecturam commemorat Lambinus 335. Vin iam *Pius*. Viniā ***B***. Vim iam ***CDZ***. Viuiam ***F*** uti stultiuidum te esse ***B***. ut ſtultiuidum ut (te) ***B***: *e quo facile* uti stultiuidum tu te *efficias*. ut ſtultiuidum ***CDF***. ut ſtultū dū ***Z***. ut stultiuidum te *Camerarius*. *In versus fine* uolo *addebat Acidalius Pyladem secutus:* dum *post* age *inserebat Fleckeisenus Philol. II, p. 107* fateare *libri*. fatearis *Camerarius* 336. te quicquam te ***B*** ſaperet ***Ba*** uolo ***B***. ſcio ***CDFZ***, *sed qui omittant tres insequentes versus, quorum tertius terminatur* scio *voce* 337. isti ais *Acidalius p. 281:* istic ais *Camerarius*. iſticaſ ***Ba***. iſtic,aſ ***Bb*** *et ;* dicaſ *mrg.* eſſet ***Ba*** 338. me *Cam.* ne ***B*** uidisse *Cam.* uidiſſet ***Ba***. uidiſſe te ***Bb*** 339. tum *vitium Gronovianae* huc hinc ***B***. hinc ***B*** eſſet ***Ba***. esse etiam *Cam.* 340. PA. ***B***. *om.* ***CDFZ*** hortum ***B***. ortum *reliqui* inpluuium, *non* impl., ***B*** SCEL. *addidit Gulielmus. om. libri, quorum* ***CDFZ*** *sic iungunt:* sc.

SCELEDRVS.

Scio.

PALAESTRIO.

Quíd? nunc si ea domíst: si eam facio ut éxire hinc uideás domo,
Dígnun es uerbéribus multis?

SCELEDRVS.

Dígnus.

PALAESTRIO.

Serua istás foris,
Né tibi clam se súbterducat ístinc atque huc tránseat.

SCELEDRVS.

Cónsiliumst ita fácere.

PALAESTRIO.

Pede ego iám illam huc tibi sistam ín uiam.

SCELEDRVS.

'Agedum ergo face. uólo scire, utrum egon' íd quod uidi uíderim,

---

ſcio neque ſolarium, neque ortum, niſi per impluuium scio 341. Quid nunc, si *iungebatur*. Quid ſi nunc ſi ***CD*** domiſt ***CF***. domi eſt *reliqui* eam facio ***R***. facio eam ***CDFZ***. fatio ſedeam ***B***. faciam eam *Camerarius* exire hinc *Acidalius*. hinc exire *libri* domi ***CD*** 342. Dignun' es ***R***. Dignũ ē ***Ba***. Dignuſ eſ ***Bb*** *cum reliquis* dignus] dignũ ***Ba*** foreſ *libri* 343. Nec ***B*** dam ſe ***CD***. clam ***Ba***. clam[ſe] ***Bc***, *codd. Pyladis*. eadem ***FZ*** ſubt̄ducatũ ***Ba*** *ante ras.* iſt hinc ***B***, *sed et* i *prius et* h *e corr.* hunc ***Ba***. hac ***F*** 344. eſt *libri* pede *Acidalius*. pedeſ *libri* in ulam ***Z***. inuitã ***BCD***. in uia ***F*** 345. ergo] ego ***Z***. g[o] ***BCD*** *ut saepe h. e.* ergo face uolo ſcire utrum ego id quod ***CDFZ***. fac& uolo ſcir& ut•••••••g• it quod *cum rasuris* ***Ba***, *quae fortasse* utrumne ego *interpretanda sunt.* faci& uolo ſcire utrũ••••ego id quod ***Bb***. *In* ***A*** *apparuit* EGON••QU uidi] uidit ***Ba***. mihi uidi ***FZ*** uider.~ *cum ras.* ***Ba***

'An illic faciat quód facturum dícit, ut ea sít domi.
Nam égo quidem meos óculos habeo néc rogo utendós foriś.
Sét hic illi subpárasitatur sémper: hic eae próxumust:
Prímus ad cibúm uocatur, prímo pulmentúm datur.
Nám illic noster ést fortasse círciter triénnium:
Néc quoiquam alii, quam ílli, in nostra méliust famulo fámilia.
Sét ego quod ago, id me ágere oportet: hóc obseruare óstium.
Si híc obsistam, hac quidem pol certo uérba mihi numquám dabunt.

---

346. illic fatiat ***BD***. illi ofaciat ***C*** 347. ofculof ***D*** ROGOUTENDOSFOR•• ***A***. rogo utendof forif ***FZ***. roga utendi foraf ***CD***. rogat utende forif ***Ba***. rogat utenda forif ***Bc*** 348. fubparafitatur ***BCD***. fubparafitatuf ***Z***. fupparafitatur ***F*** hic eae proxumuft ***R***. HIC•A•PROX•••• ***A***. hic ea proxumuft ***Ba***. hic ea proxumuf ***CD***. hic ei proxumuft ***Bc*** hic ei proximuf ***FZ*** 349. primo] *an* primo ei? 350. fortass& ***BaC*** triennium *nimium visum Grutero, qui de* trinundinum *cogitabat.* trimenium *Guyetus* 351. NEC ***A*** *ut videtur.* neque *reliqui* quoiquam alii ***R***. cuiquam *libri* illi in noftra *Pylades.* illin noftrà ***D*** illi noftra ***BCFZ***. illi, est in nostra *Bothius* meliust *Guyetus.* MELIUSEST ***A***. melief ***BCDZ***. *om.* ***F*** 352. ego quod ago id *Bothius:* ego hoc quod ago, id *Camerarius.* ego hoc quid ago it ***Ba***. ego hoc quid ago id ***BbC***. ego hoc quid ago ad ***D***. ego hoc quid ago? At ***F***. ego quid ago. at ***Z*** mea cerero port& huc obferuar& ***Ba*** hoftium ***FZ*** 353. Si hic ***R***. s•• ***A***. Sic ***B***. hic *reliqui.* Hac *Camerarius* hac] sic *Camerarius* mihi uerba ***F***

PALAESTRIO. PHILOCOMASIVM. SCELEDRVS.

PALAESTRIO.

Praecépta facito ut mémineris.

PHILOCOMASIVM.

Totiéns monere mírumst.

PALAESTRIO.

At métuo ut satis sis súbdola.

PHILOCOMASIVM.

Cedo uél decem, édocebo

Minumé malas, ut síut malae: mihi sólaest quod supérfit.

Age núnc iam insiste ín dolos: ego húc procul recédam.

Act. II. Scen. 4. Hanc emendatam dedi in prooemio Ind. schol. aest. univ. Vratislav. a. 1839 SERVI IDEM. PHILOCOMASIVM MVLIER ***B***. EIDEM. PHILOCOMASIVM. SERVI II. MVLIER ***C***. PALESTRIO PHILOCOMASIVM ***D***. Paleſtrio. Philocomaſium. Sceledruſ ***FZ*** 354. PAL. *praemittunt* ***BCD*** Precepta ***BF***. Precepto ***Z*** toties *Camerarius.* tolleſ ***BCD***. tolle ***FZ*** monere] munera ***Ba*** MIRUMST ***A***. mirum eſt (*vel* mirũ ẽ) *reliqui* 355. cedo uel *om.* ***FZ*** decem edocebo *Taubmannus.* d•ce edocebo ***Ba***. dice me docebo ***C***, diceme docebo ***D***. doce me docebo ***Bb***. me docebo (*nihil praeterea*) ***F***. ne doceto ***Z***. doctas docebo *Camerarius.* doctam edocebo *Pareus.* doctum edocebo *Bothius* 356. Minime *Bergkius Diurn. antiq. a. 1834. p. 1002 sq.* Memini *libri* male ***DZ*** solaest quod superfit ***R***, *Guyetus.* SOLAEQU)OSUPERF— ***A***. ſola equo ſuperfit ***BaCD***. ſola equo ſuperfit ***Bb***. ſola ego ſuperſum ***FZ***. solae e quo superfit *Scioppius I, 1.* solae e quo superfit *Taubmannus.* solae est qui supersit *Goellerus in Trucul. 700* 357. Philocomasio *continuavi, quem libri tribuunt* Palaestrioni NUNCIAM ***AZ***, *Haasius in Diurn. antiquar. a. 1838. p. 272.* iam nunc *reliqui. Prave Handius Tursell. IV, p. 337* ego huc procul ***R***: *probatum Brixio p. 48.* EGO••• PROCUL ***A***. abs te ego procul ***Bb***. ego abs te procul ***BaCDFZ***

PALAESTRIO.

Quid aís tu, Sceledre?

SCELEDRVS.

Hanc rém gero: habeo aúris, loquere quíduis.

PALAESTRIO.

Credo égo istoc exempló tibi esse péreundum extra pórtam,
Dispéssis manibus pátibulum quom habébis.

SCELEDRVS.

Quamnam id ób rem?

PALAESTRIO.

Respícedum ad laeuam: illaéc quis est muliér?

SCELEDRVS.

Pro di ímmortales,
Eri cóncubinast haéc quidem.

PALAESTRIO.

Mihi quóque pol ita uidétur.

---

358. QU••AISTU *A*. Quid aſtu *Ba*. Quid aſtaſ *BbD*. quid ſtaſ *D*. o qui aſtaſ *F*. o quid aſtaſ *Z* celebre *Ba* quituiſ *Ba* 359. iſtoc exemplo *AZ*. iſtuc exemplo *Ba*. iſtuc extemplo *Bc CDF* esse pereundum extra portam *R*. ESSE•ERI◡NI••IXT▬\— *A*. eſſe eundum extra portam *Gellii codex Regius et vet. edd.* eſſe eundum actutum ſi extra portam eſt *CDF*. eſſeſ (eſſe *b*) eundẽ actutum ſi extra portã ẽ *B*. eſſe eũdũ eſſe actutũ extra portam *Z*. actutum *glossema esse explicando* extemplo *ascriptum Scioppius IV, 3 vidit* 360. Diſpeſſiſ *Z*, *Gellius*. DISPENSIS *A*. Diſperſiſ *BCD*. Diſparſiſ *F* quom *BF*. cum *reliqui* habet••iſ *cum ras. Ba*. habetiſ *Bb* id *R*. *om. libri*. ob quamnam rem *Guyetus* 361. Reſpice &[ec] dum *B* alleuã *Ba*. ad leuam *Bc cum reliquis* illaec quis est mulier *Bothius*. mulier haec quis est *idem olim*, *satis eleganter*. quiſ illaec eſt mulier *libri*, *nisi quod* illa ẹhec *B*, illec *FZ*. *Licet etiam* quis illa namst mulier. *Magis etiam sibi placere* illac: quis est haec mulier, *deleto* Pro, *Hermannus significavit* di immortaleſ *BZ*. dii imm. *F*. dũmortaleſ *CD* 362. ERI *etiam A*. *vide Proleg. Trin. p.* CXLVII. concubinaſt

Age núnc iam, quandó lubet.

SCELEDRVS.

Quid agám?

PALAESTRIO.

Peri praeprópere.

PHILOCOMASIVM.

Vbi istést bonus sęruos, quí probri me máxumi innocéntem
Falso ínsimulauit?

PALAESTRIO.

Én tibi: hic mi id díxit, utiquest.

PHILOCOMASIVM.

Díxtin
Tu té uidisse in próxumo hic, sceléste, me osculántem?

BC. concubina eft *reliqui* hec **BF** polita **Ba**. 363. quando *libri cum* **A**. quod *vitium Gronovianae* peri praepropere **B**: *prob. Brixius p.* 48. peripe propero **Ba**. peri perpropere **Bb** *cum reliquis* 364. Vbi istest bonus **B**. UB········ BONUS **A**, *in quae spatia* ISTEEST *quadrat*. Vbi ifte bonuf *reliqui*. Vbi istic bonus *Bothius: non male, si* seruost *scribatur*. Vbi íste bónus est, *deleto* seruus, *Hermannus* seruos *om*. **F** PROBRI **A**. prodiuit **B**. prodit **CF**. proditi **D**. prodiit **Z**. propudii *Camerarius* maxumi *Acidalius*. maxume *libri* 365. PAL. *praemittunt* **BC** infimulatam **FZ** PA. en tibi: hic mi id dixit, utiquest. PH. dixtin **B**, utique est *debens Hermanno*. PH. em tibi. P. hic mihi id dixit. PH. tibi. quem dixit **B**, *ultima voce in* dixti *mutata in* **Bb**. PH. hem tibi. PA. hic mi id dixit. PH. tibi? quē dixti **C** *et, nisi quod* hem *pro* PH. hem, **F**. PA. hem tibi. PH. hic mi id dixit. PA. tibi quem dixti **D**. hem tibi. PA. hic dixit. PH. tibi quem dixti **Z**. PA. hem tibi, hic mihi id dixit. PH. tibi quaeso? dixti *Camerarius*. PA. hem tibi. hic mihi id dixit. SC. tibi. PH. quei dixti *Gruterus et, nisi quod* quem *pro* quei, *Gronovius*. tibi *ferri non posse perspexit Acidalius: nec quattuor litteris Ambrosiani spatia sufficiunt. Sed quattuor tantum idem habet pro* mihi id (MIID *puto*)*: pro quo* mihi *sine* id *Bothius, in reliquis e* **C** *pendens. Ceterum de* utiquest *dubito: exspectatur aliquid ut* PH. eho tu, dixtin — *vel* PH. quid? dixtine — 366. Tu te *Gruterus*. TUTE **A**. Tute me *vel* Tu te me *reliqui*.

P A L A E S T R I O.

Quin cum álieno adulescentulo dixít.

S C E L E D R V S.

Dixi hercle uéro.

P H I L O C O M A S I V M.

Tun uídisti ?

S C E L E D R V S.

Atque his quídem oculis.

P H I L O C O M A S I V M.

Oculís carebis crédo,
Qui plús uident quam quód uident.

S C E L E D R V S.

Numquam hércle deterrébor,
Quin uíderim id quod uíderim.

P H I L O C O M A S I V M.

Ego stúlta moror múltum,
Quae cum hóc insano fábuler, quem pól ego capitis pérdam.

Tuten' *Camerarius* uidiſſ& ***Ba***. udiſſe ***Da*** *proxume omnes* SCELESTEME ***A***, *Camerarius*. ſceleſtē ***Ba***. ſceleſte ***Bb*** *cum reliquis* 367. Quin ***R***. Atque *libri cum* ***A***. *Quo in fine prioris versus reposito hunc ab* Alieno cum *ordiebatur Hermannus*. At *ortum ex* PAL *vel* PA. *personae nota*. Ac *Bothius olim*, At *nuper* adoleſceutulo ***CDZ***, *non* ***A*** 368. Tun ***R***. TUNE ***A***. Tun me *reliqui*. Tu me *Hermannus* quidem oculis. PH. oculis carebis ***R***. QUIDEM • • • • LIOCULISCARRBIS ***A***. quidem oculiſ. PH. carebiſ *reliqui, nisi quod* care • iſ *cum ras.* ***Ba***. *Fortasse tamen in illis latet* quĭdem meis oculís. PH. carebis 369. pluſ uidet ***Ba*** *nunquam*, *non* nunq., ***BC*** deterrebor ***ABbFZ***. dat • • • rebo • *cum ras.* ***Ba***. deterebo ***C***. deteraebo ***D*** 370. Quin uiderim] u uiderim *e corr. post ras.* ***B*** (*non* Qui) quod uiderit ***Ba*** ſtulta moror ***BeCDZ***. ſtulta et mora ***Ba***, *Lipsius Ant. lect. II, 13.* ſtulta ***F***. MORA *etiam in* ***A*** *apparuit. Fortasse igitur scripsit poeta:* Set sumne ego mora multum, *ut Pers. I, 2, 23: vel* Pol ego sum mora multum (*coll. Men. V, 5, 6*) 371. Que ***BaF*** inſanio ***Ca*** FABULER ***A***. fabulet ***Ba***. fabulem ***Bb*** *cum reliquis* perdat ***Ba***

SCELEDRVS.

Nolí minitari: scío crucem futúram mihi sepúlcrum:
Ibi mĕi sunt maiorés siti, patér, auos, proauos, ábauos.
Non pótis est mihi minís tuis hosce óculos exfodíri.
Set paúcis uerbis té uolo: Palaéstrio, obsecró te,
Vnde éxit haec?

PALAESTRIO.

Vnde nísi domo?

SCELEDRVS.

Domo?

PALAESTRIO.

Mé uiden?

SCELEDRVS.

Te uídeo:
Nisi mírumst facinus, quómodo haec hinc húc transire pótuit.

---

372. SEPULCRUM (*A*). ſepulchrum *reliqui* 373. me *C* SUNTMAIORES *A*. maioreſ ſunt *reliqui* ſiti *om.* *B*a, *add.* *B*b auuſ proauuſ abauuſ *libri cum A*: *nisi quod* proauuſ *C* 374. potis est mihi *B*. poſſunt mihi *B*. mihi poſſunt *reliqui cum A* MINISTUIS *A*. minaciſ tuiſ *reliqui* hosce oculos *B*. hiſce oculiſ *ABF*. hiſce oculi *CDZ* EXFODIRI *A*. fodiri *reliqui* *Hermanno placebat* Non possunt tuis minaciis hice oculi mi ecfodiri: *cui praestiterit saltem* Non possunt nunc minis tuis hice oculi mi exfodiri 375. *post* palaeſtrio *aliquid erasum in B* OBSECROTE *A*. obſecro *reliqui*. obsecro, unde (*e proximi versus initio ascito* unde) *Camerarius* UNDEEXITHAEC *AZ*, *Fleckeisenus Exerc. p. 39*: (*nisi forte in A potius* EXIITHUC *est.*) Vnde exit hac huc *B*. unde Exit hac huc *C*. unde exit hec huc *DF*. Vnde exit *Hermannus*: *fortasse vere* nisi domo? sc. domo? pa. me uiden? sc. te uideo *Gruterus*: *quem secutus* uide *pro* uiden? *Lindemannus*. nisi domo. sc. domo? pa. me uidente uideo *B* (*sed* e uideo *e corr.*), *CDFZ*. *Quorum in fine* uidente. sc. uideo *Camerarius*. nisi domo? sc. domo? pa. uiden tu eam? sc. uideo *Hermannus*. *Sed* NISIDOMOMODOMEUIDENTE UIDEO *A* 377. Niſi mirumſt *BbC*. Niſi mirum *Ba*. sc. Nimi-

Nam cérto neque solăriumst aput nós neque hortus úllus,
Neque fĕuestra nisi clatráta. nam certe égo te hic intus uídi.

PALAESTRIO.

Pergín, sceleste, inténdere hanc argúere?

PHILOCOMASIVM.

Ecastor érgo
Mi hau fálsum euenit sómnium, quod nóctu hac somniáui.

PALAESTRIO.

Quid sómniasti?

PHILOCOMASIVM.

Ego éloquar: set amábo aduortite ánimum.
Hac nócte in somnis méa soror geminást germana uisa
Venísse Athenis ín Ephesum cum súo amatore quódam.
Ei ambo hóspitio huc in próxumum deuórti mihi sunt uísi.

---

rumſt ***F***. sc. Mirum eſt ***Z***. ••••s••SIRUM•• ***A***, *quae* NIMISMISERUNST *interpretamur*. Nimis mirum est *Gruterus* HAECHINCHUCTRANSIRE POTUIT ***A***. haec hic tranſire potuerit *reliqui*, *nisi quod* hec *pro* haec ***BF*** 378. SOLARIUMEST (***A***.) ſolariuſ ***BaCD***. ſolarium ***BbFZ*** ortuſ ***CDFZ*** 379. ſenetra ***Ba***. feneſtra *cum reliquis* ***A***. festra *Bothius* nisi clatrata *Angelius*: nisi clathrata *Scutarius*. NEQUECLARATA ***A***. niſi clarata *reliqui* CERTE ***A***, *Bentleius in Heautont. III, 1, 72*. certo *reliqui* hicintuſ ***BbCD***. hicinuſ ***Ba***. intuſ ***FZ*** 380. Pergi ſceleſtẽ ***Ba*** INTENDEREHANC ARGUERE ***A***, *Bothius*. intenderet hec arguerit ***Ba***. intendere et hanc arguere ***BbCFZ***. intenderet hanc arguere ***D***. atque *pro* et *invexit Cam*. ecaſtor ergo ***AFZ***. ecaſtor ego ***BCD***. ergo ecastor *Acidalius* 381. Mihi aut ***Ba***. ••••••U (*h. e.* MIHIHAU) ***A***. Mihi haud ***BbCDFZ*** euenit ***AFZ***. eueniat ***BC***. eueat ***D*** NOCTE ***A***. noctu *reliqui* ſomniauit ***B*** 382. somniasti *Camer. ed. alt.* ſomniauiſti *libri cum* ***A***. *Fortasse* ego *delendum* ambo *Acidalius* ADUORTITE (***A***), *Acidalius*. aduortit ***Ba***. aduortito ***BbCDZ***. aduertito ***F*** 383. geminast ***R***. GEMINA•• ***A***. gemina ***B***. gemina et *reliqui* 384. Veniſſet ***Ba*** cum ſuo ***FZ***. QUOMSUO ***A***. cumeo ***BaDa***. cum meo ***BbCDb*** 385. EI ***A***. Hi *reliqui* HOSPITIUMH•C ***A***. hoſpitio huc ***BCDbFZ***.

PALAESTRIO.

Palaéstrionis sómnium narrátur. perge pórro.

PHILOCOMASIVM.

Ego laéta uisa, quía soror uenísset, propter ĕandem
Suspícionem máxumam sum uísa sustinére.
Nam argúere in somnis mé meus mihi fámiliaris uísust,
Me cum álieno adulescéntulo, quasi núnc tu, esse ausculátam,
Quom illa aúsculata méa soror gemina ésset suumpte amícum.
Ita me ínsimulatam pérperam probri ésse somniáui.

PALAESTRIO

Satin' éadem in uigilanti éxpetunt, quae in sómnis uisa mémoras?

---

ofpitio huc *Da* deuorti mihi sunt *Bothius.* mihi deuortif *Ba.* mihi deuorti funt *Bb.* mihi diuorti funt *CFZ. Eundem ordinem testatur A* nifi *F* 386. PAL. *Acidalius.* SCE. *libri* Palaestrionis *Dousa.* PALAESTRIONI *A, B.* palestrioni *reliqui* perge *Acidalius.* PAL. perge *libri* 387. leta *BF* uifo *F.* uifa *cum reliquis A.* uisu *Gronovius. Fortasse fuit* facto forror *Da* 388. Sufpitionem *BCD* maximam *ABCD* 389. argueret *Ba* MEUSMIHIFAMILIARIS *A.* familiarif meuf mihi *reliqui* UISUST *A.* uifu f····· *cum ras. Ba.* uifuf eft *Bb cum reliquis* 390. Mecum *B.* mecum cum *CD* adul. *ABF.* adol. *CDZ* nunc tu, esse osculatam *Hermannus:* nunc, esse osculatam *Camerarius.* NUNCTUESAUSCULATAM *A.* nunc eft ofculatam effe *BbCDF, et sine* esse *Pylades, Scioppius IV, 7.* nec eft ofculatam effe *Z.* nunc eft aufcultata ē *Ba* 391. Quom *B.* Cum *reliqui cum A* ILLAAUSCULATA *A.* illam aufculta *Ba.* illa ofculata *reliqui* fuumpte *Gruterus.* fumptu *Ba,* fuū·· *Bb.* fuum *reliqui* 392. Itē *Ba* perperam probri *R.* perperam falfum *ABCD.* perperam *FZ.* perperam ego *Hermannus* effe *libri cum A, nisi quod* effe· *cum ras. Ba.* fuisse (*omisso* falsum) *Pylades, Acidalius* 393. Satim *Z* INUIGILANTI *A.* uigilantif *BCD.* uigilanti *FZ.* in uigilantes *Scioppius V, 3* expetuntque *BF* uifam me-

Eu, hércle praesens sómniumst: abi íntro et conprecáre.
Narrándum ego istuc míliti censébo.

PHILOCOMASIVM.

Facere cértumst:
Neque mé quidem patiár probri inpúne esse insimulátam.

SCELEDRVS.

Timeó quid rerum gésserim: ita dórsus totus prúrit.

PALAESTRIO.

Scin té perisse?

SCELEDRVS.

Núnc quidem domi cértost: certa rés est
Nunc nóstrum obseruare óstium, ubiubíst.

PALAESTRIO.

At, Sceledre, quaéso,
Vt ád id exemplum sómnium consímile somniáuit,

---

morant *Ba* 394. Eu *R*. Heuſ *libri*. *Quid in A sit, non liquet* praesens somniumst *R*. PRAESENSSOMNIUM *A*. pdent ſomnium *B*, *in quo latere* praeſenſ ſomnium *Camerarius perspexit*. praeſentia omnia (*vel* oma) *B mg.*, *CDa*. praeſentia omnia *Db*. praeſenti iam omnia *FZ* abi]a•it *cum ras. Ba* conprecare, *non comp.*, *ABe*. conprecarint *Ba* 395. Narandum *Z* CERTUM EST *A*. certum *reliqui* 396. probri *Camerarius*. PRO•• (*h. e.* PROBI *ut puto*) *A*. pro•t *cum ras. Ba*. prodi *BbCDF*. perdi *Z* impune esse *Hermannus*. falſo inpune *AB*. falſo impune (*vel* ipune) *reliqui* inſimulata *CD* 397. geſſerim *AZ*. geſſerit *reliqui* dorſuſ totuſ *BC*, *Nonius p. 303*. dorſũ totuſ *D*. dorſum totum *AFZ*, prorit *Ba* 398. periſſe *BbFZ*. periſſeſ *Ba*. periiſſe *CD* SCEL. nunc *Acidalius*. sed nunc *B*, nunc *reliqui*: Palaestrioni *continuantes* quidem] quid? eſt *F*. quid eſt *Z* CERTOSTCERTA *A*. certo. sc. certa *reliqui*. Sceledro *continuavit Acidalius* 399. obſeruaret *Ba* hoſtium *FZ* ubiubi est *Bothius*: ubi est *Acidalius*: ubiubi sit *Gruterus*. ub'ſſet *B ead. m.* ubi iſſet *CDF*. ubi eſſet *Z* ſcelera et *Ba* queſo *BCDF* 400. it *Ba* consimile (*scriptum olim* QUOMSIMILE) *R*. quia ſimile *Ba*. quaſi ſimile *Bc cum reliquis*. quam simile *Camerarius*

Atque út tu suspicátus es te eam uídisse ausculántem.

.....qu.........egomet.....sam...quod uidisse po..

SCELEDRVS.

Men' ĕam non uidisse árbitras?

PALAESTRIO.

Ne tu hércle sero, opínor,

Resipísces. si ad erum uéuerit haec rés, peribis púlchre.

---

401. es te eam uidisse *R.* ef (*sed* f *e corr.*) eam uidiffet *Ba.* ef eam uidiffe *Bb cum reliquis.* EAMUIDISSE *sine* ES *ut videtur A.* es eam uidisse te *Camerarius* AUSCULANTEM (*A*). ofculantem *reliqui* 402—404. *Sic conformavimus, quae his spatiis perscripta sunt in A, valde nunc quidem lacera:*

•••••QU•••••••••EGOMET•••••SAM•••QUODUIDISSE

•••PO•

•••••NONUIDISSE — — — — — — OPINOR

RESIPISC•S•AI•RUM•••C•••••U•••UENERITPERIBIS

— —

Et in primo quidem versu quinta ab initio littera visa est o *vel* c *esse, paenultima ante* EGOMET U, *paenultima ante* SAM *vel* H *vel* C. *In tertii initium quadrare visa sunt* MENEAM *litterarum vestigia. In medio quarto ante* U *visum est* PRI, *post eandem litteram* S *apparere: hunc ut versum iam in A sic depravatum extitisse coniiciamus:*

RESIPISCESSIADERUMHAECRESPRIUSDEUENERITPERIBISPULCRE

Omisso primo versu reliquorum haec species in Ba:

SC. Meam non uidiffet arbitr• PA. ne tu hercle opinor obfecro
Refipifci aderũ hec ref priuf ob oculof creuerit puis pulchre:

(*et ita quidem ut post* arbitr *una tantum littera erasa esse videatur:*) *haec autem in Bb:*

SC. Meeam non uidiffe arbitrarif PA. ne tu hercle opinor obfecro
Refpicif fi aderũ hęc ref priuf ob oculof peruenit peribif pulchre.

Cum Bb congruunt CD, nisi quod peruif (*pro* peribif) *servarunt. Ab eisdem FZ sic discrepant:* refpicif] refpiref *F*, refpice *Z* — hec *F* — priuf ob oculof *om. FZ* — perifti *FZ. Ex uno H interpolationem* opinor magnum malum obfecro reperief *protulit Lipsius Ant. lect. V, 5. Olim a nobis propositam scripturam:*

SC. Men eam non uidisse arbitras? PA. ne tu hercle sero, opinor,
Resipisces. si ad erum deuenat haec res, peribis pulcre:

SCELEDRVS.

Nunc démum experior mi ób oculos calíginem opstitisse.

PALAESTRIO.

Dudum édepol planumst hóc quidem: quae hic úsque fuerit íntus.

SCELEDRVS.

Nihil hábeo certi quíd loquar: non uídi eam, etsi uídi.

PALAESTRIO.

Ne tu édepol stultitiá tua nos paéne perdidísti:
Dum té fidelem fácere ero uoluísti, absumptu's paéne.
Set fŏres uicini próxumi crepuérunt: conticíscam.

---

probavit Fleckeisenus Philologi II, p. 85 et Exerc. p. 43. Solius A in vestigia intentus sic hos tres versus redintegrare Hermannus conabatur, de sero opinor resipisces *nobiscum faciens:*

SC. Hanc quam óculis uidi egomét meis, eam quód uidisse cérto
Scio, hóc non uidisse árbitraris? PA. tu hércle sero, opínor,
Resipísces: ad erum si áliquid huius uénerit, peribis.

405. Nunc] demum] Nunc *Servius in Aen. I, 333* experior mi ob oculos *B*. EXPERIOR.... OBOCULOS *(h. e. ut puto* MIHI*) A* fcio mihi ob oculof *Servius.* experior priuf ob oculof mihi *B*. experiar priuf ob oculof *CDFZ, nisi quod* ofculof *Z* obftitiffe *Servius: nec quicquam discrepantiae ex A notavimus.* optin.geff..t *cum ras. Ba.* optigiffe *Bb.* obtigiffe *reliqui* 406. DUDUM ....POL *A h. e.* ARDEPOL *ut puto* planumst hoc quidem *B*. PLANUM.... QUIDEM *A*. planum hic quidem *BCD*. planum hoc quidem *FZ*. hoc planum quidem *Camerarius* hic ufque *Camerarius.* hinc ufque *BCD*. huc ufque *FZ* 407. quod *Bothius* uidi eam *Camerarius.* uideam *BCDZ*. uiderim? *F* uidit *B* 408. tu] te *FZ, Bothius* ftulticia *F* nof *Bb*. noftra *(vel* nfa*) BaCD. om. FZ* paene *B*. poene *C*. pene *reliqui* perdidisti *Camerarius.* perdidit *libri.* perdidisse *mire Bothius* 409. fidem *Z* ero *om. Ba, add. Bb* uoluiftif *Ba* absumptus *Guyetus.* abfumptuf ef *libri, nisi quod* f ef *e corr. B* pene *libri* 410. forif *BD* proximi *FZ* crepuerunt *B*. concrepuerunt *reliqui* conticifcam philocomafiū *Ba.* conticifcam *Bb.* conticefcam *reliqui*

PHILOCOMASIVM. PALAESTRIO. SCELEDRVS.

PHILOCOMASIVM.

Inde ígnem in aram, ut Éphesiae Diánae laeta laúdes
Gratísque agam eique ut 'Arabio fumíficem odore amoéne:
Quae me ín locis Neptúniis templísque turbuléntis
Seruáuit, saeuis flúctibus ubi sum ádflictata múltum.

SCELEDRVS.

Palaéstrio, eho Palaéstrio.

PALAESTRIO.

Eho Scéledre, Sceledre, quíd uis?

SCELEDRVS.

Haec múlier, quae hinc exít modo, estne erílis concubína
Philocómasium, an non ést ea?

Act. II. Scen. 5. PHILOCOMATIVM PALESTRIO SCELEDRVS **D** *et (nisi quod* ſ *pro* t) **F**. Paleſtrio. Philocomaſium. Sceledruſ **Z**. PHILOCOMASIVM MVLIER SERVI II. **BC** 411. PH. INDO (o *e corr.*) **B** igne, *cum ras.* **Ba**. (ignē **Bb**) epheſie **F** diane **F**. danae **Da** laeta laudes *Bergkius Diurn. antiqu. a. 1834 p. 1003.* lataſ laudeſ *libri (sed ut in* **B** *videri possit prius* ſ *sec. m. additum esse.)* laudes latas *Camerarius*. l. laetas *aut* lautas *Dousa*. lauta laudes *Gruterus* 412. Gratisque *Bothius*. Grateſque *libri* arabio **R** *ex* **Ba**. arabico **Bb** *cum reliquis* fumicem **F** odorē **B** amene **F**. amoena **Z**. *An fuit* amoeno? 413. Quę **BbZ**. Que **Ba**. qui **CD**. quam **F** neptuniſ **Ba**. nepituniiſ **D**. neptunniiſ **F** templisque] tempeſtatibuſ '*in priscis exemplaribus*' *esse Pius dicit* turbulenteſ **Da** 414. Seruabit **Ba** ſeuiſ **CDF** afflictatā **B**, *sed* af *e corr. et cum rasura ante hanc vocem.* afflictata *reliqui* 415. Palaestrio, eho Palaestrio. PA. eho *Bothius*. Paleſtrioſ o paleſtrioſ PA. oſ **Ba**. Paleſtrio o paleſtrio PA. o **Bb** *cum reliquis, nisi quod prius* o *om.* **D** Sceledre Sceledre **BCD**, *codd. Pyladis*. ſcceledre **FZ** quit **Ba** 416. Hec **BDF** que **BaF** euexit **Ba** *ante ras.* 417. eſt ea] a *e corr.* **B**. eſt iſta **Z**

PALAESTRIO.

Hercle opínor, ea uidétur.
Set fácinus mirumst, quómodo haec hinc húc transire pótuit:
Si quídem east.

SCELEDRVS.

An dubium íd tibist eam ésse hanc?

PALAESTRIO.

Ea uidétur.

SCELEDRVS.

Adeámus, appellémus. heus, quid istúc est, Philocomásium?
Quid tíbi istic hisce in aédibus debétur? quid negótist?
Quid núnc taces? tecúm loquor.

PALAESTRIO.

Immo édepol tute técum:
Nam haec nil respondet.

---

Quíd ais tu? itane tíbi ego uideor óppido Acherúnticus?
Tám capularis? támne tibi diu uídeor uitam uíuere?
Nam équidem haut sum annos nátus praeter quínquaginta et quáttuor:
Cláre oculis uideó, sum pernix mánibus, pedibus móbilis.

---

quam] quem *Da*. quidem *FZ* 623. tibi me *Bothius*. me tibi *libri* obiceret *Ba*. obueccere *D*. abiicere *Z* ſollicitudine *B*. ſolicitudinem *F* 624. PE.] PA. *B* Nouo] *v. Bentleium in Phorm. V, 8, 79* amaſſi quidem *C* siquidem . . . . pudet, *quae construebantur cum prioribus, iunxi eis quae sequuntur* taxiſ *BaCDa* 625. umbra ē *Ba*. umbra eſ *Bb cum reliquis* pleuſideſ *CDZ* 626. Hancine aetatem *CD*. Hancine etatem *F*. Hac mea (*an* inea?) etate *Ba*. Hacine etate *Bb*. Hanccine aetatem *Z* mei me *Lindemannus:* me mei *Camerarius*. me *BCD*. mei *FZ*. med *Bothius* gratiam *B* 627. tu itane] totam *Nonius p. 4* opido *F* acheronticoſ *FZ*. acheruntiuſ (*vel* hach.) *Nonius* 628. capularis, tamne *Camerarius*. copulariſ tam me *Ba* (cap. *Bb*.) capulariſtamine *CD*. capulari ſtamine *FZ*. capularis tamne *Bothius*. capularis senex *hinc affert Servius in Aen. VI, 222* uitam *Camerarius*. uita *libri* uidere *Ba* 629. nam *sup. scr. D ead. m.* aut *Ba*. ʳaut *Bb*. haud *reliqui* annos natus *Camerarius*. natuſ annoſ *libri* quattuor *C*. IIIIᵒʳ *B*. quatuor *DFZ* 630. Clariſ *B*. clare *reliqui* uideor *B* sum pernix *Bothius*. pernix ſum *libri, nisi quod* pernixū *Z*. *Vide Prol. Trin. p. CCXXXVIII. et CCXLVI.* pedibuſ *B*. ſum pedeſ *CFZ*. ſum peſ (de *sup. scr.*) *D ead. m.* sum pede *Bothius* *Sic transposuit*

PALAESTRIO.

Si álbicapillus híc uidetur, neútiquam ab ingenióst senex:
'Inest in hoc amússitata súa sibi ingenua índoles.

PLEVSICLES.

Pól id experior équidem ita esse ut praédicas, Palaéstrio:
Nám benignitás quidem huius óppido adulescéntulist.

PERIPLECOMENVS.

'Immo, hospes, magis quóm periclum fácies, magis noscés meam
Cómitatem ergá te amantem.

PLEVSICLES.

Quíd opust nota nóscere?

Guyetus: pernix sum pedibus, manibus mobilis 631. albicapillus *Bothius.* albi capilluſ *C.* albiſ capilluſ *D.* albuſ capilluſ *BFZ.* albes capilluſ *Nonius p. 456.* albus capillos *Guyetus* uidetor *Da* ne utiquã *C* ab ingenio est senex *Scioppius V, 3.* ab ingenio ſeneſ *Nonius.* ibi ingenio ſenex *BeCDa.* ibi ingeniŏ ſenex *De.* in-genio ſenex *Da.* ibi ingenium ſeniſ *F.* ubi ingenium ſeniſ *Z.* ingenio est senex *Camerarius.* ibi ingenium est senis *Gruterus* 632. amussitata *Aldus, commemoratum iam a Pio.* emuſitata *libri.* emeuſſiactaſ *Nonius p. 457.* emuſſitata *idem p. 9, Festus Pauli p. 76. Vetus vitium est* ſibi *om. F* ingenia *Z* ^in^doleſ *D ead. m.*

633. experior equidem *R Proleg. Trin. p.* CCXXVIII. *coll.* CLXXVIII. *sqq.* quidem experior *BDFZ.* quidem *C, ut qui prorsus omittat* experior . . . . benigt.itaſ quidem eſſet *Ba* paleſtriæ *D* 634. opido *F.* oppido ut *Pylades* adolescentuli est *Camerarius.* adoleſcentuleſ *Ba.* adoleſcentulę *Bb.* aduleſcentule *D.* adoleſcentule *C.* aduleſcentuli *F.* aduluſcentuli *Z* 635. PER. *om. BCD* hoſpiſ *Ba.* hoſpite *Bb* cum *libri* periclum *Guyetus.* periculum *libri* noſce *Bb* męa *CD* 636. Comitatem erga te *Camerarius.* Comitante merce••• *cum ras. Ba.* Comitante merce te *BbC.* comitante mearce te *D.* comitatem merito te *FZ*

opust *R.* opuſ *libri* no•tâ ſcire *cum ras. Ba* *Versuum 637—660, quos sic collocavimus, hic ordo in B est:* 639—648. 655. 656. 637. 649—653. 659. 660. 657. 658: *nam versus* 654 *in margine tantum scriptus est et ita quidem scriptus ut, utrum*

PERIPLECOMENVS.

Plús dabo quam praédicabo ex mé uenustatís tibi.

* * * * * * * *

'Vt aput te exemplum éxperiundi hábeas neu rogés foris.
Nám nisi qui ipse amáuit, aegre amántis ingenium íuspicit.
Sét ego amoris áliquantum habeo humórisque etiam in cór-
pore,
Néque dum exarui éx amoenis rébus et uoluptáriis.
Vél cauillatór facetus uél conuiua cómmodus
'Itidem ero: neque ego óblocutor sum álteri in conuíuio.

---

versui 648 an 653 subiectus sit, non liqueat. Eum post 648 CD FZ *collocant, in reliquorum ordine non discrepantes a* B. *Inter v. 637 et 649 recentiores inde a Pareo editores Coleri Goldastique suasu hunc inserunt a Servio in Aen. I, 738 e 'Plauto' allatum:*

Néque ego ad mensam públicas res clámo neque legés crepo:

qui si e Milite glorioso est petitus, locum habuit inter v. 644 et 645

637. uenuſtaſ Ba *Post hunc unus exciderit oportet, cui proximus referretur, velut talis:* ,

Nam ípsum amasse opórtet, si amanti íre opitulatúm uoles:

639. apud te *Pius.* apud[te] Bc. apud Ba *cum reliquis.* apud ted *Bothius* neu roges B. negiſ CDa. negeſ DbFZ. ne••aſ *cum ras.* Ba. ne°aſ Bb. ne petas *Camerarius* *Ceterum hunc versum versui 636 subiectum, simul* Quom *pro* Vt *ascito a Pylade,* Pleusicli *continuavit Lambinus, contra quem dicit Acidalius* 640. nisi qui ipse *Gruterus, prob. Bentleius in Heaut. III, 3, 9.* ipſi quod ipſe Ba. ipſi qui ipſe Bb. qui ipſe CDFZ. qui ipse haud *Camerarius* 641. Sed *Bothius.* Et *libri.* At *Lambinus* amariſ Ca. amatoriſ Z aliquantulum FZ etiam FZ. me etiam BaCD. meo etiam Bb 642. amenif B. amoriſ *reliqui, Balbachius p. 32* pebuſ C 643. cauilator Ba 644. Itidem ero, neque ego B. item ero neque ego CDFZ. Item ero neque B. Item ero neque ego unquam *Pyladem secutus Acidalius dux recentioribus* oblecutor Da. obloquutor F. obliuiſcor B, *sed* oblocutor Bc *mrg.* *Potueram etiam:* 'Item ero: neque ego sum óblocutor *Ceterum vv. 645—652 etsi non uno modo etiam commodius collocari potuerant, tamen horum quidem tralaticius ordo cum certe defendi posse videatur, nolui-*

'Incommoditate ábstinere me ăput conuiuas cómmodo
Cómmemini: et meae orátionis iústam partem pérsequi,
Ét meam partem itidém tacere, quom álienast orátio.
Mínume sputatór, screator sum, ítidem minume múccidus:
Néque alienum ego úmquam scortum súbigito in conuíuio:
Néque praeripio púlpamentum néque praeuorto póculum:
Néque per uinum umquam éx me exoritur díscidium in conuíuio.
Sí quis ibist odiósus, abeo dŏmum, sermonem ségrego.
Vénerem, amorem amoénitatemque áccubans exérceo:
Póst, Ephesi sum nátus, non sum in 'Apulis, non 'Animulae.

---

mus ultra progredi transponendo 645. conuiuiaſ *CD* commodo *B*. quomodo *BCD*. commode *FZ* 646. Commeminit et *BCD* maeae *D*. mei *Z* oriſ *Z* partem *BDeZ* parem *CDaF* 647. tacere quom *FZ*. taceret quom *CD*. taceret qm *Ba*. tace ••• quom *c. ras. Bb* eſt *libri* 648. Minime ſputator ſcreator ſum *FZ*. Minim' (Minimie *Be*) putatur ſcrahator ſum *Ba*, *sed* potator ſcortator *B mrg*. Minimiſ putatur ſcrahat orſum *C*. Minime ſputator ſcraat orſū (h) *D* minime muccidus *Camerarius*. minimem ucciduſ *C*. minime *cum integrae vocis rasura B*. minimē ſucciduſ *D*. minime ſucciduſ *FZ*. *geminam m litteram libri tuentur Most. V, 1, 60 et A Epid. III, 4, 58*
649. alienum ego unquam *Bothius*. ego umquam alienum *libri*, *nisi quod* nunquam *Z* ſubigito in conuiuio *Camerarius*. ſub digito meo cōuiuio (i in) *Ba*. ſubigito meo ćuiuio *Bb*. ſubigito min conuiuium *C*. ſubigitom in conuiuiū *D*. ſubagito in conuiuium *F*. ſubagito in conuiuū *Z* 650. Naeque *C* pulpamentum *BeFZ*. palmentum *Ba*. pulpamaenthum *C*. pulpamenthum *D* pũto *B*. peruorto *FZ* poculum *Bb*, *Scutarius*. copulum *BaCD*. coppulum *F*. coculum *Z* 651. me *FZ*. mea *BaCD*. meo *Bb* diſcidium *BCDZ*, *Madvigius in Cic. de fin. p. 815*. diſſidium *F* in co. *B* 652. ſibi odioſuſ ē *Ba*. ibi odioſuſ ē *Bb*. ibi eſt odioſuſ *reliqui* habeo *BaCD* ſecrete *Ba* 653. Venereum *FZ* amorā *CDa*. amorāe *Ba*. amorāe *Bb* amoenitatem que accubaſ *BaCD* 654. ephē (si) *Da* non sum in Apulis non Animulae *B*. non enim in apuliſ non fuminiamula *BC*. non enim

PLEVSICLES.

'O lepidissumúm senem, si quas mémorat, uirtutís habet:
'Atque quidem pol pláne eductum in nútricatu Vénerio.

PALAESTRIO.

'At quidem illuc aetátis qui sit, nón inuenies álterum
Lépidiorem ad omnís res, nec qui amíco sit amicús magis.

PLEVSICLES.

Tŭi quidem edepol ómnes mores ád uenustatém ualent.
Cédo tris mi homines aúrichalco cóntra cum istis móribus.

---

in apuliſ non ſum in imula *DF*. non enim in apuliſ non ſum in umbria *Z*. tum in apuliſ non ſum natuſ non ſum animata *affert Philargyrius in Georg. II, 134, ubi tamen* animula *cod. Guelf.* non enim in Apulis, non Animulae *Bothius secundum Scioppium apud Gronovium (non Susp. lect. V, 3.)* Aminula *apud Festum Pauli p. 25 M. placebat Scaligero:* 'Animula urbs paruarum opum fuit in Apulia.' Aminula *forma quominus verior videatur, non impedit certe Philargyrii testimonium* 655. Pleusicli *tribuit Pistorem secutus Taubmannus,* Palaestrioni *libri* lepidissumum senem *R*. lepidum ſemiſemne *CDK*. lepidum ſemiſem ne *G*. lepidum ſemine *B*. lepidum ſemiſenem ne *FHK*. lepidum ſemiſeum *cod. Roverianus Lipsii Ant. lect. I, 19.* lepidum ſenicem *Lipsius l. c. et Epistolic. quaest. III, 24 (non vere narrans in uno Vaticano* ſemiſcem *esse): quod non nisi sic tueare:* Edepol lepidum senicem memorat uirtutes *Scutarius.* memoratur tuiſ *BCDF*. memoratur tuuſ *Z*. uirtutis *servavi ut v. 32* 656. quidem *Bothius.* equidem *libri. Vide Proleg. Trin. p.* LXXIX. pol plane eductum *olim Lindemannus.* plane aeductum *BC*. plane eductum *reliqui.* plane educatum *Bothius* 657. PAL. *FZ*. PLE. *BCD* 658. at *CD* omneſ *Z* nec] hęc *D* qui amico sit amicus magis *R Proleg. Trin. p.* CXXXII. *(coll.* CCVI.*)* magiſ qd amicuſ amicoſ ſint magiſ *BaCD (nisi quod* quid *D.)* magiſ q amicuſ amico ſit *Bb*. qui amicuſ amico ſit magiſ *FZ* 659. Periplecomeno *continuant FZ,* Palaestrioni *tribuunt BCD. Correxit Taubmannus Pistori obediens* Tui *Camerarius.* Tu *BCDa*. Et *DbFZ* omnes mores *Lambinus.* omniſ moriſ *BC*. omniſ moreſ *DFZ* uenustatem ualent *Camerarius: (quod propius quam* uenustatem *attigunt.)* uenuſtatem uacet *B*. uenuſtate uicet *C*. uenuſtate uecet *Da*. uenuſtate uegit *Db*. uenuſtatem iugiter *FZ: quod fraudi fuit Doederlino Synon. I, p. 4* 660. Pleusiclis *personam praefigit F* Cedo triſ *CDFZ*. Ceteriſ *Ba*. Cet•riſ

PERIPLECOMENVS.

Túto me ut fateáre faciam esse ádulescentem móribus:
'Ita ego ad omnis cónparebo tíbi res benefactís frequens.
'Opusne erit tibi áduocato trísti, iracundo? écce me.
'Opusne leni? léniorem díces quam mutúmst mare,
Líquidiusculúsque ero quam uéntus est fauónius.
Vél hilarissumúm conuiuam hinc índidem expromám tibi,
Vél primariúm parasitum atque óbsonatorem óptumum.
Tum ád saltandum nón cinaedus málacus aequest átque ego.

---

c. ras. ***Bb:*** Cedo ***B*** *mrg.* mihi *libri.* (m ***B***) hominiſ ***BbCD.*** hominib• ***Ba*** auricalco *libri* contra cum istis *Camerarius.* contra cū iſtiſ ***Bb.*** contra••ū hiſtiſ *cum ras.* ***Ba.*** contramtum hiſtiſ ***CD.*** contra emptum iſtiſ ***FZ.*** contractum iſtiſ ***K.*** contra hentum iſtiſ ***H.*** contra intum iſtiſ ***G.*** *Vnde profectus (quamquam de Vaticanis parum diligens testis) Lipsius Ant. lect. I, 11* contra emsim (*h. e.* empsim) istis, *vel* contra mutem istis. *A Servio in Aen. XII, 87, memoriter ut apparet, haec afferuntur:* ego istos mores orichalco contra comparem 661. fatear et ***BCD*** adulefcente ***CD*** 662. ego ad ***B*** *secundum Dousam.* apud *libri* omneſ *solus* ***B*** conparebo ***CD.*** comparabo ***Ba.*** comparebo ***BbFZ*** benefactiſ ***FZ.*** bonefactiſ ***D.*** Bona factiſ ***BC*** 663. Opuſ nec ***BaZ.*** Opus *Bentleius in Adelph. V, 9, 37, imprudens puto* aduocato triſti iracundo ***BbDFZ.*** aduocatoriſ iracundo ***Ba.*** aduocato triſ fura cundo ***C*** 664. Opuſ nę ***Z*** lene ***Da*** diciſ ***BCD*** quam mutum eſt mare ***CDFZ.*** quântū ē amare ***B*** *et* ut tutū ***B*** *mrg.* 665. Liquidiusculusque *Camerarius.* Liquidiuſ cuiuſq› ***BCD.*** Liquiduſ cituſque ***F.*** Liquiduſ cultuſque ***Z.*** Liquidiuſcultuſque *Nonius p. 334* ero *om.* ***Z*** eſ ***F*** fauoniuſ ***FZ.*** faoniuſ ***CD.*** facinuſ ***B.*** faboniuſ *Nonius* 666. Vael ***C*** hilariſſimum conuiuam ***FZ.*** hilariſſumum conuiuium ***B.*** hilariſſimuſ conuiuium ***CD*** hinc indidem *Camerarius.* hinc indidā ***BCD.*** me eſtimandū ***F.*** me extimandū ***Z*** expriman ***FZ*** 667. obſonatorem ***Z.*** obſonat orē ***Be.*** obſonat orā ***CDa.*** obſotorem ***B,*** *sup. scripto* na *m. rec.* obſonantem ***F*** 668. at ***CD*** ſaltandum ***FZ,*** *Nonius p. 5.* ſalutandum ***BCD*** cinaeduſ ***BZ.*** cyneduſ ***F*** malacus aeque est atque ego *Rittershusius apud Scioppium II, 15, Pithoeus e Nonio p. 5, ubi* malacus aeque est

PALAESTRIO.

Quíd ad illas artís optassis, si óptio cueniát tibi?

PLEVSICLES.

Huíc pro meritis út referri páriter possit grátia,
Tíbique, quibus nunc me ésse experior súmmae sollicitúdini.
'At tibi tanto súmptui esse míhi molestumst.

PERIPLECOMENVS.

Mórus es.
Nam ín mala uxore átque inimico sí quid sumas, súmptus est:
'In bono hospite átque amico quaéstus est quod súmitur;
'Vt, quod in diuínis rebus súmptumst, sapientí lucrost.

---

afferlur. maiacuſ egeſtant quē ego ***Ba***. magicuſ egeſtant quâ ego ***Bb** et* l. ęque ſtat ***B** mrg.* maiacuſ equeſtaut que ego ***CD***, *nisi quod* malacuſ ***Dc***. mage uſque ſaltat quam ego ***F** et, nisi quod* magiſ, ***Z***. malacuſ eqᵘſtantq̄ ego ***G***. maiacuſ ęq̄ᵒ ſtant quam ego ***K***. mage uſquam ſaltat quam ego ***H***. malacus aeque est quam ego *Lipsius, e Vaticanis* malacus aeque *afferens* magis aptus est quam ego *Camerarius* 669. Qui ***Ba*** ad illaſ artiſ ***Bb***. ad illaſ arteſ ***Db FZ***. attillaſ artiſ ***CDa***. attoilaſ artiſ ***Ba*** optassis si *Camerarius*. optiſſi ***B***. optiſ ſi ***CDa***. opteſ ſi ***DbFZ*** 670. PLE.] PER. ***FZ*** Huic *Guyetus*. Huiuſ *libri* promeritiſ ***F*** (*teste Pareo etiam* ***BC***) referri ***BbFZ***. referre ***Dc***. referret ***Ba***. referet ***CDa*** 671. me eſſe experior ſummae ***Bb** et* (*nisi quod* ſumme) ***Dc***, *Camerarius:* esse experior summae me *Beroaldus:* esse me experior summae *Aldus*. me eſſet experioſū me ***BaC***. eſſet experio ſumme ***Da***. eſſet experioſum mee ***F** et* (*nisi quod* meę) ***Z*** ſolicitudini ***FZ***. ſollicitudine ***CD*** 672. PLE *praemittunt* ***DFZ***, PER. ***BC*** ſumptu ***Ba***. ſumptui ***Bb** cum reliquis* moleſtumſt ***B***. moleſtuſ ***CD***. moleſtum eſt ***FZ*** PER.] *spatium vacuum* ***BC*** morus es *Camerarius*. moruſ ē ***BCDb**: sed* l. mortuuſ ***B** mrg. m. ant.* morſ ē ***Da***. mortuuſ eſ ***Z***. motuſ eſ ***F*** 673. inimicoſiquid ***B***. inimico ſi quit ***CDa*** sumas, sumptus est *Camerarius*. ſumat ſumptuſ ē ***BCDa***. ſumat ſumptū ē ***DbZ***. ſumptum eſt ***F*** 674. quaeſtuſ ***Db***. queſtuſ ***FZ***. quaetuſ ***CDa***. quetuſ ***Ba***. quietū ***Bb*** 675. Vt ***R***. Et *libri* sumptumst ***R***. ſu-

Dĕum uirtute sátis est, unde accípiam te aput me cómiter.
És, bibe, animo obséquere mecum atque ónera te hilaritúdine:
Líberae sunt aédes, liberum aútem esse egomet mé uolo.
Nám mihi deum uirtúte dicam própter diuitiás meas
Lícuit uxorém dotatam génere summo dúcere:
Sét nolo mi oblátratricem in aédis intromíttere.

---

maſ ſumptuſ *BCZ*. ſumaſ ſumptu *DF*. sumas *Camerarius* apienti *C* lucro eſt *Z* 676. *Posui quod praestare intelligerem duobus aliis emendandi exemplis hisce:*

Dĕum uirtute est, hóspitem unde accipiam aput me cómiter:
Dĕum uirtute est, álios unde hospítio accipiam cómiter.

Deum uirtute ē taſenunde hoſpitio accipiem apud me commitaſ *B*. Deum uirtute eſt taſenunde huſpitio accipiem apud me eſt comitaſ *C et, nisi quod* oſpitio accipiem, *D*. Deum uirtute eſt eundem hoſpitio accipiam *Nonius p. 415.* Deum uirtute eſt tranſeuntem hoſpitio accipere apud me eſt comitaſ *F*. Deum uirtute euntem h. accipere a. m. e. c. *Z e Nonii vel. edd.* D. u. ut transeuntem h. accipiam *e. q. s. Gruterus.* D. u. adeuntem h. accipere apud me copia est *Bothius. Non improbabiliter Bernaysius:* Deum uirtute est affatim, unde bibe 677. Eſ bibe *FZ*. Eſt bibe *CD*. Eſt bono *B ead. m.* ſiue *Nonius p. 120* onera te *BbCD, Nonius.* onerata *Ba*. honorato *F*. honerato *Z* hilaritudine *e Nonio Camerarius.* hilarituſ me *CD FZ*. hilariſſime *B* 678. aedes *Pius.* edeſ *F*. aediſ *reliqui* liberum autem esse egomet me uolo *B: nisi* esse autem *maluerit.* liber ſum autem ego met• uolo libere *cum ras. Ba, sed* egomet uolo *Bb, et* l. bibere *B mrg.* liber ſum autem ego me tuuolo libere *C et, nisi quod* me tu uolo, *D*. liber ſum autem ego me uti uolo libere *FZ et deleto* autem *Lambinus.* liber sum ego, te uti uolo libere *Guyetus. Totum versum sic formavit Bothius:* Liberae aedes, liber sum autem ego, mé uolo uti libere: *sic autem Brixius Quaest. pros. p. 31:* Liberae aedes, liber autem ego, méd uti uolo libere. *Defendi tamen etiam talis sententia poterit:*

Liberae sunt aédes, libere égomet ted uti uolo

(*h. e.* aedibus) 679. uirtutē *CDF* meaſ *BCD*. dataſ *FZ* 680. ſumo *CDa* 681. Scd *Ca* nolo mihi *libri.* mihi nolo *Bothius* oblatraticem in aediſ *BaDa*. oblatratice minçdiſ *C. de prosodia vocabuli vide Vossium Aristarchi II, c. 16 et Schnei-*

PLEVSICLES.

Quór non uis? nam prócreare líberos lepidúmst opus.

PERIPLECOMENVS.

Hércle uero líberum esse, id nímio multost lépidius.
Nám bona uxor, sí ea duci pótis est usquam géntium,
'Vbi eam possiem ínuenire? uérum egone eam ducám domum,
Quaę mihi numquam hoc dícat: 'eme, uir, lánam, tibi unde pállium
Málacum et calidum cónficiatur túnicaeque hibernaé bonae,

---

derum gramm. I, p. 680 682. PLE. ***FZ***. PAL. ***BCD*** Quor ***B***. Qur ***C***. Cur *reliqui* non uis] ueuis *Palmerius* liberoſ liberoſ ***C*** lepidum est opus *Toupius Emend. in Suid. p. 557 ed. Lips.* lepiduſ ſonuſ ***BaCDFZ***. lepidiſſimūſt ***Bb***. lepidumst onus *Lipsius Ant. lect. V, 5* 683. it ***C***. ut ***Ba***. at ***Da*** nimio multost ***B***: *nisi* multo tantost *males*. multo eſt *libri* *Sequitur hic in libris is versus, quem nos collocavimus ante v. 703* 684. PER. *vulgo praemissum Pylade auctore om. libri* si ea duci potis est usquam ***B***. ſua deductuſt ſituſ quam ***CD***. ſua deducta ē quā ***Ba***. ſu deducta ſit uſquā ***Bb***. ſi ea deducta eſt uſquam ***FZ***. si ea quidem deducta est usquam *Pylades: quod fraudi fuit Haasio adn. in Reisigii schol. gramm. p. 345.* educta *suadentem Lipsium l. c. impugnat Gulielmus Pl. quaest. miscell. c. 4.* si ea deducta est cuipiam usquam *Gruterus*. si ea deducta est usquam cuiquam *Danzius* 685. PER. *praemittunt* ***BCDa*** eam poſſim inuenire ***B***. ea poſſi inueniri ***CDa***. ea poſſit inueniri ***DcZ***. ea poteſt inueniri ***F***. possiem *debetur Bothio* 686. Que ***Ba*** nunc quam ***C***. num quam ***D*** hec ***F***. hęc ***Z*** dicat eme uir lanam ***B***. dicate memi uir tanā ***CD***. dicat• memini uir••• *c. ras.* ***Ba***. dicat memini uir nā ***Bb***. dicat eme mi uir tanam ***F***. dicat eme mi uir lanam ***Z*** tibi ŭnde ***B***. unde tibi ***BCD***. uende tibi ***FZ***. unde *Bothius, Brixius p. 23* 687. Malachum ***Z***. Malamcum ***B***. Malam cum ***C*** conficiantur *cum proximis constructum* ***FZ*** tunicaeque hibernae *Camerarius*. tunicaequembernae ***D***. tunicaeque mihi bęrnę ***C***. tunicaeque ••iburnae *c. ras.* ***B***. tuniceque mihi hiberne

Ne álgeas hac híeme': hoc numquam uérbum ex uxore aúdias:
Vérum, priusquam gálli cantent, quaé me somno súscitet,
Dícat: 'da mihi, uír, calendis mĕam qui matrem múnerem:
Dá qui faciam cóndimenta: dá quod dem quinquátribus
Praécantrici, cóniectrici, áriolae atque arúspicae;
Túm piatricém clementer nón potest quin múnerem;
Iámpridem, quia níhil abstulerit, súscenset torária;

F. tunicae quae mihi hibernae **Z** 688. aleaſ **Ba**. algeam **FZ** hoc] huc hac **D** uerbum ex] ūbū **B** urore **F** audiam **FZ** 689. calli **CDa** cantant **Da** ſumno **Da** suscitans *scripsisse poetam suspicor* 690. da **BZ**. dat **CDF** mi **F** Kdentiſ **F** meam qui matrem munerem **R**. meam qui matrem uenerit **CF**. meam qui matrem ueuerit **D**. meam q' ma- trem uenerit (iuuerit) **B**. mittam cum martiae ueneriunt **Z** *et praemisso* quae *correctoque* uenerint *Pylades*. meam quod matrem iuuerit *Camerarius* 691. faciam condimenta, da **R**. faciat conclamando **Ba**. faciat condiat da **Bb**. faciat condiat dan **CDa**. faciat condiat da **DbFZ**. farciat condiat, da *Beroaldus*. faciat, qui condiat, da *Pylades*. faciat condiatque, da *Camerarius*. farciat condiatque, da *Lambinus*. farciat, da qui condiat, da *Turnebus Adv. II, 29*. ſarcit, da qui condit, da *Bothius* dem **BbFZ**. det **BaCD** 692. Praecantrici *Scaliger, Guyetus*. Praecatrici **B**. Precatatrici **CD**. Precantatrici **F**. Percantatrici **Z**. Precatrici *Camerarius*. Praecantatrici *Lambinus* coniectrici *Camerarius*. conlectrici **CD**. conectrici (l) **Ba**. conlectrici (l a) **Bb**. et lectrici **FZ**. collectrici *Pylades* ariolae *non* har., *libri* aruſpice **CDF**. haruſpicae **Z** *Sequitur hic in libris, quem nos fecimus 697* 693. piatricem *Colero auctore Taubmannus*. patricam **BCD**. patrica **F**. pratica **Z** potest quin munerem *Lambinus*. pota eſt hinc quā munerem **CDb**. (minerem **Da**.) poteſt eē hinc quā munerē **Ba**. poteſt hinc quin munerē **Bb**. pota eſt inquit munere **FZ** 694. nihil *sup. scr. ead. m.* **B** ſucceenſet **DcZ**. ſubceenſet **F** toraria *Salmasius, e Glossis afferens* 'torarius, ὠλενοτρόφος': *atque* 'torus, ὠλένη' *etiam apud Labbeum est p. 335 Lond.* ceraria **BCD**: *quod defendere studuit Dousa III, 11.* celaria **FZ**: *unde* cellaria *alii.* geraria Tur-

Tum óbstetrix expóstulauit mécum, sibi missúm parum;
Quíd? nutrici nón missuru's quícquam, quae uernás alit?
Flágitiumst, si níl mittetur: quó supercilió spicit.'
Haéc atque horum símilia alia dámna multa múlierum
Mé prohibent uxóre, quae mi huius símilis sermonés serat.

PALAESTRIO.

Dí tibi propitií sunt hercle: nam ístam semul amíseris
Líbertatem, haut fácile eundem rúsum restitués locum.

---

nebus Adv. VII, 6 695. obſtrex expoſtulauit **BaCDa**. obſtetrix poſtulauit **Bb** merum **F** sibi missum parum *Bothius*. parum miſſum ſibi *libri cum* **A**. nihil missum sibi *Guyetus* 696. Quid nutrici **A**, *Camerarius*. Qui inutrici **BaDa**, Quiinutrici **C**: (*h. e.* Quit nutrici.) Quin nutrici **BbFZ**. Qui nutrici **Bc** non *sup. scr. ead. m.* **D** missurus *vulgo* quicquam quae] quicquamq' **BaCD**. quicquam **Z** uerna ſalit **BCD** 697. *huc transposuit Bothius: in libris, etiam in* **A**, *est post v. 692* Flagitium ſi **Ba**. Flagitium ſi **Bb**. Flagitium eſt ſi *reliqui, Festus p. 330 M.* nihil *libri* mittatur *Bothius* quo **FZ**. *om.* **B**. q' (*h. e.* que) **CD** (*et* **C** *quidem* mitteturq'). quae, *non* quo *mirum est etiam Festum testari* ſuperclio *codex Festi* aſpicit **F** 698. Hec **D** horum **B**. huiuſ *libri cum* **A**: *quod irrepsit e versu insequenti* ſimilia alia **ABaDbZ**. ſimiliaſ alia **CDa**. ſimilia ·ſ· alia (*h. e.* ſim. ſunt al.) **Bb**. familia alia **F** muliere **Da** 699. Me prohibent uxore **R** *Proleg. in Trin. p. ccxxx.* Me uxore prohibent **AB**. Me uxore prohibenti **CD**. Nunc uxorem prohibui **FZ** *post interpunctionem in fine superioris versus* quae mi huius **R**. mihi quae huiuſ **AC**. m[i] que huiuſ **BD**. mihi et quae (que **F**) huiuſ **FZ**. quae huius *sine* mihi *Bothius*, *fortasse vere* similis sermonis serat *Lambinus*: similis sermonis serant *Camerarius*. SIMIL·SSERMON·SSERANT **A**. ſimile ſermoniſerant **B**. ſimiliſ ſermoniſerrant **C**. ſimiliſ ſermoniſ erant **DFZ** 700. Dii **Z** propicii **Z** (PROPITII)CAA····RCLE *in* **A** *apparuit: quo quid faciam nescio* ſint **F** nam istam semul **R**. nam ſi iſtam ſemel **FZ**. nam ſi iſta ſemel **BCD**. SIISTAMSEMEL **A**. nam si semel *Bothius* 701. haud **BbFZ**. aut **BaCD** eacile **CD** eundem *Bentleius in Andr. IV, 1, 57.* INEUNDEM **A**. in te eundem **BCDF**. te in eundem **Z**. te in eum *Lindemannus, prob. Kamp-*

PLEVSICLES.

Tú homo et alterí sapienter pótis es consulere ét tibi:
'At illa laus est, mágno in genere et ín diuitiis máxumis
Líberos homiuem éducare, géneri monumentum ét sibi.

PERIPLECOMENVS.

Quándo habeo multós cognatos, quíd mihi opus est líberis?
Núnc bene uiuo et fórtunate atque út uolo atque animo út lubet.
Nám mea bona meís cognatis dícam, inter eos pártiam:
['Ideo ut liberí] me curant. uísunt quid agam, ecquíd uelim:

---

mannus de IN praep. p. 34 rufum **CD**. rurfum **AB**. rurſuſ **FZ** reſtitueſ locum **FZ**. reſtitue ſiccum **Ba**. reſtitueſ locum **Bb**. reſtitueſ nocum **CD** 702. *huc transposui, quem nec* **A** *hic habet et reliqui post v. 683 collocant* PAL *praemittunt* **BC**, PLR. *Pylades. om.* **FZ** Tu *libri*. Tute *Camerarius* eſ **DFZ**. eſt **C**. ẽ **Ba**. ẽſ **Bb** conſuleret et **Ba** 703. PLR. *praefigunt libri* generet et **CDa** maſumiſ **BaCDa** 704. Liberoſ **ABCD**. Liberum **FZ** HOMINES **A** educaret **BaCDa** monimentum **AFZ** 705. mihi opus est **R**. opuſ ſit mihi **BCD**. opuſ ſit mihi **FZ**. OPUSM••• *(reliqua legi nequeunt)* **A** *h. e. ut puto* OPUSMIHIEST 706. PR. *praemittunt* **CD** et]ei **CD** fortunate *(A)***FZ**. fortunato **BCD** uolo atque **AFZ**. uolo atquã **BaCD**. uolo atqui **Bb** libaet **CDa**. libet **De** 707. Nam bona mea meis cognatis **R**: *nam mutilum esse initium etiam proximus versus docet.* Meam bonam ea morte cognatim **C**. Mea• bonam ea morte cognati• *cum ras.* **B**. Meà bona mea morte cognatĩ **D**. Mea bona mea morte cognatiſ **DbFZ** *et ut videtur* **A**. Bona mea in morti cognatis *Bothius. E glossemate est* morte partiam **A**, *Camerarius*. partim **BCD**. partiant **FZ** 708. Li aput me ederunt me curabunt **C**. Li apud te ederñ me curabunt **Ba** (Hi *pro* Li **Bb**.) Illi aput me ederunt me curabĩ **D**. Illi apud me edunt me curant **FZ**. *In* **A** *quoque non est* ILLI *ab initio, sed duae tantum litterae, quarum altera* I: *deinde* APUD •••••••MECURANT *apparuit. Mala interpretatio irrepsit, talis fere:* Si aput me ederunt, me curabunt, *quae deinceps ad numeros sic est*

Príusquam lucet, ádsunt: rogitant, nóctu ut somnum céperim.
[Eos pro liberis habebo, qui mihi mittunt munera.]
Sácruficant: dant índe partem míhi maiorem quám sibi,
'Abducunt me ad éxta, me ad se ad prándium, ad cenám uocant.
'Ille miserrumúm se retur, mínumum qui misít mihi.
'Illi inter se cértant donis; égomet mecum mússito:
'Bóna mea inhiant: át certatim nútricant et múnerant.'

accommodata: Si illi (*vel* Illi) aput me edunt, me curant. *Glossemate expulsum principium versus aliqua coniectura probabiliter redipisci studuimus* uifunt quid agam ecquid uelim ***AFZ***. uifant quid agam quid uelit ***CD***, *nisi quod* uaelit ***Da***, uaeli̅ ***Db***, uel̅ ***Dc***. uifam quid agant hic quid uelint ***B*** 709. LUCET • • SUNT ***A***. lucet adfunt ***B***. lucentat funt ***CDb***. lucentat fint ***Da***. lucet affunt ***Z***. licet adfunt ***F*** rogitat ***C*** noctu ut ***AB***. noctum (*vel* noctū) ***CD***. noctu an ***FZ*** fomnum ***AFZ***. fomnium ***BCD*** ceperim (***A***)***FZ***. caeperiam ***CDa***, caeperi • m *c. ras.* ***B***. caeperī ā ***Db*** 710. Eof pro liberif habeo quom mittunt munera ***Bb***: *quae pristina forma fuit interpretationis explicandis vv.* 705 *et* 715 *adscriptae. A qua reliqui libri sic discrepant ut* quam mittunt *habeant* ***BaCD***, que mittunt ***F***, qui mittunt ***Z*** (*unde* quin *m. Scutarius.*): *praeterea* liberof ***Da***. *In septenarii speciem illa post demum sic redacta sunt ut in* ***A*** *exstant*: EOSPROLIBERISHABEBO QUIMIHIMITTUNTMUNERA: *e quibus* qui mihi *assecutus est Camerarius*, habebo *Bothius* Sacrificant *libri* dant ***AFZ*** *et* ***B*** *mrg.* duf ***B***. dent ***CD*** 712. Adducunt ***F*** MEADEXTAME ***A***. at exta me ***CD***. at ex tra me ***Ba***: ad ex tra me ***Bb***. extra me ***FZ***. ad exta me *Camerarius* ADPRANDIUM ***ABc***, *Pylades*. prandium ***CDFZ***. p̃dium ***Ba*** CENAM ***AF***. coenam ***BC*** uocat ***BaC*** 713. miferrumum ***DbF***. miferrummum ***Da***. mifer fummum ***C***. miferrimum ***ABZ*** minimum *libri cum* ***A*** 714. Ille ***CaDa*** EGOMETMECUM ***A***, *Acidalius*. ego et mucum ***BaC Da***. ego et mecum ***Db***. ego haec mecum ***Bb***. ego mecum ***FZ***. at ego mecum *Lambinus* MUSSITO ***A***. mufito *reliqui* 715. inhiant, at certatim ***B***. INHIANT • • CERTATIM ***A***: *quanquam forsasse tribus litteris* (SET) *spatium sufficit.* inhiant certatim *reliqui, nisi quod* inhitant ***Da***. inhient, dum certatim *Bothius* nutricant et mune-

PALAESTRIO.

Nímis bona ratióne nimiumque ád te et tua multúm uides,
Ét tibi sunt gemini ét trigemini, sí te bene habes, filii.

PERIPLECOMENVS.

Pól si habuissem, sátis cepissem míseriarum e líberis.
* * * * * * * *
Cóntinuo excruciárer animi: sín forte ei fuissét febris,
Cénserem emorí: cecidissetue ébrius de equoue úspiam,
Métuerem ne ibi défregisset crúra aut ceruicés sibi.

---

rant *Beroaldus, idemque 'e Vaticanis eruit' Lipsius Ant. lect. V, 5.* nutricunt et munera *BCDaFGHZ*. nutricant et munera *DeK*. N••••••N *apparuit etiam in A*. dona mittunt et munerant *Camerarius*. nutricent et munerent *Bothius* 716. PA. *om. BCD* ad te et tua *Bb, Pareus*. AD••ETTUA *A*. atte et tua *CD*. ate et tua *Ba*. apte tu *F*. aperte tu *Z* multum *Camerarius*. MULT•• *A*. multam (*vel* multā) *CD*. multa *BFZ* 717. PA. *praemittunt BCD* Et] Ei *Acidalius* trigemini *ADbFZ*. tricemini *Bb*. triticemini *BaCDa* habent *Acidalius* 718. PE. *om. BCD* Poloſi *C* habuiſſet *BaCD* cępiſſem *Z*. cepiſſe *BaCD*. (cepiſ ſemiſ eriarum *C*) e *R*: *unius litterae spatium A. om. reliqui.* ex *Guyetus* 719. *Exciderit versus eiusmodi oportet, ut et* sin *et* cecidisset, defregisset *haberent quo referrentur. Velut (coll. Ter. Adelph. I, 1, 10 sqq.):*

Sí mihi filiús reuorti fórte cessassét domum

720. *sqq. sic interpunximus Bergkio auctore, quorum vulgata distinctio haec*: Continuo — febris; Censerem — uspiam; Metuerem — sibi 720, *quem om. BCDFZ, ex A prodidit Maius, testatus ille* FORTEFUISSET, *quarum nos quartam, quintam sextamque litteram non potuimus conspicere.* forte ei fuisset *Bergkius*. forte inuasset *Bothius* 721. PE. *praemittunt CD* Cenſerem emori *C, Pylades*. Cenſere memori *DF, codd. Pyladis*. Cenſere me mori *B*. Cēſerē memerē *Z*. cauerem memerem '*prisca exemplaria*' *Pii*. *Nihil vidit Scioppius III, 21* cecidissetue *R*. cecidiſſetne *libri* dé equoue úspiam *R*. aut dequoſuſpiam *CDa*. aut de equo ſuſcipiā *B*. aut de equo quiſpiam *F*. aut de equo uſpiam (*A*)*DbZ* 722. deſrigiſſet *CD* aut ceruiceſ *ADbFZ*. adceruiceſ *BCDa* *Hic duos versus ineptissime Saracenus infersit, quos*

PALAESTRIO.

Huic homini dignúmst diuitias ésse et diu uitám dari,
Qui ét rem seruat ét se bene habet sŭisque amicis uólt bene.

´PLEVSICLES.

'O lepidum caput. íta me di deaéque ament, aequóm fuit
Dĕos parauisse, úno exemplo ne ómnes uitam uíuerent.
Sícut merci prétium statuit, quíst probus agoránomus:
Quaé probast [aut lúculenta], pró uirtute ut uéneat,
Quae ínprobast, pro mércis uitio dóminum pretio paúperet:

---

e Plauti Sitellitergo Festus affert p. 375 M. Nec fidem habet sic testatus: 'Hos duos uersiculos in ueteribus codicibus adinuentos, qui in impressis codicibus non comparebant, reponendos curaui in plautinum penum: adducuntur praeterea a festo in suis fragmentis, cum *ualgum* uerbum interpretatur.' 723. PA. *om.* **BCD** eſt *libri* esse et **A**, *Camerarius.* eſſet **BaCD.** eſſe **BbFZ** dari *Camerarius.* dare *libri* 724. et rem **ABDc.** ecrem **CDa.** egrem **Db.** cgre **F.** ęgre **Z** SE **A.** qui *reliqui* uult bene *Camerarius.* uult **BC.** uule **D.** uolupe **FZ.** uolt uolup *Pylades.* est uolup *Gruterus. Prorsus tamen discrepat* **A**, *qui in fine habet* I•ST, *ante haec autem tale quiddam ut* S•SL, *quarum tamen litterarum nulla certa. Num igitur fuit* suauis est? *an* usui est? 725. PLE. *om.* **FZ** me di deaeque ament **ABbDFZ,** *nisi quod* dii **FZ,** deeque **BbF.** medietaq' amet **Ba.** media caq' aemaet **C** aequom **CD.** equom **F.** q̄m **Ba,** e͡qm **Bb.** ęquū **Z** 726 parauiſſet **BaCD.** parauiſſ•• *c. ras.* **Bb** uno] U•OUNO (*vel* U••OUNO) **A** *h. e. ut videtur errore geminatum* uno omnes *Pius.* omniſ *libri* uirent **Da.** uiueret **F** 727—729. *Tres versus redintegravimus, quorum alias partes solus* **A**, *alias reliqui libri soli servarunt. Sic enim est in* **A**:

SICUTMERCIPRETIUMSTATUITQUIESTPROBUSAGORAXOM

QUAEPROBAESTPROMERCISUITIODOMINUMPRETIO — —

sic autem in **B**:

Sicuti merci pretium ſtatuit pro uirtute ut ueniat

Que improba ſi pro mercediſ uitio dominum pretio pauper erit

A B *in his discrepant reliqui:* merti **C** — precium **CDFZ** — statui *Lambinus,* stat *Pylades* — ueneat *Beroaldus* — Quae **CDZ** — inproba **CD** — ſi] ſit **F.** eſt **Z,** *Nonius* — merciſ **CDFZ** — do-

'Itidem diuos díspertisse uítam humanam aequóm fuit:
Quí lepide ingeniátus esset, uítam ei longinquam út darent,
Qui ínprobi essent ét scelesti, is ádimerent animám cito.
Si hóc parauissént, et homines éssent minus multí mali,
Ét minus audactér scelesta fácerent facta: et póstea,
Quí homines probi éssent, esset ís annona uílior.

PERIPLECOMENVS.

Quí deorum consília culpet, stúltus inscitúsque sit.
* * núnc iam istis rébus desistí decet:

minuſ *F* — precio *CDZ* — pauper erit] pauperat *Z, Nonius.* pauperet *Acidalius. Versum 729 Nonius p. 157 affert: idem autem p. 415 haec verba:* quae inproba eſt merſ pretium eiſ ſtatuiſ pro uirtute et neuiant. *V. 727 praestiterit* qui probust; *v. 728 aliqua coniectura supplevimus: poteramus etiam* Quae probast [et ut esse oportet] 730. DISPERTISSE *A, Pius:* dispartisse *Saracenus.* diſperdiſſet *BaCD.* diſperdiſſe *BbFZ* aequum *FZ.* AEQ•M *A* 731. INGENIATUS *A, Guyetus.* ingenuatuſ *reliqui* UITAMEI *A.* uitam *reliqui* LONGINGUAM *A* ut *R. om. libri cum A* 732. QUIIMPROBIESSENTETSCELESTIIS *A, item (nisi quod* iis*) Camerarius.* Quinprobieſt ſcaeleſ hiſuſ *C.* Quin probi ē ſcaeleſ•uſ•iſ *c. ras. Da* (ſcaeleſtuſ iſ *Db.*) Qui inprobi •••et ſcaeleſ••••iſ *c. ras. Ba.* Qui inprobi et ſcaeleſti hiſ *Bb.* Qui ĩprobi et ſceleſti hiſ *F et (nisi quod* iiſ) *Z* ADIMERENT *AFZ.* adhimeraent *Ba.* adhimerant *CDa.* adhimerent *Bb* ANIMUM *A.* animam *reliqui* 733. parauissent, et *Bothius.* parauiſſet *BaCDa.* parauiſſent *BbDbFZ* hominiſ *BaCDa* eſſet *CDa* 734. faceret *BCDa* 735. homineſ probi *FZ.* hominiſ probi *BCD.* probi homines *Camerarius* esset is *Db, R ut v. 732.* eſſetiſ *BaCDa.* eſſet his *BbFZ.* eſſet iiſ *De* anno nauilior *C* 736. Qui deorum *Camerarius.* Quid eorum *BCD.* Quid deorum *FZ.* Qui deum *Bothius* concilia *BCD* culpet *Da, Camerarius.* culpe *BC.* culpeſ *DbFZ* inscitusque sit *De, Camerarius.* inſictuſque ſit *BCDa.* inſcituſque ſic *FZ* 737. *Lacunam signavimus, hoc glossemate vulgo expletam:* Quique eos uituperet. *Vbi* Quique eos *Camerarius,* Quidque eoſ *B,* Quid quae eoſ *CD,* Qui deoſ *FZ* — uituповереſ *FZ.* *Eo glossemate quod expelleretur, potuit esse:* Set dies it: *quanquam comminisci multa alia licet* nunc iam iſtiſ *(sic enim pronuntiandum) FZ.* nunciam iſti *B.* nuntiam iſti *CD.* nunc istis *Guyetus. Cf. Brixium Qu. pros. p. 49*

Nám uolo iam obsonáre ut, hospes, tŭa te ex uirtute ét mea
Mĕae domi accipiám benigne, lépide et lepidis uíctibus.

PLEVSICLES.

Níl me paenitét iam quanto súmptui fuerím tibi.
Nam hóspes nullus tám in amici hospítium deuortí potest,
Quín, ubi triduom íbi continuom fúerit, iam odiosús siet:
Vérum ubi dies decém continuos réstans odio fámiliaest,
Tămetsi dominus nón inuitus pátitur, serui múrmurant.

PERIPLECOMENVS.

Séruientis séruitutem ego séruos instruxí mihi,

738. Nam *Bothius*. Nunc *libri* uolo iam obsonare ut *R*. uolomobſonora etlut *Da*: (uolomobſonora *Db*, et lut *Dc*.) uolomobſonaraetlut (*an* uolomobſonaraedut?) *C*. uolo obſonare uelut *BFZ*. uolo obſonare ut *Pius, Beroaldus* hoſpaeſ *CD* tua te *FZ*. tuam te *CD*. tua *B* et mea *CD*. tua *B*. *om*. *FZ* 739. demi *BaCDa* 740. Nichil *D*. Nihil *reliqui* poenitet *Z*. penitet *reliqui* ſumtui *Camerarius*. ſumtū *Ba*. ſumptum *CD*. ſumtu *Bb*. ſumptu *FZ* FUERIMIHIBI *apparuit in A* 741. hoſpeſ nulluſ *DbFZ*. hoſpiſ nulluſ *Da*. hoc piſ nulluſ *C*. hoc puſilluſ *B* in amici *Scutarius*: inimici *BCD*. amici *FZ* hoſpicium *BD*. officium *F* DEUER^{T}I *A* 742. Quin] u *e corr*. *B* ubi] tibi *F* trituum *Ba* ibi *Bothius*. *om*. *libri* SIET *A*, *Pylades*. ſit *reliqui* 743. restans odio familiaeſt *R*. ite aſto dorum illaſ *CD*. ite aſtodorum illaſ *BZ* *et* (*nisi quod* iti) *F*. S............UMILIAS, *nobis visi sumus in A legere: praeterea ut incertas notavimus ante* U *positas litteras* MIOR. ire ad eundem instas '*legendum ex vetustorum exemplarium autoritate*' *ait Pius*: ire ad eundem instat *Pylades*. iterasti domum illos *Saracenus*: iterasti domum illius *Pareus*: illius iterasti domum *Bothius*. immorabitur *Camerarius*: immoratus est *Guyetus* 744. inuituſ *AFZ*. uituſ ſit *CDa* (*quanquam C dubitari potest num potius* intuſ ſit *habeat*). uituſ ſit *Dc*. uitiiſ ſit (*sed ut* iſ *fortasse sit e corr*.) *B* murmurat *BCD* 745. Seruientiſ *DZ*. Seruienti *BCF* ſeruitutem *Z*. ſeruitute *reliqui* ego ſeruoſ *AB*, *Pylades*. ego miſer uoſ *CDF*. ego mi ſeruoſ *Z* INSTRUXI *A*.

Hóspes, non qui mi ínperarent quíbusue ego essem obnóxius.
Si íllis aegrest, míhi quod uolup est, mĕo rem remigió gero:
Tămen id, quod odióst, faciundumst cúm malo atque ingrátiis.
Núnc quod occepi, óbsonatum pérgam.

PLEVSICLES.

Si certúmst tibi,
Cómmodulum obsoná, ne magno súmptu: mihi quiduís sat est.

PERIPLECOMENVS.

Quín tu istanc órationem hinc uéterem atque antiquam ámoues?

---

introuxi *C*. introduxi *reliqui*. induxi *Gruterus* 746. mihi *libri* • inperarent *Db*. imperarent *FZ*. inpararent *BC*. inpirarent *Da* QUIBUSUEEGO *A*. quibuſ aego *CD*. quibuſ ego *BFZ* eſſem *AFZ*. neſſaě *D*. aeſſae *C*. *om*. *B* 747. illis aegre eſt *Camerarius*. illiuſ egreſſi *BCD*. illud ęgre ſit uobiſ *FZ*. uobiſ *om. codd. Pyladis* mihi quod *FZ*. mihi inicit quod *B*. mihi incit quod *C*. mihimett quod *D*. *In A visum est* O *esse ante* QUOD. *In quibus vestigiis non video quid latere possit Plautinum* UOLUPEST *A*. uolupeſt *F*. uolupe eſt *Z*. uolupiſ *BCD* meo rem remigio *R*: meo remigio rem *Camerarius*, *et ut videtur A*. me horem remigio rem *C*. meorem (h) remigio rem *D ead. m.* me hore remigio rem *B*. more remigiorem *F*. mortem remigiorem *Z*. meo animo morem gero *Pylades* 748. odio est *Gruterus*. odioſae *C*. odioſe *reliqui*. odiosum est *Camerarius* faciundumſt cum *B*. faciundum ſi cum *D*. facinundum ficum *C*. faciundum ſiat *FZ* MALOATQUEINGRATIIS *A*, *Camerarius*. malum atque mingratiſ *CD*. malū ingratiſ *B*. malum atque ingratiſ *FZ* 749. quod occepi] QUO••CIIPI *A* CERTUMST *A*: certunst *Pylades*. certuſ *reliqui* 750. Commodulū *B*. Cum modolum *C*. Commodolum *D*. Commodum *FZ* ne magno ſumptu mihi *Z et (nisi quod* nec) *F*. nemo agnum ſumptum mihi *B*. nemo agnum ſuptūihi *C*. nemo agnū ſubtu mihi *D* quiduiſ ſat eſt *F*. quod uiſ ſat eſt *Z*. quiduiſ ſataeſt (*vel* ſataē) *CD*. quid uiſſata ē *B* 751. Quin tu *DeFZ*. Quantu *BCDa* iſtam *F* ueterem *FZ*. ue(te)rem *D ead. m.* uerem *BC*

Próletarió sermone núnc quidem, hospes, útere.
Nam í solent, quando áccubuere, ubi céna adpositast, dícere:
'Quíd opus fuit tibi ístoc sumptu tánto nostra grátia?
'Insaniuisti hércle: nam idem hoc hóminibus sat erát decem.'
Quód eorum causa óbsonatumst, cúlpant et comedúnt tamen.

PALAESTRIO.

Fít pol illuc ad íllut exemplum: ut dócte et perspecté sapit.

PERIPLECOMENVS.

Sét eidem homines númquam dicunt, quámquam adpositumst ámpliter:
'Iúbe illut demi: tólle hanc patinam: rémoue pernam, níl moror:
Aúfer illam offám porcinam: próbus hic conger frígidust:

---

752. Proletario sermone ***R***. Nam proletario ſermone *libri, nisi quod* ploletario ***B***. Nam sermone proletario *Guyetus* hoſpiſ ***BCDa*** 753. i ***R***. ii ***BCD***. hi ***FZ*** adcubuere ***Z***. oc cubuere ***F***. accubueret ***BCDa***. accubuerunt ***De*** coena ***Z***. cena *reliqui* adpoſitaſt ***CD***. adpoſita eſt ***B***. appoſitaſt ***F***. appoſita eſt ***Z*** 754. fult tibi istoc ***R***. fuit hoc *libri*. fuit hoc, hospes *Camerarius* ſumpto ***Ca*** tanta ***B*** 755. Infanuiſti ***FZ*** ercle ***D*** ſat erat ***FZ***. ſata erant ***BCDa***. ſat erant ***De*** 756 *et* 757 *Bothius transposuit post v. 762, alterum* Pleusicli *et* Palaestrioni *dispertiens* cauſſa ***C*** *(raro exemplo)* obſonatum eſt ***FZ***. obſonatuſt ***C***. obſonatu ſi ***B***. obſonante ſi ***Da***. obſonanteſ ***De*** culpant ***FZ***. culpante ***BCD*** 757. illuc ad illut ***R***. illud ad illud ***FZ***. illud at illut ***D***. illut ***C***. illud ad illud ***B***. illuc ad illuc *Bothius*. illud ad hoc *Guyetus* doctę ***C*** perſpecte ***FZ***. perſpetie ***C***. perſpecie ***Da***. perſpeciẽ ***B***. perſpicue ***De*** 758. Set eidem ***R***. Set idem ***C***. Sed idem ***B***. Sed iidem ***DF***. Sedũdũ ***Z*** hominiſ ***BCD*** dicut ***C*** atpoſitumſt ***C***. adpoſitumſt ***D***. appoſitum ***B***. appoſitum eſt ***FZ*** 759. illut ***C***. illud *reliqui* denui tolli ***B***: *unde* denuo tolli *Camerarius*, *sic iungens proxima:* hanc patinam remoue, pernam nil moror perdam ***B*** nihil *libri* 760. porcinam

Rémoue, abi aufer': néminem eorum haec ádseuerare aúdias,
Sét procellunt sése in mensam, dímidiati dum áppetunt.

PALAESTRIO.

Bónus beue ut malós descripsit móres.

PERIPLECOMENVS.

Haut centésimam
Pártem dixi atque, ótium rei sí sit, possum exprómere.

PALAESTRIO.

'Igitur id quod ágitur, huice prímum praeuortí decet.
Núnc huc animum aduórtite ambo. ópus est mihi operá tua,

BDeF. portinam ***CDa***. penitam ***Z***, *Lambinus Festo p. 230. 242* *abusus* hinc ***BCD*** conger ***Z***. concer ***BCDa***. cancer ***DbF*** frigiduſt ***R***. frigiduſ *libri* 761. auſert ***CD*** nemise ***B*** hęc ***Z***. hec ***F***. hac ***BC***. ʳac ***D*** adſeuerare ***B***. atſeuerare ***CD***. aſſeuerare ***FZ*** 762. *Hunc versum iterant* ***BCDF*** *post v. 777: cuius loci discrepantias additis uncinulis significavi*

Set procellunt sese in mensam ***R***. Sed procellunt ſe et procumbunt ***BD***. Sed procellunt ſeet procumbunt ***C***. Sed procellunt ſed procumbunt ***FZ***. Sed procumbunt in menſam (***B***). Se procumbunt inmenſã (***CD***). Si procubuit in menſam (***F***). *Ex interpretatione est* procumbunt. *Festus Pauli p. 225:* 'Procellunt, procumbunt.' *Mire Lipsius Ant. lect. III, 1* dimidiati dum appetunt ***BCD***, *et ante* dum *interpungens Acidalius*. dimidiatim appetunt ***FZ***, *Turnebus Adv. VII, 6*. dimidiati petunt (***BCD***). dimidiatim petunt (***F***). *Valde suspectum est* dimidiati: *cui* dum id hiant *ascripsit Scaliger. Immo videtur* dum inhiant *fuisse, huius autem interpretatio esse* dum appetunt, *quae aliud quiddam expulerit. Vt talem fere fuisse Plautinum versum coniiciam:*

Set procellunt sese in mensam, dum inhiant [quae fastidiunt.]

763. bene ***BCDF***, *Vaticani Lipsii V, 5*. hercle ***Z*** deſcripſit ***FZ***. deſcipſit ***CD***. decepſit ***B*** haut ***C***. haud *reliqui* centeſima ***BC***. centuſimam ***Z*** 764. ocium ***FZ*** rei si sit *Pylades, Acidalius*. reiſ iſtit ***C***. reiſiſtit ***D***. reſiſtit ***BFZ*** poſſum ***BCDZ***. poſſim ***F***, *Camerarius* exprimere ***Z*** 765. it ***C*** huice ***R***. hic ***BCD***. hoc ***FZ***. nunc hoc *Pylades*. hinc *Camerarius*. huic *Scaliger*. nunc huic *Acidalius*. eli hic *Bothius* praeuerti ***CDZ***. preuerti ***F***. p̃ũu ***B*** 766. huc ***FZ***. hoc ***BCD*** aduortite *omnes* opus est mihi ***R***. mihi opus est *libri*

Périplecomene: nám ego inueni lépidam sucophántiam,
Qui ádmutiletur míles usque caésariatus, átque uti
Huíc amanti ac Phílocomasio hanc écficiamus cópiam,
'Vt eam abducat hínc habeatque.

PERIPLECOMENVS.

Dári istanc ratiouém uolo.

PALAESTRIO.

'At ego mi anulúm dari istunc tŭum uolo.

PERIPLECOMENVS.

Quam ad rem úsuist?

PALAESTRIO.

Quándo habebo, igitúr rationem mĕarum fabricarúm dabo.

PERIPLECOMENVS.

'Vtere, accipe.

PALAESTRIO.

'Accipe a me rúsum rationém doli,
Quam ínstitui.

---

767. Periplectomene *libri* lepidam *Camerarius*. lepidē **BCD**. lepide **FZ** ſycophantiam *libri* 768. Qui atmutiletur **B**. Quiat mutiletur **CD** miles usque *Camerarius*. milesque **BCD**. milef **FZ** 769. ac Philocomasio *Gruterus*. ac philocomaſiū **BCD**. ad philocomaſium **FZ**. ab Philocomasio *Camerarius* hac **C** ecficiamuſ **Da**. etfitiamuſ **C**. efficiamuſ **BDbFZ** 770. Vt eam abducat hinc habeatque **R**. Vt hic eam abduc ita beatque **BCDa** (ita **Dc**). Vt hic eam abducat abeatque **FZ**. hinc *praeiit Pius*, habeatque *Scaliger, Bothius* PER. *om.* **BCD** dari *'codd. antiqui' Pii.* dare *nostri* 771. PAL.] P. **B** mihi *libri* iſtum **B**. iſtunc *reliqui* quam ad rem usui est *Camerarius*. quamatre in uſui eſt **BC**. quamatreuˢuieſt **Da**. quamatreuˢuieſt **Dc**. quam ad rem uiſ **FZ** 772. PAL.] P. **B** habeo **F** rationem earum **B**. ratione mearum **CD** 773. PAL. **FZ**. PLE. **BCD**

PERIPLECOMENVS.

Tibi pérpurgatís óperam dabimus aúribus.

PALAESTRIO.

Érus meus ita mágnus moechus múlierumst, ut néminem
Fŭisse adaeque néque futurum crédam.

PERIPLECOMENVS.

Credo ego istúc item.

PALAESTRIO.

'Atque is Alexandrí praestare praédicat formaé suam:
'Itaque omnis se ultró sectari in Épheso memorat múlieres.

PERIPLECOMENVS.

Édepol quin te dé isto multi cúpiunt nunc mentírier:
Sét ego ita esse, ut dícis, teneo púlcre. proin, Palaéstrio,

---

rusum *R*. rufum *C*. rurſum *reliqui* 774. PER. *B*. PLE. *reliqui* tibi perpurgatis operam dabimus *R*. perpurgatiſ ambo damuſ tibi operam *libri, nisi quod* opaeram *C*. purgatis ambo tibi damus operam auribus *Guyetus et* operam damus *transponens Bothius olim*. ambo perpurgatis tibi operam damus *idem postea et* damus operam *transponens nuper*. *E v. 766 iteratum est* ambo 775. PAL. *om.* *BCD* Heruſ *B* (*raro exemplo*) męchuſ *Z*. mechuſ̃ *F*. moecuſ *D*. moeccuſ *C*. cec' *D* eſt *libri* 776. Fuisse adaeque *Gruterus*. Fuiſſet atque *BCDa*. Fuiſſe acque *Dc*. Fuiſſe atque *FZ*. Fuisse aeque '*prisca exemplaria*' *Pii* credam *Camerarius*. credo *libri* PER. *Acidalius*. PLE. *libri* iſtuc *FZ*. iſtunc *BCD* item *Bothius*. idem *libri* 777. PAL. *om.* *D* Atque is *R*: *ut v. 136*. Itaque *libri* preſtare predicat *CF*. p̃ſtare p̃dicat *B* formae *Guyetus*. forma *C*. formam *reliqui* 778. omnis se *Camerarius*. om̃i ſe *B*. omniſe *C*. omni ſi *Da*. omni ſi se *Dc*. omniſ *FZ* ſectarii nepheſo *C* 779. PER. *om.* *BCD* quis te *Camerarius*. quite *D*. qui te *CD*. quid *F*. quidem *Z* multi cupiunt *BCD*. multa? ſcio te *F*, '*lib. vett.*' *Lambini*. multo multa: ſcio te *Z*. multi cupiant *Bothius* nunc *Acidalius recte perspecta sententia*. non *libri* mentirier *FZ*. mentier *B*. metier *CD* 780. tene opulcre *C*. teneo pulchre *reliqui* proin paleſtrio *B*.

Quám potest, tam uérba confer máxume ad conpéndium.

PALAESTRIO.

Écquam tu potés reperire fórma lepida múlierem,
Quoí facetiárum cor corpúsque sit plenum ét doli?

PERIPLECOMENVS.

'Igenuamne an líbertinam?

PALAESTRIO.

Aequi ístuc faciam, dúmmodo
Eam des quae sit quaéstuosa, quaé alat corpus córpore, 785
Quoíque sapiat péctus: nam cor nón potest, quod núlla habet.

PERIPLECOMENVS.

Laútam uis an nóndum lauta quaé sit?

PALAESTRIO.

Siccam, at súcidam:

---

p ro inpaleſtrio *C*. perin paleſtrio *Z* 781. potest *B*. potiſ *BCD*. poteſ *FZ* maxime *BCD* conpendium, *non* comp., *BCD* 782. PAL.] PL. *B* Etquam tu potiſ *BCD* repperire *D* 783. Cui *libri* facetiarum *Camerarius*. fatiarum *BC*. faciarum *D*. fallaciarum *FZ*, *codd. Lambini* cor corpusque *Camerarius*. corpuſque *libri*. mens corpusque *Pylades*. mens *ab uno suorum codd. abesse dicit Lambinus* 784. Ingenuamne an *F*. Ingenuā an ne *Z*. Ingenuamne hanc *BCD* aequi istuc faciam, dummodo *B et* facio *servans Lambinus e suis 'libris vett.' (in quorum uno praeterea esse* parui.) atquo iſtuc faciom dummodo *C et (nisi quod* iſtunc) *D*. atque iſtuc faciundū modo *B*. atqui iſtuc paruiſacio dummodo *F et (nisi quod* atque) *Z*. aeque istuc facio dummodo *Camerarius* 785. Eam deſ quę *DcFZ*. Eeamq› dieſq› *Ca*. Eeam dieſq› *Cb*. Eam deſq› *BDa* quęſtuoſa quę *Z et (nisi quod bis* e) *F*. quaeſtuoſaque *D*. quae ſt uoſ aquac *C et (nisi quod* que) *B* 786. Cuique *libri* nam *FZ*. iam *BCD* 787. PER. *om. B* Lǎtam *D ead. m.* uis an nondum lauta quae sit *B*. uiſ an quae nondum ſit lauta *FZ et, nisi quod* ſit lautā, *C*. uiſamque nondum ſit lautā *BD*. uis an quae sit nondum lauta *Bothius* PAL.] *spatium vacuum B* siccam, at sucidam *B*: siccam succidam *Pius 'e veteri lectione.'* ſic confucidam *BF*. ſicconſucidam *D*. ſic conſuccidam *Z*. ſic conſuodam *C*

Quám lepidissumám potes quamque áduleacentem máxume.

PERIPLECOMENVS.

Hábeo eccillam mĕam clientam, méretricem adulescéntulam.
Sét quid ea usus ést?

PALAESTRIO.

Vt ad ted ĕam iam deducás domum,
'Itaque eam huc ornátam adducas, út matronarúm modo
Cápite compto crínis uittasque hábeat, adsimulétque se
Túam esse uxorem: ita praécipiundumst.

PERIPLECOMENVS.

Érro, quam insistás uiam.

PALAESTRIO.

'At scies. set écquae ancillast ílli?

PERIPLECOMENVS.

Est primé cata.

---

788. lepidiſſimam *libri* potiſ ***BCDa*** quàque ***Z***. quàquè ***CD***. quũquã ***BF*** adul. *omnes* maxumae ***CD*** 789. PER. *om.* ***B*** eccillam ***AFZ***. hecilam ***D***. hec illã ***B***. haec illam ***C*** clientam meretricem ***AZ***. clientem meretricem ***F***. clientame letricem ***C***. dicenta meletricem ***Da***. clientã melētricem ***Db***. clientem electricē ***B*** adol. ***Z***. adul. *reliqui cum* ***A*** 790. Sed quid ea uſuſ ***AFZ***. Sed qui te auſuſ ***C***. Sed te quid auſuſ ***B***. Sed quite auſuſ ***D*** PAL.] *spatium* ***B*** ut] AUT ***A***. *Personae nota videtur* A *fuisse* ted *Bothius.* te *libri cum* ***A*** dedlucaſ ***D***. delucaſ ***C*** 791. Itaque *libri cum* ***A***. Vtique *Camerarius.* Vtque *Guyetus* ut ***R***: *duarum litterarum spatium* ***A***. *om. reliqui.* in *Acidalius* modo *libri: (de* ***A*** *non liquet.)* modum *Acidalius. Interpungebatur in fine versus* 792. criniſ *libri* uictaſque ***B*** adſimuletque ***DcFZ***. atſimuletque ***CDa***. at ſimul eqꝫ ***B*** 793. Tuam ***FZ***. Tam ***BCD*** uxorem eſſe ***B*** ita] ta ***C***. itta ***D*** praecipiundum ***B***. praecipiendum *reliqui* eſt *libri* inſiſtiaſ ***C*** 794. scies. sed *Bothius.* ſcietiſ ſet ***C***. ſtetiſſet ***B***. ſcietiſ ſed ***DFZ*** ecquae ***Z***. ecque ***F***. heoque ***D***. haecque ***BC***. ecqua *Lambinus* ancillaſt ***BD***. ancilla eſt ***CFZ*** prime cata *Salmasius in Capitolini Maximin. iun. c. 1.* primicata ***BCDF***.

PALAESTRIO.

Ĕa quoque opus est. íta praecipito múlieri atque ancíllulae,
'Vt simulet se túam esse uxorem et déperire hunc mílitem:
Quásique hunc anulúm suae faueae dédcrit, ea porró mihi,
Míliti ut darém: quasique ei ego reĭ sim interpres.

PERIPLECOMENVS.

Aúdio:
Né mi ut surdo uérbera auris.

PALAESTRIO.

Égomet recta sémita
'Ad eum ibo: a tuá mi uxore dícam delatum ét datum,

---

primita *Z*. apprime cata *Scaliger*. primaria *Pius* 795. Eca *C* praecipito *Saracenus*. praecipio *BCDZ*. precipio *F* ancillule *BCDF* 796. ſimul et *B* et perire *B* huc *C* 797. Quaſique *BD*, *Pylades*. Quaſi *reliqui* hunc *DbFZ*. hac *CDa*. hoc *B* suae faueae *B*: faueae ſuae *Scaliger*, *afferens e Glossis* 'fauea παιδίσκη. faueus παῖς'. fameſę ancille *C*. fame ſę ancille *D*. fame ſe ancille *GH*, *Cassinas Lipsii Ant. lect. IV, 22 (male testantis de Vaticanis.)* fame ſue ancille *H*. fameſe ancille *F*. fameſe ancillę *Z*. famoſe ancille *B*. fameſcae ancillae *ed. Scutarii*. famoſcae '*alibi legi*' *ait Pius*. fauiae suae ancillae *imperite Gruterus* de derit *D* ea porro mihi] eum porro *FZ* 798. ei ego *B*, *Fleckeisenus Philologi II, p. 101*. ego *libri*. *Nisi praestat* égo ei ſum interpeſ *B* 799. Periplecomeno *continuat B*, Palaestrioni *tribuunt CDZ*, Pleusicli *F* Nę *Z*: *cf. Fleckeisenum l. s. s.* mi ut surdo *B*. me ſurdum *libri* uerbera auris *B*. uerberaruit ſi audiſ *D*. uerberat uit ſi audiſ *C*. uerberauit ſi audiſ *B*. uerberat ut ſi audiſ *FZ*. uerbera tu si audis *Pylades*: (uerbera *iam Saracenus*.) uerbera. PA. tu si audis *Lambinus*. uerberabit. PA. tute si audis *Bothius*. *Ortum est* audiſ *ex* auriſ PAL. egomet recta semita *B coll. Cas. II, 8, 33*. ego rectiſ meiſ *C*. ego recte meiſ *reliqui*: *defensum a Gulielmo*. ego recte militi *Pius*. ego recte dabo *Acidalius*. recta ego *Bothius* 800. Ad eum ibo *B*. Dabo *libri*. Militi *Acidalius*. Meis dabo *Bothius* a tua mihi uxore *Camerarius*. tua mihi uxorem *CD*. tuam mihi

'Vt sese ad eum cónciliarem. ille ĕius domi cupiét miser:
Quí nisi adulterió, studiosus reĭ nulli aliaest ínprobus.

PERIPLECOMENVS.

Nón potuit reperíre, si ipsi Sóli quaerundás dares,
Lépidiores dŭas ad hanc rem quam égomet. habe animúm bonum.

PALAESTRIO.

Érgo adcures: próperato opus est. núnc tu ausculta, Pleúsiclos.

PLEVSICLES.

Tíbi sum obediéns.

PALAESTRIO.

Hoc facito: míles domum ubi aduénerit,
Mémineris ne Phílocomasium nómines.

PLEVSICLES.

Quam nóminem?

---

uxorem *B*. tua mihi uxore *FZ* 801. Vt fefe ad eum *FZ*. Vt fefe at eum *D*. Vt fefe aut eum *C*. Vt fedeat mecum *B*. Vt se desemet *Camerarius* conciliare *CD* eius domi *B*: *cf. Proleg. Trin. p.* CCCXXIII. *sq.* eiufmodi eft *libri* 802. Aadulterio (*ab initio versus*) *C* nulli aliaē *D*. nulli alia ē *BC*. nulli aliae eft *Z*. nulli alie eft *F*. nullae aliae est *Camerarius*, *fortasse vere.* 'aliae rei dixit Plautus pro eo quod est alii rei' *Festus Pauli p.* 27 *M.* inpr., *non* impr., *B* 803. pótuit *Pylades*. potui *libri* repperire *D*. reperiri *B* fi ipfi foli querendaf (quaer. *C*) daref *BCD*. fubfole querenda ref *F*. fub fole quaerenf *Z* 804. Lepidiorif *BCbD* hanc rem *CDFZ*. hanc aerā *B*: *unde* hancce rem *Gruterus* egomet *B*. ego *libri*, *quod non nescio defendi posse*. ego dabo *Camerarius*. ego. age *Gruterus* 805. adcures: properato opus est *B*. ad curaf et properā opuf eft *B*. adcuraf et properaf opuft *CD*. accurraf et propera opuf *F*. accurraf et propera *Z*. accurato et properato opus est *Camerarius*. adcures et properes opus *Bothius* Pleusides *Camerarius*. mi pleuficlef *BF*. mi pleufidef *CDZ* 806. oboedienf *CD* PAL. hoc facito: miles *partim Palmerius partim Gruterus*. huc facito. PA. milef *B*. hoc facto. PAL. milef *reliqui* 807. quē *B*

PALAESTRIO.

Glýceram.

PLEVSICLES.

Nempe eandém, quae dudum cónstitutast.

PALAESTRIO.

Páx, abi.

PLEVSICLES.

Méminero: set quíd meminisse íd réfert, ego nescío tamen.

PALAESTRIO.

Égo enim dicam túm, quando usus póscet. intereá tace:
'Vt tum, quom etiam hic áget, actutum pártis defendás tuas.

PLEVSICLES.

Éo ego intro igitur.

PALAESTRIO.

I ét praecepta sóbrie adcurés face.

---

808. Gliceram *Lipsius Ant. lect. IV, 22.* glicerim *H.* Diceam *BCDGK.* Dic eam *FZ* que *BF* conſtituit aſt *B.* conſtituta eſt *reliqui* pax abi *Camerarius.* paxabiſ *B.* pax abiſ *reliqui* 809. quid *BZ.* qui *CDF* ego nescio tamen *R.* ego te tamen *BCD. om. FZ.* hanc rem tamen *Camerarius* 810. tuum *F* poſcit *BCD* 811. tum cum *R.* cum *CDFZ.* nunc *B. Mira comminiscitur Acidalius* aget *R.* agit *libri* partiſ *omnes* 812. Eo ego *R.* Ego ego *BCD.* Ego eo *FZ* I et *Bothius.* et *libri.* ei, *quod voluit pro* i *esse, Gulielmus* adcores (*h. e.* atcuref) *R.* ut curef *libri* facte *C*

Procéde huc: iam perísti, nisi uerúm scio.
Prompsísti tu illi uínum?

LVCRIO.

Non prompsí.

PALAESTRIO.

Negas?

LVCRIO.

Nego hércle uero: nam íHe me uotuit dícere.
Neque équidem heminas ócto exprompsi in úrceum,
Neque íllic calidum exprómptum bibit in prándium.

PALAESTRIO.

Neque tú bibisti?

LVCRIO.

Dí me perdant, sí bibi,
Si bíbere potui.

PALAESTRIO.

Quíd iam?

---

828. LV. *huic versui praemittunt* ***BD***, PA. *proximo* ***B*** huic ***B*** iam peristi *Lindemannus*. periisti iam *libri, Fleckeisenus Exerc. p. 42* 829. Promsisti ***B*** illum ***Fa*** promsi ***BD*** PA. *om.* ***C*** 830. LV. *om.* ***C*** ercle ***D*** me uotuit ***R***. me uetuit ***CDZ***. metuit ***B***. me uenit ***F*** 831. equidem] enim ***F*** heminas *Saracenus, Pii 'codd. antiqui', item codd. Pyladis: de cuius prosodia vocis graviter errat cum aliis Kampmannus de* IN *praep. p. 26.* feminas ***BCH***, *'Vaticani' Lipsii Ant. lect. I, 11, hic quoque parum diligenter testantis.* foeminas ***Z***. feminas ***F***. feĩas ***G***. feminas ***D***. feĩas ***K*** octo] VIII ***B***. um ***G***. *om.* ***H*** expromsi ***B***. expromisi ***C*** hurctum ***C*** 832. illic *Bothius*. ille hic *libri*. illic illinc *Acidalius*. ille exinde *Guyetus* expromptum bibit ***R***. exuiuit ***BD***. exiuit ***CF***. exuunt ***Z***. ebibit *Camerarius*. exbibit *Guyetus* prandio *Acidalius* 833. tu bibisti] tubi iusti (*an* uisti?) ***C***. tu biuisti ***Da*** LV.] P. ***C*** *h. e.* PVER, *ut etiam* ***D*** *aliquoties* dii ***Z*** si bibi ***BDb***. si biui ***CDa***. *om.* ***FZ*** 834. Si bibere] Sibere ***C***. Si bere ***D*** potui ***FZ***. potuisti ***BCD*** quid ***BCDF***. qui ***Z*** LV.] P. ***C***

LVCRIO.

Quia enim obsórbui:
Nam nímis calebat, ámburebat gútturem.

PALAESTRIO.

Alii ébrii sunt, álii poscam pótitant.
Bonó subpromo et prómo cellam créditam.

LVCRIO.

Tu idem hércle faceres, sí tibi esset crédita:
Quoniam aémulari nón licet, nunc ínuides.

PALAESTRIO.

Eho,
An úmquam prompsit ántehac? respondé, scelus.
Atque út tu scire póssis, edicó tibi:
Si fálsa dices sério, excruciábere.

---

qui aenim ***C***. qui enim ***D*** 835. nimis] minuſ ***F***. nimiuſ ***Z*** calebat, amburebat *Camerarius*. cale uitam bure uat ***CD***. caluit ambureuat ***B***. calebat adurebat *Nonius p. 207*. calor comburebat ***FZ*** *A v. 836 ad 845 constanter binos, qui in* ***B*** *sunt, versus in unum coniungunt* ***DE*** *et ut puto* ***C*** 836 *et* 837 *inter se transpositos* Palaestrioni *tribuit Acidalius* 836. PAL. *om. libri et editiones ante Pareanam* ebri ***CD*** alii poscam potitant *partim Palmerius p. 674 partim Lipsius et Acidalius*. alia poſcā potaitā ***D***. alia poteſt campota itam ***C***. alia poſtquā potatā ***B***. poſtquam potarunt ***FZ*** 837. PAL. *praemittunt* ***FZ*** ſubpromo ***BCDc***. ſupromo ***Da***. ſuppromo ***FZ*** et promo ***B***. *om. reliqui* cella credita ***FZ*** 838. LV. *om.* ***BCD*** Tu idem hercle *Acidalius*. tu hercle idem ***FZ***. Tu hercle diem ***BCD***, *nisi quod* ercle ***D***. Idem tu *Guyetus* ſi ***FZ***. ſit ***BCD*** 839. Qm̃ ***BCD*** emulari ***CDFZ*** 840. PAL. *om.* ***BCD*** Eho || An *duobus versibus distribui, quae continuantur vulgo.* Eo an ***Z*** an unquam ***CDF***. numquam ***B***. an nũquam ***Z*** prompſit ***FZ***. promſit ***CD***. promiſit ***B*** antehanc ***D*** 842. LV. *praeponunt* ***FZ*** edico *Camerarius*. dico *libri, nisi quod* dice ***Da***. ego dico *Pylades* 843. falſa ***DcFZ***. palſa ***BCDa*** dices ***B***. dicit *libri*. dixis *Camerarius* serio ***B***. uotio ***BC***. uocio ***DK***. *om.* ***FHZ***. otiuſ ***Dc***. ociuſ ***G***, *Lipsius Ant. lect. IV, 22.*

LVCRIO.

Itan uéro? ut tu ipse mé dixisse délices:
Post é sagina ego éiciar cellária,
Vt, tíbi qui prompsit, álium subpromúm pares.

PALAESTRIO.

Non édepol faciam: age éloquere audactér mihi.

LVCRIO.

Numquam édepol uidi prómere. uerum hóc erat:
Mihi ínperabat, égo promebam póstea.

PALAESTRIO.

Hem,
Ibi crébro, credo, cápite sistebánt cadi.

(nocio *nullus liber.*) iam faxo *Pylades.* loris *Camerarius.* cocio *Palmerius.* Lucrio *Gronovius.* nae otio *Bothius* excruciaberet **BCDa**

844. Lucrioni *tribuit Camerarius,* Palaestrioni *continuant libri* Itan uero? **R**. Ita uero? *Bothius.* Ita uero *sine interrogatione libri* ipse me] ipſemet **F** delicef **BCD**. dictitef **FZ**. dedices *Scioppius Susp. lect. III, 21* 845. Post e **R**. Poſt **BCDF**. poteſt **Z**. Post haec *Pylades.* Postea *Camerarius* eiciar cellaria **FZ**. eicia cellaria **BC**. eici acellaria **D** 846. qui prompsit **R**: *nisi* promptet *males.* qui promtiſ **B**. ſi propſiſ **CD**. prompſeriſ **FZ**. qui prompseris *Pylades.* qui promat *Camerarius* ſuppromum **FZ**. ſubpromiſ **B**. ſupromiſ **C**. ſuppromiſ **D** pareſ **FZ**. pariſ **BCD** 847. age eloquere *Pareus.* age te loquere **B**. ageteloquere **CD**. age loquere **FZ** 848. LV. *om.* **CD** numquam, *non* nunquam, **BCD** 849. imperabat **Db**, *Beroaldus.* inperauat **C**. imperauat **Da**. inperauit **B**. imperabaſ **FZ** promebam] prome **B** 850. Hem || Ibi crebro credo **R**. Hic illecebro **B**. hic illi celebro **CDF**. Hic illi celebro **Z**. Hic illi Sceledro *Pius.* Huic illecebroso *Camerarius.* Hinc illecebra *Salmasius.* Hui illecebrose *Palmerius.* Hic illi crebro *Lindemannus* capite sistebant cadi *Beroaldus.* capite ſiſtebat cadi **B**. capiteſ iſtebaſ cadi **CD**. capite ſiſtebaſ cadi **FZ**. capite sistebas cadum *Pylades*

LVCRIO.

Non hércle tam istic uálide cassabánt cadi.
Set érat in cella paúlum loculi lúbrici:
Ibi erát bilibris aúla sic proptér cados;
Ea saépe deciens cómplebatur ín die:
Vbi bácchabatur aúla, cassabánt cadi.

PALAESTRIO.

Abi íntro. nempe in célla uos uináriа
Baccchánal facitis: iam hércle ego erum adducam á foro.

LVCRIO.

Perii: éxcruciabit mé erus, domum si uénerit,

---

852. *om.* FZ, *primus addidit Pylades* LV. B. *om.* CD *cum Pyl.* ercle D istic *Guyetus.* isthoc *Pyl.* iſtoc *reliqui* caſſabant De. caſſauant Da. caſſauat C. ceſſauit B. quassabant *Pyl.* casabant *Turnebus Adv. II, 29, Lambinus* 853. ſet D. ſed *reliqui* erat in cella R. in cella erit BCD. in cella erat FZ paulum R. paulum nimiſ *libri* 854. billbriſ DeFZ. uilibriſ BCDa aula sic R. auilſ hic BCD. auliſ hic F. aqualiſ hic Z. aqualis sic *Bothius* 855. ſepe BF decieſ FZ compleuatur C. completiatur D. completur B in die R, *Scaliger.* die *libri.* de die *Bothius* *Sequuntur in libris mera glossemata quae delevi:* Ea plenam atque inanem fieri plena maxuma B, *quae quid sibi velint illud ostendit, quod proximi versus initio* Vidi *pro* ubi *idem* B *habet.* Eea plenã atque inanem fieri plenãaxuma C *et, nisi quod* Ea *et* plenã maxuma, D. Eam plenam atque inanem (immanem F) fieri plenam a ſummo FZ. *Frustra fuerunt qui in metrum redigerent* 856. ubi *omnes praeter* B baccabatur BCD. bachabatur FZ aula *Beroaldus, Lipsius Ant. lect. V, 5.* auia *libri.* hama *Turnebus Adv. II, 29* caſſabat BC. caſabat D *ead. m.* ceſſabat F. quaſſabant Z 857. Abi intro B. Abi ablintro CDa. Abi abi intro DeFZ nempe R. iam *libri* in cella uos *Bothius.* uoſ in cella *libri* bunaria F 858. Bacchanal BCD. Bachanal FZ ego *fortasse delendum* adducam a foro *Pylades.* adducta fore B. adducata fore CD. adducam foriſ FZ 859. LV.] P. C excruciabit DeFZ. excru-

Quom haec fácta scibit, quía ego sibi non díxerim.
Fugiam hércle aliquó atque hoc ín diem extollám malum.
Ne díxeritis ópsecro huic uostrám fidem.

PALAESTRIO.

Quo té agis?

LVCRIO.

Missus sum álio: iam huc reuénero.

PALAESTRIO.

Quis mísit?

LVCRIO.

Philocomásium.

PALAESTRIO.

Abi: actutúm redi.

LVCRIO.

Quaesó tamen, tu pártem infortuní meam,
Si díuidetur, me ábsente accipitó tamen.

PALAESTRIO.

Modo íntellexi, quám rem mulier gésserit.
Quia Scéledrus dormit, húnc subcustodém suum
Foras áblegauit, dum áb se huc transirét. placet.

---

ciauit *BCDa* 860. Quomodo *B*. Quom *reliqui* hec *BF* ˋſciuit *BCDa* quia ego *B*. quia *libri* dixerit *BCD* 861. diem *Camerarius*. die *libri* extollat *BCD* 862. opſecro *C*. obſecro *reliqui* uoſtra *BCDa* 863. Quo te *Pius*. Quot tu *CDa*. Quod tu *BDe*. Quo tu *FZ*: *defensum a Scioppio Susp. lect. II, 15, consueta negligentia falsa testante de* *BC* LV.] P. *C* ian huc *C*. ian huic *B* 864. LV.] P. *C* 865. LV. *om.* *CDF* Queſo *BF* partem infortuni meam *Bothius*. meam partem infortinum *BCB*. meam partem infortunī *FZ*. *Frustra nugatur Osannus Anal. p. 172* 866. Si id uidetur *B* 867. qua *C* 868. huc *BCD* 869. Foras *Lambinus*. Foriſ *libri* dum ab ſe *CDe*. dum apſe *Da*. a dum ab

Set Périplecomenus, quam ĕi mandaui, múlierem
Nimis lépida forma dúcit. di hercle hanc rem ádiuuant.
Quam dígne ornata incédit, haut meretrície.
Lepide hóc succedit súb manus negótium.

PERIPLECOMENVS. ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PALAESTRIO.

PERIPLECOMENVS.

Rem omnem, 'Acroteleutiúm, tibi tibique úna, Milphidíppa,
Domí demonstraui órdine. hanc fabricám fallaciásque
Minus sí tenetis, déuuo uolo pércipiatis pláne:

ſe ***B***. dum a ſe ***Z***. dum ſe ***F***. dum eapse *Scutarius, Acidalius* tranſire ***BCD*** tranſire parat *'alibi legi' Pius ait* 870. Set ***Da***. Sed ***De*** *cum reliquis* periplectomenuſ *libri* 871. ercle [h]anc ***D*** adiuuant *Camerarius*. adiuuat ***B***. atuiuat ***C***. ut uiuat ***D***. ut uiuant ***FZ*** 872. aut ***BCD***. haud ***FZ*** 873. negocium ***FZ***. negotium. Periplectomenuſ milphidippa acrotelantum paleſt (*sic tanquam scenae exitum*) ***CD***, *nisi quod* acrotel'antũ ***D***

Act. III. Scen. 3. PERIPLECTOMENVS SENEX MILPHIDIPPA ANČ. ACROTELEVTIVM PALESTRIO ***B***. *om.* ***C***. PERIPLECTOMEN' PALESTRIO ***D***. Periplectomenuſ. Milphidippa. Acroteleutium. Paleſtrio ***F*** *et, nisi quod* Acrotelãtiũ, ***Z*** 874. PER. *praemittunt* ***BD*** Rem] em ***C***. Hem ***F*** Acroteleutium tibi tibique *Camerarius*. acretele tibi ut unum tibique ***B***. acretele ubi ut ium tibique ***C***. acretele [i]t utium [i]tque ***Da***. acredele[h] [i]t utium [i]tque ***Db***. accedere te ut uelim ***FZ*** una ***BCD***. mea ***F***. meã ***Z***

875. Dodo[mi] ***B*** *ead. m.* ordine *Pylades*. in ordine *libri* hac ***C*** 876. netetiſ ***B*** percipiatiſuplane ***CD***

Satis si íntellegitis, áliut est quod pótius fabulémur.

ACROTELEVTIVM.

Stultítia atque insipiéntia insúlsitasque hercle haéc sit,
Me ire in opus alienum aút tibi meam óperam pollicitári,
Si in ópificina ea nésciam aut mala ésse aut fraudulénta.

PERIPLECOMENVS.

At méliust te monérier.

ACROTELEVTIVM.

Meretrícem commonéri
Quam sáne magni réferat, mihi clámst. quid, egone frústra,
Postquam ádbibere aurés meae tuae lóream oratiónis,

---

877. ſi *sup. scr.* ***Da*** intelligitiſ ***FZ*** aliut ***C***. aliud *reliqui* quid ***CD*** fabulemuſ ***Z***, *correctum a Scutario* 878. ACR. *om.* ***C***. MIL. ***FZ*** Stultitia atque ***FZ***. Stultitiaque ***BD***. Sſtultitiaque ***C*** insipientia insulsitasque hercle haec sit ***R***. inſapientiăfalſta haeſit ***C***. inſipientiă falſta hae ſit ***D***. inſipientiă falſa heſit ***B***. inſipientia non fallacia hec ſit ***F*** *et sine* hec ***Z***. insipientia insulsa atque maxima haec sit *Camerarius*. insulsitasque maxima haec sit *Acidalius*. *Nihil sani alii* 879. Mei rei in ***B*** mea ***BCDa*** opera ***B*** policitari ***F*** 880. in opificina ea ***R***: *quanquam etiam* in ea opificina *defendi poterit*. eam opificinam ***BCD***, *Scutarius*. ea opificina ***FZ***, *Pylades*. ea in opificina *Camerarius* neſciat ***BCD*** 881. PER.] PA. ***C*** Aut ***C*** meliuſt te ***R***. meliuſt ***CD***. meliuſ ***BFZ***. melius est *Pylades* mouerier ***Z*** ACR. *om.* ***CD***. MIL. ***FZ*** commoueri ***BZ***

882. mihi *Lambinus*. nihil *libri* clam eſt *libri* quid? egone frustra *Bothius*. quin ego infruſtro ***C***. quin ego infuſtro ***D***. quin ego fruſtro ***FZ***. quin ego me frustro *Camerarius*. quin ego ultro *Gulielmus Verisim. III, 11.* quin egomet ultro *Acidalius* 883. adbibere ***CD***, *Lipsius Ant. lect. IV, 20*. adhibere ***BFGKZ***. adhiberem ***K***. admisere *Camerarius* aures *Camerarius*. auriſ *libri* meae tuae loream ***R***: meae tuae loram *Gruterus*. meae tuam moram ***B***. meae et tuam moram ***C***. mea etuă moră ***D***. meaſ ad tuam moram ***FZ***. meae tuae moram *Camerarius*. meae tuae oram *Gulielmus l. c.* meae tuae morum *Acidalius*. meae tuae rorem *N. Heinsius apud Burmannum in Anthol. lat. I, p. 486*. meae tuam

Tibi díxi, miles quemádmodum potésset deasciári?

PERIPLECOMENVS.

At némo solus sátis sapit: nam ego múltos saepe uídi
Regiónem fugere cónsili prius quám repertam habérent.

ACROTELEVTIVM.

Si quíd faciundumst múlieri male átque malitióse,
Ibi ei ínmortalis mémoriast meminisse id sempitérno:
Sin béne quid aut fidéliter faciúndumst, eaedem euéniet
Oblíuiosae extémplo uti fiánt, meminisse néqueant.

PERIPLECOMENVS.

Ergo ístuc metuo, quód uenit uobís faciundum utrúmque:

---

moeram *Bothius* 884. milief **F**. millief '*ex lectione vetusta corrigit' Pius*. milef *etiam Pyladis codd.* quematmodum **C**. quem-d-atmodum **D** potesset **R**. potiffet **BCD**, *codd. Pyladis*. potif eft **FZ**. potis esset *Pylades* deasciari *Palmerius p. 672*. deafcdarei **D**. deafdarei (*an* deafclarei?) **C**. affecla rei **B**. deaf dare **F**. oleaf dare **Z**. deartuari *Pylades*. assecari *Camerarius* 885. fepe **BF** 886. consili *Bothius*. confilii *libri* repertam haberent *Lambinus*. reperta habere *libri*. repertam habere *Pylades*. repertam habuere *Palmerius p. 687* 887. faciundum eft **F**. fatiendum eft **D**. faciendum eft **BCZ** malitiofae **C**. maliciofe **F** 888. Ibi ei **R**. Ea fibi **BDFZ**. Eea fibi **C**. Eius illi *Lambinus*. Sibi *Bothius* inmortalif, *non* imm., **CD** memoriaft **BC**. memoria eft *reliqui* meminisse id sempiterno (*vel* sempiterne) **R**. meminiffet et fempiterna **BCD**. meminiffe et fempiterna **FZ** 889. bene quid aut *Camerarius*. bene aut quid aut **BCDF**. bene aut quid **Z** faciundumst, eaedem eueniet **R**. faciundum fi eade ueniunt **C**. faciundum fi eadē ueniunt **BD**. faciundum fit eadem ueniunt **FZ**. faciendum est, eo deueniunt *Camerarius* 890. Obliuiosae *Beroaldus*. Obliuiofe **BDeFZ**. Obliulofe **CDa** extemplo uti *Camerarius*. exemplo ut **BCDa**. extemplo ut **DeFZ**. extempulo ut *Bothius* nequeant **R**. neque eunt **D**. nequeunt *reliqui*. '*alias* et meminisse nequeant' *Lambinus* *Magis placiturum sit* eadem — obliuiosa — fiat — nequeat 891. metuo quod uenit *Acidalius*. metuo quo uenit **B**. metu quo uenit **CD**. mecum conuenit **FZ** faciendum **CD**

Nam id próderit mihi, míliti male quód facietis ámbae.

ACROTELEVTIVM.

Dum né scientes quíd bonum faciámus, ne formída.
Mala núlla mulier ést * * * * *
* * * * né paue, peióribus conuéniunt.

PERIPLECOMENVS.

Ita uós decet. conséquimini.

PALAESTRIO.

Cesso égo illis obuiam íre?

PERIPLECOMENVS.

Bene ópportuneque óbuiam es, Palaéstrio. en tibi ádsunt,
Quas mé iussisti addúcere, et quo ornátu.

---

892. it **C** militi *Acidalius.* militia **BC**. malitia **DFZ** ambe **BF** 893. ACR.] A. **C**. *om.* **B** ne scientes *Beroaldus et inter alia Acidalius.* neſcientiſ **BCD**. neſcienteſ **FZ**. ne inscientes *Acidalio auctore edd. post Camerarium, Goellerus in Trin. 1158* quod **B**. quid *reliqui* faciemuſ **CD** 894. 895. *Lacunam signavi, quod uno versu comprehensa sententia vix ullo modo e librorum memoria hac eruitur:* PE. Mala mulier eſt. A. ne pauet peioribuſ conueniunt **B**. PE. Mala milla mer eſt A ne pauet peioribuſ conueniuit **C**. PE. Mala nulla mereſta ne pauet peiorib' conueniunt **D**. Per. Mala nulla meretrix eſt. Acrot. Ne paue peioribuſ conueniunt **FZ** *et deletis personarum notis Pareus. Pro* peioribus *Acidalio in mentem venit* peiora ibus, *Pistori* peiora ubi, *quod suscepit Taubmannus* 896. cõſequimĩ **Z** PAL. **FZ**. A. **BCD** 897. 898. 899 *hoc ordine posui, qui in libris collocantur* 899. 897. 898 897. PER. *om.* **BCD** obuiam eſ **CD**. obuia eſ **B**. obuiam iſ **FZ** Palaestrio hem *Camerarius.* paleſtridẽ **B**. pleſtridem **C**. pˡeſtridẽ **D** *ead. m.* paleſtrio **FZ** adſunt **BDeZ**. atſunt **CDa**. aſſunt **F** 898. me iuſſiſti **DeFZ**. ne iuſſiſti **B**. neuiſiſti **C**. neiuſiſti **Da** adducere et quo **Z**. adduceret et equo **B**. adducere et equo **F**. adduceret et aequo **CDa**. adducere et aequo **De** ornatu. PA. eu noster esto *Bothius, Handius Tursell. III, 93.* ornatu. PA. heus noster esto *Acidalius.* ornatu. A. eunoſtereſio **BC**. ornatua eu noſter eſio **D**. ornatu. Acrot. heuſ noſter eſto **F**. ornatu. Ac. heuſ noſter. Pal. eſto **Z**. Periplecomene

PALAESTRIO.

Eu, noster ésto:
Veníre saluom gaúdeo. lepide hércle ornatas dúcis.
Palaéstrio Acroteleútium salútat.

ACROTELEVTIVM.

Quis hic amábost,
Qui tám pro nota nóminat me?

PERIPLECOMENVS.

Hic nóster architéctust.

ACROTELEVTIVM.

Salue, árchitecte.

PALAESTRIO.

Sálua sis. set díc mihi, ecquid híc te
Oneráuit praeceptís?

PERIPLECOMENVS.

Probe meditátam utramque dúco.

PALAESTRIO.

Audíre cupio, quemádmodum: ne quíd peccetis, páueo.

---

continuabat Lipsius Ant. lect. IV, 20 899. Venire saluom ***De***. Venire saluum ***FZ***. Venere saluom ***BDa***. Veneres aluom ***C*** lepide hercle ornatas ducis ***R***. lepide hercle ornatus incedit *libri*. lepido hercle ornatu incedit *Camerarius*, l. h. o. incedis *Acidalius*, l. h. o. cedis *Bothius* 900. Pal. *praemittit* ***F*** palestrio *omnes* ac roteleuticũ ***B***. acroteleuticum ***C***. acrotaeleuticum ***D***. acrotelautium ***F***. acrotelãtiũ ***Z*** ACR.] *spatium vacuum* ***BCD*** quis hic amabo est *Camerarius*. qui sic ambo est ***BCD***. quis hic homo est ***FZ*** 901. Quid ***B*** nota nominat me. PE. hic *Guyetus*. notã mittat notã PE. hic ***B***. notam minat notã PE. e hic ***C***. notam minat pe ehic ***D***. nota nominat. Per. hic ***FZ***. nota me nominat. PE. hic *Pylades* architectus st ***B***. arcitectust ***CD***. architectus est ***FZ*** 902. arcitecte ***CD*** salva sis sed ***FZ***. saluasisit et ***B***. saluasissict ***C***. salua si et ***Da***. salua si sed et ***De*** ecquid ***DeFZ***. haec quit ***CDa***. haec quid ***B*** 903. utanque ***F*** ducam ***B*** 904. nequit ***BCDa*** paueo ***FZ***. paueuo.

PERIPLECOMENVS.

Ad túa praecepta dé meo nihíl nouom adposíui.

ACROTELEVTIVM.

Nempe lúdificari mílitem tuum erúm uis?

PALAESTRIO.

Exlocúta's.

ACROTELEVTIVM.

Lepide ét sapienter, cómmode et facéte res parátast.

PALAESTRIO.

Atque hŭius uxorem té uolo esse ádsimulare.

ACROTELEVTIVM.

Fíct.

PALAESTRIO.

Quasi míliti animum adiéceris, simuláre.

ACROTELEVTIVM.

Sic futúrumst.

PALAESTRIO.

Quasique éa res per me intérpretem et tuam áncillam adcurétur.

CDa. pauebo ***Db***. paueno ***B*** 905. Ad ***De***, *Acidalius*. At *reliqui cum* ***Da***, *oratione post* praecepta *incisa* nihil nouom adposiui ***R***. nihil hiſ nouomat poſui ***C***. nihil hiſ nouom atpoſui ***Da*** (adp. ***De***.) nihil hiſ poſui ***B***. nihil hiſ nouum appoſui ***FZ*** *et, nisi quod* apposiui, *Camerarius*. nihil his nouum ipse apposui *Pylades*. nihil ipse nouum apposiui *Acidalius*. nouum nihil apposiui *Guyetus* 906. exlocutaſt ***BD***. exlocuta eſt ***C***. exlocuta eſ ***FZ***. elocuta es *Camerarius*. rem locuta es *Acidalius* 907. AC. *om.* ***BCD*** facito ***BCD*** parata est *Camerarius*. paratae ***D***, *Scutarius*. parate *reliqui* 908. huiſ ***CDa*** te uolo esse ***R***. tu uolo ***BCDa***. te uolo ***DeFZ***. esse te uolo *Camerarius* assimulare *Pylades*. adſimulari ***BCDF***. aſſimulari ***Z*** AC. *om.* ***BCD*** fiet *Beroaldus*, *Acidalius*. fiat *libri* 909. PA. *om.* ***B*** adieriſ ***CD*** ſimulare ſimulare ***C*** AC. *om. libri*, *addidit Camerarius* futurum eſt ***BCD***. ſuturum ***FZ*** 910. PA. *om. libri* Quasique ea res ***R***. Quaſiquaeae reſ aeſt ***C***. Quaſique reſ eſt ***B***. Quaſiquęhereſaeſt

ACROTELEVTIVM.

Bonus uátes poteras ésse: nam quae súnt futura, dícis.

PALAESTRIO.

Quasique áuulum hunc ancíllula tua abs té detulerit ád me,
Quem pórro ego milití darem tuis uérbis.

ACROTELEVTIVM.

Vera dícis.

PERIPLECOMENVS.

Quid istís nunc memoratís opust, quae cómmeminere?

ACROTELEVTIVM.

Méliust.

Nam, mí patrone, hoc cógitato: ubi róbus est architéctus,
Bene líneatam sí semel carínam conlocáuit,
Facile ésse nauem fácere, ubi * * * *
Nunc haéc carina sátis probe fundáta et bene statútast:

D. Quaſi hec reſ *F*. Quaſi quę hęc *Z*. Quasique haec res *Gruterus* ancíllam accuretur *Lindemannus*. ancillam eieceretur *B*. ancilla ceretur *CD*. ancillam curetur *FZ*. ancillam geratur *Camerarius*

911. uatiſ *BCDa* poteriſ *C* nam *Camerarius*. num *libri* qui *BCD* diciſ] uideſ *FZ* 912. Quaſi quę *CZ* ancillula tua *FZ*. ancilíulā tuā *BD*. ancillam tuā *C* detulerit ad me *DeZ*. detulerit ac me *Da*. detulerit ame *BC*. ad me detulerit *F*. *Fortasse fuit* tulerit ad me 913. Quem porro ego *R*, *ut v. 797. 960. 1049*. Quarē ego *B*. Quem ego *reliqui*. Quem rursum *Bothius* 914. PE. *B*. PA. *reliqui* opuſ eſt *libri* que *BCD*. *om*. *FZ* meliuſt *CD*. meliuſ eſt *B*. *om*. *FZ* 915. huc *D* architecteſ *Da* 916. Sene *C* lineatam *Camerarius*. liniatam *libri* collocauit *F* 917. esse] eſt *F* *de naui mira narrat Lipsius Epist. quaest. V, 3* ubi * * * *R*. ubi fundata conſtitutaſt *BDFZ* (*nisi quod* eſt *F*.) ubi fundamenta conſtitutaſt *C*. ubi fundata et constituta est *Camerarius*. *Irrepsisse e proximo v. apertum est* 918. *om*. *Z* haec *Camerarius*. hic *libri* probe fundata et bene statuta est *Acidalius*. profundata bene et ſtatutaſt *BCD*, *nisi quod* ſtatuteſt *D*. profundata eſt et ſtatuta eſt *F*. pro re fundata et b. st. est *Bothius*

Adsúnt fabri architéctonesque ad eám rem haut inperíti.
Si nón nos materiárius remorátur, quod opust quí det,
Noui índolem nostri íngeni, cito crít parata náuis.

PALAESTRIO.

Nempe tú nouisti mílitem, meum erúm?

ACROTELEVTIVM.

Rogare mírumst.

Populi ódium quidni nóuerim, magnídicum, cincinnátum,
Moechum únguentatum?

PALAESTRIO.

Núm ille te uam nóuit?

ACROTELEVTIVM.

Numquam uídit:

Qui nóuerit me quís ego sím?

---

919. PA. *praemittunt* FZ Adfunt B. Atfunt CDa. Affunt Dc. At funt FZ fabri Dc, *Pylades*. eabri CDa. muliebria B. ebri F. ebrii Z architectonesque ad eam rem haut B. architectique a te amant B. archiectique ate amea ut C. archiectique a te ama ut D. architecti que a te amant ut F. architecti quę te amat ut Z. architectique eam quidem ad rem haud *Pylades*. architectique, a me, a te, haud *Gruterus*. architectonesque a me, a te haud *Reizius apud Hermannum Elem. d. m. p. 155 et in Iahnii Annal. n. philol. t. xxxv. p. 194*. architectique a te, a med haud *Bothius* īnperiti, *non* imp., BC 920. AC. *praemittunt* FZ non] nō nō Z materariuf BCD quod opust *Lambinus*. quod opuf BCD. ad opuf FZ qui det] quidem FZ 921. ingeni BCD. ingenii FZ 922. ACR.] A. *C in proximis constanter* mirūſt B. miruſ CDZ. minuſ F. *Mirus Gulielmus cap. 3* 923. Popli *Bothius* quid ni nouerim FZ. quinni nouerit C. quinni nouerat D. quin (*an* qum?) nouerint B magnidicum BC. magnidicunt D. magnum dicunt FZ cincinatum Z 924. Menechmum guentatum B. Męchum ūguētatum Z ille te nam *Bothius*. illa et aenam C. illa etęnam D. illa eam B. ille etiam FZ. ille etiam te *Beroaldus* 925. ſim C. ſum *reliqui*

PALAESTRIO.

Nimis lépide fabuláre.
Eo pótuerit rem lépidius pol fíeri.

ACROTELEVTIVM.

Potine ut hóminem
Mihi dés, quiescas cétera? ni lúdificata ero hóminem,
Culpam ómnem in med inpónito.

PALAESTRIO.

Age ígitur intro abíte:
Insísiste hoc negótium sapiénter.

ACROTELEVTIVM.

Alia cúra.

PALAESTRIO.

Age, Périplecomene, has núnc iam duc íntro. ego eo ad forum, íllum
Conuéniam atque hunc ei ánulum dabo, átque praedicábo

---

926. potuerit rem *Lindemannus olim:* potis est rem *Bothius:* potuerit *Camerarius.* potiuerim *BCD.* poterit uerum *FZ* 927. cętera *Z* ludificata ero hominem, || Culpam *B.* ludificata lepide || Ero culpam *BC.* ludificata lepidę || Pro culpam *D.* ludificata lepide || Per culpam *Z.* ludificata lepide || Culpam *F.* *Sed Nonius p. 476:* 'Ludificata ero hominem pro ludificata lepido ero culpam omnem in me imponit': *quorum initium sic corrigebat Lipsius Ant. lect. IV, 20:* 'Ludificata ero pro ludificauero. Plautus: ni ludificata lepide ero'. lepide *e praegressis infertum pepulit* hominem, *quod in lemmate Nonii servatum est* inponito *BC.* impunito *Da.* imponito *De.* impingito *FZ* age igitur *CDFZ.* agite *B.* agite igitur *Gruterus* 929. negocium *FZ* AC. *om. CD* 930. PA. *om. FZ* Periplectomene has nunc iam duc *Camerarius.* periplecto menae af nuntiam duc *C.* periplectomoeneaf nunciam duc *Da* (perihplectomoeneaf *De*). periplectomene adnuntiã duc *B.* periplectomene haf nunc duc *F.* periplectomene haf duc nunc *Z* ego eo ad forum, illum *B.* ego ad forum illum *libri* 931. hunc ei *B.* illi hoc *B.* illi hunc *reliqui* atquẽ *B.* atquem *D.* atquaem *C*

A túa esse uxore míhi datum, eamque íllum deperire.
Hanc ád nos, quom extemplo á foro ueniémus, mittitóte,
Quasi clánculum ad eum míssa sit.

PERIPLECOMENVS.

Faciémus: alia cúra.

PALAESTRIO.

Vos módo curate: ego illúm probe iam onerátum runcinábo.

PERIPLECOMENVS.

Bene ámbula, bene rém gere. at ego núnc si efficiam hoc pláne,
Vt cóncubinam mílitis meus hóspes habeat hódie
Atque hínc Athenas áuehat: si hodie húnc dolum dolámus,
Quid tíbi ego mittam múneris?

---

932. Attua *CD* esse uxore mihi datum *R*. uxore mihi datum effet *BCD*. uxore mihi datum effe *F*. uxore mihi datum *Z*. uxore esse mihi datum *Bothius*. eum uxore mihi datum *Hermannus in Iahnii Ann. nov. phil. xxxv, p. 104* eamque *FZ*. eam quam *BCD* 933. Hanc ad *FZ*. Hoc at *Da*. Huc ad *Dc*. Hec ad *B*. Haoit *C* cum *Camerarius*. quam *libri* mittitote *Bothius*. mittito *libri*. mittito tu *Pylades* 934. danclum *C* ad eum missa *Pylades*. admiffa *libri*. ad me missa *Camerarius*. *Licet etiam* ad illum missa 935. curato *Z* oneratum runcinabo *R*. oneratur hunc aciebo *BC*. oneratum hunc aciebo *D*. oneratum huc aciebo *F*. oneratum huc acciebo *Z* 936. gere. at *FZ, codd. Lambini*. gerat *BCD* ego nunc *Bothius*. ego nec *CD*. ego *FZ, codd. Lambini*. egone *B*, *Camerarius* si efficiam hoc *R*: hoc si efficiam *BCD*. hoc efficiam *FZ* 937. concubina *BC* militis *om. B* hofpif *BCD* 938. auehat *Dousa*. habeat *BCD*. abeat *FZ* si hodie hunc *Gruterus*. hodie hunc *libri*. hodie hunc si *Camerarius* 939. 940. *Apertum est duo hemistichia excidisse, velut talia:*

Quid tíbi ego mittam múneris? AC. [non édepol munus cúro:
Set si ádiutabilem ílla] dat nunc áb se mulier óperam —

ACROTELEVTIVM.

* * * * * *

* * * * dat nunc áb se mulier óperam,
Lepidíssume et comptíssume confído confutúrum.
Vbi fácta erit conlátio nostrárum malitiárum,
Haut uéreor ne nos súbdola perfídia peruincámur.

PERIPLECOMENVS.

Abeámus ergo intro, haéc uti meditémur cogitate,

Audaculus enim sit, qui uno versu comprehensam sententiam hoc exemplo conformet:

Aliquid tibi mittam muneris. AC. si ab se dat mulier operam —
Ceterum Quit ***CD*** mittam] mitã ***D***. mita ***C*** muneris? AC.] munerelia ***D*** *Post* muneris? *interrogantem faciunt vulgo Acroteleutium:* datne ab se mulier operam? *atque ita* ***CD***, *nisi quod* ab ſi ***CDa***, aliiſ ***De***: *in* ***C*** *autem aliquid inter* dat *et* ne *erasum est.* dat neabſimulier operam ***B***. deſne alie mulieri operam ***F*** *et (nisi quod* alię) ***Z*** *cum 'Vaticanis' Lipsii Ant. lect. IV, 20 h. e. cum solo* ***H***: *nam* datne aliiſ mulier operam *habent* ***GK*** dat nunc *pro* datne ***R*** ab se *iure defendit Hermannus in Iahnii Ann. nov. phil. t. XXXV, p. 105.* eapse *Acidalius, Kampmannus de* AB *praep. p. 30* 941. *apodosim fecimus praegressae protasis: in libris* Lep. et com. *tribuuntur* Periplecomeno *(non* Palaestrioni, *ut vulgo), quae sequuntur* Acroteleutio. *Pro* AC. confido *tamen iam Acidalius (profectus a Pyladis scriptura* AC. at confido) *proponebat* ac confido, *continuans* Periplecomeno Lepidissime et comissime *Gruterus.* Lepidi ſum et cômiſſũ ***B***. Lepidiſum et comiſumet ***C***. Lepide[i] ſumet & comi ſum & ***D***. Lepidi ſunt et comi ſunt ***F***. Lepide ſunt et comeſ ſunt ***Z***. Lepidissimam et comissimam *Acidalius.* *Nos* comptissume *posuimus duce Glossario Plautino, in cuius codicibus hinc excerptum adverbium aut* côſiſime *aut* conſiſſe *aut* conſipſime *aut* cumſipſime *scriptum est* confuturum *Camerarius.* cumfuturum ***BCD***. iam futurum ***FZ*** 942. conlatio *omnes* malitiarum ***Z***. militiarum *reliqui* 943. Aut ***BCDa***. Haud ***De FZ*** 944. PE. *om.* ***FZ*** Abeamus *Camerarius.* Habeamuſ Habemuſ ***BC***. Abimuſ ***FZ*** hec ***BF*** meditemur. PE.

Vt ádcurate et cómmode hoc, quod agúndumst, exsequámur:

Ne quíd, ubi miles uénerit, titubétur.

ACROTELEVTIVM.

Tu moráre.

---

cogitate *FZ* 945. 946. *hoc ordine Gulielmus, inverso libri* Vt] PE. Vt *CD* accurrate *BC* huc *BCD* agendūſt *C*. agendū *B*. agendum eſt *reliqui* exſequamur *BCD*. ſequamur *FZ* 946. Ne quid *C*. Numquid *D* mileſ *C* titubatur *Da* tum orare *D*

ACTVS IV.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

PYRGOPOLINICES.

Vólup est, quod agas, si íd procedit lépide atque ex senténtia.
Nam égo hodie ad Seleúcum regem mísi parasitúm meum,
'Vt latrones, quós conduxi, hinc ád Seleucum dúceret:
Qui éius regnum tútarentur, míhi dum fieret ótium.

PALAESTRIO.

Quín tu tuam rem cúra potius, quám Seleuci. quaé tibi
Cóndicio noua lúculenta fértur per me intérpretem.

Act. IV. Scen. 1. PTRGOPOLINICIS MILES PALESTRIO SERVVS ***B***. *om.* ***CDa***. PIRGO PAL• ***Db***. Pyrgopolinicef. Paleftrio ***FZ***, *nisi quod* Pyrgopolynicef ***Z*** 947. PI. *praemittit* ***B***, PV. ***C***, *idemque in reliqua scena pro* PY. *frequentat: quod spectat ad veterem scripturam* Purgopolinices. *In* ***B*** *solet esse* PI., *in* ***F*** Pirg. Volup eft ***D***. Volupeft ***CZ***. Volupe eft ***F***. Voluptaf eft ***B*** agam ***FZ*** fi it ***CDb***. fi•it *ante ras.* ***Da*** atque ex ***R***. ac ***D***. at ***BC***. ex ***FZ***. et ex *Gruterus* 948. PY. *praemittit* ***D*** hodi ***CDa*** feleuticum ***B*** 949. at ***C*** feleuticum ***B*** duceret ***DcFZ***. ducerer ***Da***. ducere ***BC*** 950. Qui ***DcFZ***. Que ***BDa***. Quae ***C*** regnum *om.* ***B*** ocium ***FZ*** 951. tu tuam ***DcFZ***. tuta uam ***CDa***. tuam ***B*** feleuci : quę ***Z***. feleuci . quo ***F***. feleuciq› ***CDa***. feleuci q̃ ***Dc***. feleutiq› ***B*** 952. Condicio ***C***. Conditio *reliqui* noua *Bothius*. noua et *libri* inter-

PYRGOPOLINICES.

'Immo omnis res pósteriores póno atque operam dó tibi.
Lóquere: auris meás profecto dédo in ditioném tuam.

PALAESTRIO.

Círcumspicedum, né quis nostro hic aúceps sermoní siet:
Nam hóc negoti clándestino ut ágerem, mandatúmst mihi.

PYRGOPOLINICES.

Némo adest.

PALAESTRIO.

Hunc árrabonem amóris primum a me áccipe.

PYRGOPOLINICES.

Quíd id? undest?

PALAESTRIO.

A lúculenta atque á festiua fémina,
Quaé te amat tuamque éxpetessit púlcram pulcritúdinem.
Ĕius nunc mi anulum ád te ancilla pórro ut deferrém dedit.

---

praetem *CD* quae mihi conditio noua et luculentior offertur per te interpretem *exstat apud Servium in Aen. IV, 608* 953. omnis *CDFZ*. omñs *B* posterioris *CDb* 954. auris *BDFZ*. duris *C* dido *BCDa* dicionem *D* 955. Circumspicedum *Guyetus*. Circumspicito dum *FZ*. Circumspicito cum *BCD* siet *FZ*. sit *BCD* 956. negotii *BCD*. negocii *FZ* clandestino ut agere *CDa* mandatumst *Camerarius*. mandatũs *Dc*. mandatus *BCDa*. mandatur *FZ* 957. PY. *erasum in D*. *om. B* atest *C*. adẽ *B* PA. *om. BCD* arabonem *BZ* moris *BCD* ame accepi *B*. accepi ame *C* 958. PY. *om. C* id *R*. hic *libri* est *libri* PA.] PY. *C* a luculenta] luculenta *B* atque a *Acidalius*. atque *BCDZ*. ac *F* festina foemina *Z* 959. Que *BF* amat tuamque *Pius*. amat cumque *B*. amat tumque *D*. amatumque *C*. amat tum quę *Z*. amat tum quasi *F* expetessit *R*: expetissit *Pius*. expetisset *BCD*. expetiscit *FZ* pulcram pulcr. *C*. pulcram pulchr. *D*. pulchram pulchr. *BFZ* 960. Eius *D*. Eios *C* hunc *Acidalius* mihi *libri* at *CDa* ancilla ad te *Acidalius*

PYRGOPOLINICES.

Quíd? ea ingenuan' án festuca fácta e serua líberast?

PALAESTRIO.

Vah,

Égone ut ad te ab líbertina esse aúderem internúntius,

Qui íngenuis satis résponsare néqueas, quae cupiúnt tui?

PYRGOPOLINICES.

Núptanest an uídua?

PALAESTRIO.

Et nupta et uíduast.

PYRGOPOLINICES.

Quo pactó potis

Núpta et uidua esse éadem?

PALAESTRIO.

Quia adeléscens nuptast cúm sene.

---

deferret BCD 961. PY. *om.* C Quidea C. Quid ea *reliqui.* Quid ean' *Taubmannianae* ingenuan' *Acidalius.* ingenua *libri* an] ac D e serua *Dousa fil.* ferunre BC. feruan D. ferua an FZ liberaft CD. libera aft B. libera eft FZ 962. Vah *extra versum posuit Bothius.* Wah B. Vae C. Va Da 963. egome C ad te FZ. abfte BCDa. adfte Db audere BCDa internunciuf Z 964. Quingenuf C. Quin ingenuif F satis] factif FZ responsare *Gruterus.* refponfaret CDFZ. refponderet B. respondere *Camerarius* nequeas quae cupiunt tui *Scioppius.* nequeafq' cupit uti C. nequeafque cupituti D. nequeaf ca- piti uti B. uel nequeaf que cupit uti F. neq' ab fe cupit uti Z. ne- queas cupidis tui *Camerarius* 965. PY.] A. CD Nuptanest an uidua B. Nuptaniftanuida C. Nupt niftan uida Da. Nupt an uidua Db. Nuptanft an uidua De, *Pareus.* Nuptanft uidua B. Nupta ifta an uidua FZ PA.] PV. C. P. D *e corr.* uiduast B. uidua *libri* PY.] PV. C quo FZ. quid BaCDa. qui BbDc 966. Nupta et uidua B *ex* B. Vidua et nupta *reliqui* eadem FZ. idem C. idem B. eafdem D quia De, *Camerarius.* qui BCDa. que F. quę Z nupta est *Camerarius.* nupta ft CDa. nupta fit

PYRGOPOLINICES.

Eúgo.

PALAESTRIO.

Lepida et líberali fórmast.

PYRGOPOLINICES.

Caue mendácium.

PALAESTRIO.

'Ad tuam formam illa úna dignast.

PYRGOPOLINICES.

Hércle pulcram praédicas.

Sét quis east?

PALAESTRIO.

Senis húius uxor Périplecomeni in próxumost.

Éa demoritur te átque ab illo cúpit abire: odít senem.

Núnc te orare atque óbsecrare iússit, ut tui cópiam

Síbi potestatémque facias.

PYRGOPOLINICES.

Cúpio hercle equidem, si ílla uolt.

DeFZ. nupta ***B***   967. lepide ***B***   liberari ***Da***   formaſt ***CDF***. forma ē ***BZ***   mendatium ***C***. m̃dacium ***B***   968. At ***BC***   dignaſt ***CDF***. digna eſt ***BZ***   pulcram *Pius*. pulcrum ***C***. pulchrum ***BDFZ***   969. ea eſt ***CDFZ***. he,c ſt ***B***   Periplecomeni in proxùmost. || Ea ***R***: Periplectomenis in proximo. || Ea *Dousa fil*. periplectom̃ſi PI. proxumo || PA. Ea ***B***. periplectomenſi PY. proxumo || PA. Ea ***C***. periplectom͠eſi PY. proxumo || PA. Ea ***D***. peripomeñ. Pirg. proxumo? || Pal. Ea ***F***. periplectomenif. Py. proxumo. || Pal. Ea ***Z***. Periplectomenis. PY. in proximo? || PA. Ea *Camerarius*   Eadem oritur ***B***   adquo ***B***   ab illo cupit *Bothius:* ab illo hinc cupit *Acidalius*. abilocipit ***C***. ab illo incipit ***BDc***. ab ilo incipit ***Da***. ab illo cepit ***F***. ab illo coepit ***Z***   abire] obire *'alibi legi' ait Pius*   971. obſetrare ***C***   ut tui copiam ***FZ***. uti eam capiam ***D***. ut eam capiam ***C***. ut eam capiam ***B***   972. poteſtatemquae ***CD***   fatiaſ ***B***   PY.] PV. ***CDa***

PALAESTRIO.

Quaén cupiat?

PYRGOPOLINICES.

Quid illá faciemus cóncubina quaé domist?

PALAESTRIO.

Quín tu illam iube ábs te abire quó lubet: sicút soror
Ĕius huc gemina uénit Ephesum et máter accersúntque eam.

PYRGOPOLINICES.

Ého tu, aduenitne Éphesum mater éius?

PALAESTRIO.

Aiunt quí sciunt.

PYRGOPOLINICES.

Hércle occasiónem lepidam, ut múlierem excludám foras.

PALAESTRIO.

'Immo uin tu lépide facere?

PYRGOPOLINICES.

Lóquere et consiliúm cedo.

---

uult *libri* 973. Quaen cupiat? *R*. Quae cupit *CDZ*. Que cupit *BF*. Quaene cupit? *Acidalius*. Quin cupit *Guyetus* concubinã *BD*. concubinam *C* quae domiſt *Db*. quę domi eſt *Z et (nisi quod* que*) F*. quandomiſt *CDa*. quando miſit *B* 974. quo lubet *FZ*. quod iubet *BC*. qũlubet *Da*. qũlubet *De* ſicunt *C: corruptum fortasse e* ſiquidem 975. huc gemina *Gruterus*. uggeminam *B*. ugge minam *C*. unggeminam *D*. gemina *FZ* uenite ephefum *BD*. uenite ephefum *C* et *om. C* accerſuntque *BF*. accerſunt quae *C*. arceſſunt quae *D*. arceſſuntque *Z* 976. Eho tu, aduenitne *R*. Eon tu aduenit *BC*. Eonti aduenit *D*. Ain tu, aduenit *FZ* eiuſ *FZ*. aeuiuſ *BC*. aeuiuiſ *D*. huius *Bothius* sciunt] ſitiunt *D* 977. occanſionem *D* extrudam *Lambinus* 978. faceret. PL. loquerit et conſilium *B*. *For-*

PALAESTRIO.

Vín tu illam actutum ámouere, a te út abeat per grátiam?

PYRGOPOLINICES.

Cúpio.

PALAESTRIO.

Tum te hoc fácere oportet. tíbi diuitiarum ádfatimst:
Iúbe sibi aurum atque órnamenta, quae ílli instruxti múlieri,
Omnia dono habére auferreque ábs te quo lubeát sibi.

PYRGOPOLINICES.

Plácet ut dicis. sét enim ne istam amíttam et haec mutét fidem,
Víde modo.

PALAESTRIO.

Vah délicatu's: quaé te tamquam oculós amet.

PYRGOPOLINICES.

Vénus me amat.

PALAESTRIO.

St, táce: aperitur fóris: concede huc clánculum.

---

tasse eloquere *poeta dedit* 979. PA. *om.* *C* actutum illam *C* habeat *CD*. habeant *B* 980. Cupio tum. PA. te *BCD* adfatimſt *B*. affatim eſt *reliqui* 981. Iubi *B* ſibi *BCD*. ſiſ *FZ* quae *om.* *B* instruxti *Camerarius*. inſtruxit *BCD*. inſtruxiſti *FZ* 982. Omnia *addidi praeter libros, ut v. 1099. 1148. 1303:* secum *post* abs te *Hermannus in Iahnii Ann. nov. phil. t. xxxv, p. 192. Haerebat Kampmannus de* AB *praep. p. 8* Dono *BC*. Donec *D*. Doneſ *FZ* auferreque *Camerarius ms. teste Taubmanno (an Grutero?)*. auferet *BCD*. auferre *FZ* quo lubeat *'alibi legi' Pius ait*. quo iubeat *BC*. quod lubeat *DFZ* 983. sed enim ne istam *Acidalius*. ſed ne iſtam *libri*. sed ne istanc *idem Acidalius* et *om.* *B* 984. Vido *B* delicatus *scribebatur* que *BF* tę tãquam *C*. etiam *D* amét *C*. meoſ *B* 985. st tace *Camerarius*. aſt tace *CD*. aſt tacet *B*. at tace *FZ*. st *sine* tace *Lindemannus, non male* aperitur foris

Haéc celox illíust, quae hinc egréditur internúntia.

PYRGOPOLINICES.

Quae haéc celox?

PALAESTRIO.

Ancíllula illius ést, quae hinc egreditúr foras:
Quae ánulum istunc áttulit quem tíbi dedi.

PYRGOPOLINICES.

Edepol haéc quidem
Béllulast.

PALAESTRIO.

Pithécium haec est praé illa et spinturnícium.
Víden tu illam oculis uénaturam fácere atque aucupium aúribus?

Bothius. aperiuntur foriſ *C.* aperiuntur foreſ *reliqui* hunc ***B*** danculum ***C*** 986. Hec ***BF*** cęlox ***B*** illiust ***R.*** illiuſ ***B.*** illiuſ eſt ***CFZ.*** illiuſ eſt ịlliuſ ẹ̄ ***D*** que ***BF*** hinc *Beroaldus, Scaliger, Guyetus, Bentleius in Heaut. II, 3, 58.* hic *libri.* huc *Bothius. Et prorsus ita in proximo versu* egredietur ***B*** internuncia ***Z*** internuntia.....egreditur *(v. 987) om.* ***C*** 987. PY. *om.* ***BD*** Quae celox, *deleto* haec, *Bothius: nescio an vere* PA. *om.* ***B*** quae *om.* ***B,*** *Bentleius* foriſ ***B*** *Praestat fortasse:* ancíllulaſt illíus, quae egreditúr foraſ 988. iſtuc ***Z*** dedit ***BaCD.*** ded•• *cum ras.* ***Bb*** ẹdepol ***C*** haec quidem ***BC.*** equidem ***DFZ*** 989. Bellulaſt ***CF.*** Belluleſt ***D.*** Belluaſ ***B.*** Bellula eſt ***Z*** pithecium *Pius.* phitecium ***BD.*** phitęcium ***C.*** phiterium ***FZ*** 990. oculiſ uenaturam ***F,*** *Nonius p. 230.* oculiſ ut naturam ***CD.*** oculi ſuae naturam ***B.*** oculiſ mature ***Z***

MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

MILPHIDIPPA.

Iámst ante aedis círcus, ubi sunt lúdi faciundí mihi.
Díssimulabo, hos quási non uideam néque esse hic etiamdúm sciam.

PYRGOPOLINICES.

Táce: subauscultémus, ecqui dé me fiat méntio.

MILPHIDIPPA.

Númqui hic prope adest, quí rem alienam pótius curet quám suam?
Qui aúcupet me quíd agam? qui de uésperi uiuát suo?
Ĕos nunc homines métuo ne obsint míhi, neue obstent úspiam,

Act. IV. Scen. 2. MILPHIDIPPIA ANCILLA. MILES IDEM. SERVVS *B*. *om.* *CDa*. MILFI PY PA *Db*. Mildippa. Pyrgopolyniceſ. Paleſtrio *F*. Milphidippa. Pyrgopolinyceſ. Paleſtrio *Z* 991. Mi. Iam *FZ*. Mil. Tam *B*. MILPHIDIPPA. Tam *D*. MILPHIDIPPA. am *C*. MI. Iamne *Pylades* eſt *libri* ediſ *CF* circaſ *BCDGK*. hircuſ *FZ et 'Vaticanus' Lipsii Ant. lect. V, 15: sed* yrcuſ *H* ubi sunt ludi faciendi *coni. Camerarius*. ubi ſunt ludificandi *BCDGK*. ubi eſt ludificanduſ *FZ*. qui ē ludificanduſ *idem ille 'Vaticanus' h. e. H* 992. Adsimulabo *Bothius* hoſ *libri, nisi quod id e* uoſ *correctum in B*. hoc *Guyetus, Gronoviana* 993. ecqui de me *R e CDZ* (ecquide me *C*). heo quid de me *B*. equidem me *F*. ecqua de me *Pius*. ecquid de me *Camerarius* 994. Numqui hic prope adest *R: (nisi qui* Numqui hic prope namst *maluerit.)* Num quiſ nam hic prope adeſt *CDF et (nisi quod* Nunc *pro* Num) *Z*. Num quiſ nam hic properat ē *B* 995. me quid agam, qui de *Camerarius*. me quid aquā quidē *B*. me quit aquà quidè *CD*. me quique quidem *F*. quique quidē *Z* uiuat]iu iat *B* hominef *C* ne obsint mihi *R, Guyetus*. mihi ne obſint *libri* obſtent *FZ*

Dómina si clam domo húc transibit, quae húius cupiens córporist,

Quae ámat hunc hominem nímium lepidum et nímia pulcritúdine,

Mílitem Pyrgopólinicem.

PYRGOPOLINICES.

Sátin' haec quoque me déperit?

Laúdat speciem meam.

PALAESTRIO.

Édepol huius sérmo haut cinerem quaéritat.

PYRGOPOLINICES.

Quo árgumento?

PALAESTRIO.

Quía enim loquitur laúte et minume sórdide.

---

obtet *CD*. opte *B* 997. Domina si clam domo huc *R*: *nisi* Domina si domo (*vel* Domina domo si) clam huc *praetuleris*. Domofibit ac dum huc *BD*. Domuf ibit ac dum huc *C*. Domo fi ibit ac dum huc *FZ*. Domina si domo huc *Acidalius*, Domo si illaec clam huc *Lindemannus*. *Cf. Fleckeisenum Philologi II, p. 89* transibit quae *Camerarius*. tranfiuit atq' *CDFZ*. tranfiuit adq; *B* corporift *B*. corporif eft *reliqui* 998. nimiam *B*, *sed* am *e corr.* pulchritudinē *B*. pulchritudine *reliqui* 999. Pilitem *B* pirgopelinicem *BDF*. pyrgopolynicem *Z* hoc *B*. hec *F* deperii *B* 1000. Laudat speciem meam *R*. Meam laudat fpeciem *libri*. Laudat speciem *Bothius: cui praestabat* Speciem laudat Edepol . . . . quaeritat *tribui* Palaestrioni, *quae libri* Pyrgopolinici *continuant* sermo haud cinerem quaeritat *Gruterus*. fermonif haut cinerem quaeritat *C*. fermonif aut emerē quęritat *B*. fermonif haud cinerem quaeritant *D*. fermonef haud cinerem q̃ritant *FZ*. sermones cinerem haud quaeritant *Bothius, quod defendi potest* 1001. Quo argumento *dedi* Pyrgopolinici: Palaestrioni *libri* PAL. Quia *R*. PYR. Quia *BFZ*. Quia *CD* laudē *B* mineme

[Quídquid istaec dé te loquitur, níhil attrectat sórdidi.]
Tum aútem illa ipsast nímium lepida nímisque nitida fémina.

PYRGOPOLINICES.

Hércle uero haec iam ádlubescit prímulum, Palaéstrio.

PALAESTRIO.

Príusne quam illanc óculis uideas?

PYRGOPOLINICES.

Quód uideo, id credó mihi:
Nam haéc lacerta, múllo absente, me ádigit se ut amem.

B ead. m. minime *reliqui* 1002. *Versum in Z omissum, sed servatum in BCDF, neglectum autem a Camerario, Grutero, Pareo, primus e C revocavit Bothius, tribuens* Palaestrioni *quem libri* Pyrgopolinici *continuant. Suppositicium tamen esse A arguit, a quo eum abfuisse praefatio docet* Quidquid istaec *Bothius.* Quid ait iſta hec *B.* Quid ad iſta haec *C et, nisi quod* hec, *DF* sordidi *B.* ſordide *libri.* sordidum *Bothius* 1003. Palaestrioni *continuavi:* Pyrgopolinici *libri* Tu *BC* autem illa] antē milia *B* ipſa eſt *CDFZ.* ipſa *B* lepidam *B* nitida] itidē *B* 1004. PY. *praemittunt BCD: om. FZ* haec *B. om. libri* paleſtrio *omnes* 1005. PA. *om. D* Priuſ nequam *Z* illanc *Bothius.* illam *BCD.* illam *FZ* uideas? PY. quod uideo, id credo mihi *B.* tuiſ PY. uideo id quod credo tibi *libri, nisi quod* ideo *B (ascitum a Camerario), ut autem pro* id *C.* tuis uides? PY. uideo id quod credo tibi *Pylades. Interrogandi signo post* oculis *posito,* PY. tuis uideo id quod credo tibi *Acidalius* 1006. PA. *praemittit C* Nam *B.* Cum *BCDGK.* Tum *FHZ, Bothius* hec *BFGH* lacerta, mullo absente, me adigit se ut amem. PA. hercle hanc quidem *B.* elocutam illā autem abſentem ſubigit me ut amem hercle hanc quidem *C et post* ut *inserto* PA. *DG.* locuta illam autem abſentem ſubigit metuit PA. Amen hanc hercle quidā *B.* elocuta (elocutam *H*) illa autem abſenſ (abſentem *HK*) ſubigit me ut amem (amen *FH*) hercle hanc quidem *FHKZ. (Indiligens de Vaticanis testis Lipsius Ant. lect. V, 15.)* locuta, illa autem absente, subigit se ut *e. q. s. Bothius: pro quo debebat potius* locuta, illa autem absente, me adigit se ut *e. q. s.: quanquam ne hoc quidem defendi posse concedo. Totum versum sic conformabat Camerarius:* Cum haéc locutu's. illa autem absens ádigit me ut amem hercle hánc quidem, *a Pio addi-*

PALAESTRIO.

Hercle hánc quidem
Níl tu amassis: míhi desponsast. tíbi si illa hodie núpserit,
Égo continuo uxórem hanc ducam.

PYRGOPOLINICES.

Ergo hánc quid dubitas cónloqui?

PALAESTRIO.

Séquere hac me ergo.

PYRGOPOLINICES.

Pédisequos tibi sum.

MILPHIDIPPA.

'Vtinam, quoius causá foras
Húc sum egressa, cónueniundi míhi potestas éuenat.

---

git *asciscens; sic autem licentius Acidalius, primus recte distribuens personis:* Quid illa autem absens, cum haec locutu súbigit me ut amem? PA. hercle hánc quidem . . *Denique Palmerius p. 677:* Cum haec celox tam bella: illa autem absens subigit me ut amem hanc quidem 1007. PAL. *praemittunt* ***FZ*** Nihil *libri* tuam affiſ ***B***. tua maſſiſ ***D*** mihi ***R***, *Bothius.* mihi haec ***CDZ***. mihi hec ***BF*** deſponſa eſt ***B***. deſponſataſt ***CDFZ*** tibi *om.* ***B*** nubſerit ***CD*** 1008. Ego continuo uxorem hanc ***R*** *Proleg. in Trin. p.* CXXVII. Ego hanc continuo uxorem *libri.* Hanc continuo uxorem ego *Bothius* ergo hanc quid ***R*** *ibidem.* quid ergo hac ***B***, *Cam.* quid ergo hanc *reliqui, item 'libri veteres' Lambini Ceterum ab hoc versu Hermannus olim asynartetos exorsus est e dimetro trochaico acatalecto et iambico dimetro catalectico compositos, quibus reliquam scenam Reizio auctore descripsit in libro de metris p. 391 sqq. Quem secutus est Bothius* 1009. pediſequuſ ***Z***. pediſecuſ ***F***. pediſ equiſ ***B***. pediſſequuſ ***CD*** cuiuſ *libri* causa foras || Huc ſum ***R***. cauſa || Foraſ ſum *libri, nisi quod* Fori ſũ ***B***. *Fortasse tamen* me ergo *e glossemate sunt et sic hi versus scribendi:*

Séquere hac. Pedisequós tibi sum. Vtinam quóius causa súm foras
Húc egressa

conueniendi *libri* euenat ***R***. eueniat *libri*

PALAESTRIO.

Erit ét tibi exoptatum óbtinget: bonum habe ánimum, ne formída:

Homo quídamst qui scit, quód quaeris ubi sít.

MILPHIDIPPA.

Quem ego hic audíui?

PALAESTRIO.

Sociúm tuorum consíliorum et partícipem celatórum.

MILPHIDIPPA.

Tum pól ego id, quod celo, haút celo.

PALAESTRIO.

Immo étiam sic non célas.

MILPHIDIPPA.

Quo argúmento?

PALAESTRIO.

Infidós celas: ego súm tibi firme fídus.

1011. *Hinc exorsus anapaesticos tetrametros per reliquam scenam secundis curis Hermannus descripsit Elem. doctr. metr. p. 405 sqq.* et *om.* ***B*** optinget ***B***. obtinget ***CDZ***. obtiget ***F*** habet ***B*** *ead. m.* 1012. MIL. *praemittunt* ***FZ*** quidamſt ***CD***. quidam eſt ***BF***. quidem eſt ***Z***. quiſ eſt '*in priscis exemplaribus legi' ait Pius* qui ſcit ***BC***. quidſit ***D***. PAL. qui ſcit ***FZ*** queriſ ***BF*** *Fortasse scriptum fuit* quem ego nam hic: *cf. tamen Prol. Trin. p.* CCIII. 1018. Solium ***B***. Sociorum ***D*** conſiliorum ***DFZ***. conciliorum ***BC***, *Bothius* celatorum ***R***. conſiliarium *libri e glossemate*. consiliorum *Bothius*. conciliorum, *de quo quis cogitet, non videtur defendi posse* 1014. MIL. *om.* ***B*** id *om. Hermannus* cęlo haud ***BZ*** cęlo ***Z*** etiam sic *Bothius*. etiam ſed *libri*. ita etiamsi *Camerarius*. etiam si *Gruterus* cęlaſ ***Z***. UILAS *visum est in* ***A*** *apparere* 1015. MIL. *et* PAL. *om.* ***BCD*** infido ***FZ***, *Hermannus* cęlaſ ***Z***. colaſ ***B*** firme fiduſ ***R***. firme fideliſ ***CDFZ***. firma fideſ ***B***. US *in fine apparuit in* ***A***. firma fide *Camerarius*. firmus, fidelis *Hermannus*

MILPHIDIPPA.

Cedo signum, si harunc Báccharum es.

PALAESTRIO.

Amat múlier quaedam quéndam.

MILPHIDIPPA.

Pol istúc quidem multae.

PALAESTRIO.

At nón multae de dígito donum míttunt.

MILPHIDIPPA.

Enim cógnoui nunc: fécisti modo mi éx procliuo plánum.
Set hic númquis adest?

PALAESTRIO.

Vel adést uel non.

MILPHIDIPPA.

Cedo té mihi solae sólum.

PALAESTRIO.

Breuin' án longinquo sérmoni?

MILPHIDIPPA.

Tribus uérbis.

PALAESTRIO.

Iam ad te rédeo.

1016. harunc baccharum es *Camerarius*. harunc baccharum ẽ *B*. harunc baccharu eſt *C*. harunc bacharum eſt *D*. hoc uerum eſt *FZ* *Fortasse transponendum* muliér amat quaedam] q̇dã *B* 1017. multe *bis* *BF* dedigitto *Z*. didigito *B* domum *BZ* 1018. feciſt *D* mihi *libri* poliuo *D* planum *Gulielmus*. patrẽ *B*. patrem *CD*. parem *FZ* 1019. nuncquiſ *B*. numquiſ, *non nunq.*, *CD* adeſt] eſt *B* solae solum *Pius*. ſole ſolum *FZ*. ſiſoluẽ *B*. ſolę (ſole *D*) ſolũ eſſe *CD* 1020. Breuin an *DFZ*. Breum an *C*. Breui nã *B*. Breuen' an *Hermannus*. *Vide Proleg Trin. p. CLII.* sermoni (*casu tertio*) *R*. ſermone, *B*. ſermone *reliqui*

PYRGOPOLINICES.

Quid? ego ástabo hic tantísper cum hac forma ét factis sic frústra?

PALAESTRIO.

Patere átque asta: tibi ego hánc do operam.

PYRGOPOLINICES.

Propera: éxspectando excrúcior.

PALAESTRIO.

Pedetémptim tu scis tráctari solitás esse huiusmodi mércis.

PYRGOPOLINICES.

Age age, út tibi maxume cóncinnumst.

PALAESTRIO.

Nullúmst hoc stolidius sáxum.

Adeo ád te. quid me uóluisti?

1021. ego] $\overset{o}{g}$ B *h. e.* ergo   astabo hic R. hic aftabo *libri*   tantif per quom hac B. *Mirer nisi transpositis verbis* cum hac tantisper *dederit poeta*   formâ B   sic frustra *Camerarius*. fit fruftrã B. fi fic fruftram CD. fi fic fruftror Z. fic fic fruftror F

1022. Paterae B   atque asta tibi *Pius*. atque fta tibi CDF. atque ifta tibi Z. aequeaftabi B   propera: exspectando R*: (nisi* opperiendo *vel* cunctando *malueris.)* properando *libri*. properadum *Colvius*. propera: stando *Siberus*. properando *qui 'prae impatientia' interpretati sunt, debebant saltem* properando miser excrucior   excruciet B   1023. PAL. *om.* FZ*: addidit primus Saracenus*

Pedetem^{p}tim D *ead. m.* Pedetempum C. Pede tempim B*: qui inter hanc vocem et* tu *vacuum spatium habet non exiguum*. Pedetentim FZ   tu scis R. tu hec fcif BF. tu haec fcif CD. tu haec fcief Z. nescis tu *Guyetus*   tractari solitas esse R. tractare fole&f hafce D. tractare folef hafce CFZ. tractare fole B. tractari solere hasce *Pylades et* ita *ante* solere *inserto Camerarius* tractare ita solitu's has *Hermannus*, *interpungens post* Pedetentim   merce*f* BC. meritif DFZ   1024. maxime concinnum eft *Camerarius*. maxime concinnuf *libri*, *nisi quod* côcinnuf Z. magis est concinnum *suspicor scripsisse poetam*   nullumft CDF. nulluf eft B. nulli eft Z   ftollidiuf Z   1025. Adeo R. Redeo *libri*. Venio *Aci-*

MILPHIDIPPA.

Quo pácto hoc dudum accépi,
Calidúm refero ad te cónsilium, hunc quasi dépereat.

PALAESTRIO.

Teneo ístuc.
Conlaúdato formam ét faciem, et uirtútis commemoráto.

MILPHIDIPPA.

Ad eám rem habeo omnem aciém, tibi uti dudúm iam demonstráui.
Tu cóntra cura et cóntempla et de mĕis uenator uérbis.

PYRGOPOLINICES.

Aliquám mihi partem hodie óperae des deníque: tandem ilico adésdum.

PALAESTRIO.

Adsum: ímpera, si quid uís.

---

dalius quid me . . . . . ad te *om.* ***FZ**: restituit primus Camerarius* hoc dudum *Camerarius.* hoccilium ***B***. hoc ciliũ ***CDa***. hoc confilium ***De*** accepi ***B***, *sed* cce *e corr.* apell ***CDa***. apeľl ***De*** 1026. Calidum refero ***R***. Velif ut ***B***. Vaelifit ***C***. Vaeli fit ***D***. Istuc fero *Camerarius.* Istuc refero *Guyetus.* Istuc fero ego *Hermannus. Nisi quid aliud latet* hunc quasi *Guyetus.* quafi hunc ***FZ***. quafi huc ***BCD*** depereant ***BZ*** *In distribuendis personis secutus sum Acidalium. Libri:* PA. Quafi . . . MIL. Teneo iftuc. PA. Conlaudato . . ., *nisi quod* PA. *ante* Quafi *om.* ***FZ*** 1027. uirtutif ***BCD***. uirtutef ***FZ*** commemorate ***B*** 1028. At ***BCD*** omnem aciem *Camerarius.* omnẽ matiẽ ***B***. omnem aciem *reliqui, nisi quod* faciam ***De*** uti *Hermannus.* ut *libri* iam ***CDFZ***. clam ***B*** 1029 Milphidippae *cum* ***FZ*** *continuavit Acidalius.* PAL. *praefigunt* ***BCD*** contra ***Z***. cetera *reliqui, nisi quod* cetera ***C*** caura ***Da*** 1030. odie ***B*** opere ***BFZ*** tandem ilico adesdum ***R***. iam tandem adef ilico *libri, nisi quod* adę (*h. e.* adeft) ***D***. iam tandem ades illuc *Hermannus* 1031. Adfum ***B***. affum *reliqui* imperita, quid ais *Her-*

PYRGOPOLINICES.

Quid illaec narrát tibi?

PALAESTRIO.

Lamentári

Ait íllam miseram, crúciari et lacrumántem se adflictáre,

Quia tís egeat, quia té careat: ob eám rem huc ad te míssast.

PYRGOPOLINICES.

Iube adíre.

PALAESTRIO.

At scin quid tú facias? face té fastidi plénum,

Quasi nón lubeat: me inclámato, quia síc te uolgo uólgem.

PYRGOPOLINICES.

Memini ét praeceptis párebo.

PALAESTRIO.

Voco ego érgo hanc, quae te quaérit?

PYRGOPOLINICES.

Adeát, si quid uolt.

PALAESTRIO.

Sí quid uis, adi, múlier.

---

mannus illaeç *Gruterus*. illa haec ***CDZ***. illa hec ***F***. heç ***B*** tibi. PAL. lamentari *Pylades*. tibi lamentari ***B***. tibi te lamentari ***C***. tibi telamentari ***Da***. tibi tela mentari ***Db***. tibi ſe lamentari ***F***. tibi pol ſe lamentari ***Z*** 1032. PAL. *praemittunt* ***BCDF*** lacrimantem ***BCD***. lachrym. ***F***. lachrum. ***Z*** adflictare ***B***. afflictare *reliqui* 1033. tiſ ***CDFZ***. ſciſ ***B*** quia te] quia te ***B*** *ead. m.* ad te] ate ate ***B*** miſſaſt ***FZ***. miſſat ***CD***. miſſa ē ***B*** 1034. PY. *om.* ***DZ*** scin] *aut* ſin *aut* ſiti ***B*** face te *Camerarius*. facite ***B***. facito *reliqui* faſtidii ***CDFZ***. faſtili ***B*** 1035. sic te *Pylades*. ſictam ***B***. ſic tam *reliqui* uolgo uulgem ***B***. uulgo uulgem *reliqui* 1036. PYRH. ***C***. *om.* ***D*** precepte ***C*** PA.] P• *cum rasura* ***D*** uoco ego ergo *Hermannus*. uoco ergo *libri*. *An fuit* uocone ergo? quae te] ut ***B*** querit ***B*** 1037. PYPH. ***C***. *om.* ***Da*** quit ***Da*** uult *libri* adi *om.* ***B***

MILPHIDIPPA.

Pulcer, sálue.

PYRGOPOLINICES.

Meum cógnomentum cómmemorat. di tíbi dent, quaecumque óptes.

MILPHIDIPPA.

Tecum aétatem exigere út liceat.

PYRGOPOLINICES.

Nimium óptas.

MILPHIDIPPA.

Non me díco,

Set erám meam, quae te démoritur.

PYRGOPOLINICES.

Multae ídem istuc aliae cúpiunt,

Quibus cópia non est.

MILPHIDIPPA.

Hém ecastor haut mírumst: te habes cárum,

Hominém tam pulcrum et praéclarum uirtúte et fortem fáctis.

Heus, dígnior fuit quisquam, hómo qui esset?

---

pulcher *libri* 1038. PYPH. *C. om.* ***Da*** commemorat *Hermannus*. commemorauit ***CDFZ***. quiſ commerauit ***B*** di ***CD***. dii *reliqui* quaecumque (*vel* quęcũq') ***CDFZ***. ut ***B*** obteſ *in* ***C*** *prima manus semet ipsa corrigens* 1039. MI. *om.* ***Da*** etatem ***BF*** exire ***B*** 1040. erẽ ***B*** que ***B*** te demoritur *Pius*. dete moritur ***B***. te demeritur ***CD***. te demeretur ***FZ*** multe ***DF*** idem istuc aliae ***R***. aliae idem iſtuc *libri* 1041. copia non eſt ***BDFZ***. cupiunt (a) ñ ẽ ***C*** hem *addidit Hermannus* haud] ut ***B*** mirumst: te ***R***. mirum ſt *libri* habeſ *omnes* earum ***B*** 1042. pulchrum *libri* praeclarum ***R***. praeclarã ***B***. praeclara *reliqui*, *nisi quod* precl. ***C*** uirtutẽ ***B*** fortem factis ***R***. formã factiſ ***B***. forma factiſ *reliqui*. forma et factis *Camerarius* *Fortasse tolerari potest* praeclarum uirtute et forma et factis 1043. PYR. *praemittunt* ***FZ*** Heuſ dignior fuit quiſquam ***CDFZ***. Heuiſ dignior fuit quam

PALAESTRIO.

Non hércle humanust spúrcus:
Nam uólturio plus húmani credóst.

MILPHIDIPPA.

Magnum me fáciam
Nunc, quóm illacc me sic cónlaudat.

PALAESTRIO.

Viden tu ígnauom, ut sese ínfert?
Quin tu huíc responde: haec íllaec est ab illác quam dudum díxi.

PYRGOPOLINICES.

Quanam áb illarum? nam ita me óccursant multaé: meminisse haut póssum.

MILPHIDIPPA.

Ab illá, quae digitos déspoliat suos ét tuos digitos décorat:

B. Ecquis dignior fuit *Camerarius*. Heus dignior hoc fuit *Hermannus* humanust spurcus *valde dubitanter* *R*. humanum ſterge *BCD*. humanum eſt credo *FZ*, *Hermannus*. humanum est ergo *Camerarius*. *Novi qui de* humanust strigo *vel* humanumst stercus *cogitarint* 1044. uulturio *libri* eſt *libri* me *om.* *B*

1045. quom illaec me sic *R*. quo illic me illic *B*. quoniam illic me illic *D*. illic me illic *C*. quoniam illec me *FZ* collaudat *CD* uiden tu ignauum *CDFZ*. uident ignauum *B*. uiden ign. *Camerarius* infert *Acidalius*. inferant *B*. inferat *reliqui* 1046. MIL.PH. *praemittunt CD*, *et* PAL. *inserunt ante* haec responde] p̄ſipondi *B*. respondes *Camerarius* haec illaec *Pylades*. haec illic *BC*. hec illi *D*. hec illa *F*. hęc illa *Z* illac *Bothius*. illâ *B*. illa *reliqui* dixi *Reizius*. *om. libri* 1047. Quanam ab *Camerarius*. Quam ab *B*. Qua ab *reliqui*. ab qua '*in priscis exemplaribus legi*' *Pius dicit* me *libri*, *Hermannus*. mi *Bothius*, *Kampmannus de* AB *praep. p. 16* occurſat *B* multe *BF* haut *C*. aut *B*. haud *reliqui* poſſunt *F* 1048. illaq; *B* diſpoliat *F* suos et tuos] ſuo ſ; (*h. e.* ſuo ſed

Nam hunc ánulum ego ab tui cúpienti huic détuli, hic ad te pórro.

P Y R G O P O L I N I C E S.

Quid núnc tibi uis, muliér, memora.

M I L P H I D I P P A.

Vt, quae té cupit, eam ne spérnas:
Quae pér tuam nunc uitám uiuit: sit nécne, in te spes únost.

P Y R G O P O L I N I C E S.

Quid núnc uolt?

M I L P H I D I P P A.

Te compéllare et conplécti et contrectáre.
Nam nísi tu illi fers súppetias, iam illa ánimum despondébit.
Age, mí Achille, fiat, quód te oro: serua íllam, pulcer, púlcre.
Exprôme benignum ex te íngenium, urbícape, occisor régum.

P Y R G O P O L I N I C E S.

Heu,

---

uoſ) ***B*** 1049. ego ***B***. *om. libri* ab tui *om.* ***B*** cúpienti huic détuli, hic ád te ***B***. cupientiſ huc detuli huic ***CD***, *nisi quod* cupienteſ (i) ***C***. cupientiſ huic detuli ***B***. cupiente huc detuli huic ***FZ*** *et addito in fine* qui *Camerarius*. cupiente huc nunc detuli ego huic, hic *Hermannus* huic porto *pro* huic porro *'prisci codd.' Pii* 1050. memorat ***B*** quę ***Z***. que ***F***. qui ***BCD*** 1051. per tuam] perpetuam ***B*** uiuit *Pius*. uult *libri* sit necne *Guyetus*. ſit nec ne ſit ***CD***. ſi nec ſit ***B***. ſit nec ſit ***Z***. ſit ne ſit ***F*** in te spes unost ***B***. ſpeſ in te uno eſt *libri* 1052. nunc *om.* ***C*** uult *libri* compellaret et ***B*** conplecti, *non* compl., ***B*** contrectare ***DFZ***. conctrectare ***C***. contractare ***B*** 1053. ſubpetiaſ ***C***. ſuppeciaſ ***Z*** deſpondit ***B*** 1054. Achille *Hermannus*. achilliſ ***B***. achilleſ *reliqui* oro] ſoror ***Ba*** illam, pulcer, pulcre ***B***. illam pulchram pulchre *libri*. pulchram pulcher *'alibi scriptum esse' dicit Pius* 1055. PAL. *praemittunt* ***BCD*** te *libri*. tete *Camerarius* urbicape *Camerarius*. ubicape ***B***. inturbicape ***CD***. mi uir cape ***FZ***. urbium captor *Pylades 'ex codd. ant.' ut ait* 1056. Heu *extra versum posi-*

Hercle ódiosas res: quótiens hoc tibi, uérbero, ego interdíxi,

Meam né sic uolgo pólliciter operám.

P A L A E S T R I O.

Audiu tu, múlier?

Dixi hóc tibi dudum et núnc dico: ni huic uérri adfertur mérces,

Non híc suo seminió quemquam porcéllam inpertitúrust.

M I L P H I D I P P A.

Dabitúr, quantum ipsus pretí poscet.

P A L A E S T R I O.

Talentúm Philippum huic opus aúrist.

Minus áb nemine accipiét.

M I L P H I D I P P A.

Heu ecastor hóc nimis uilest tándem.

---

tum ***R***, *superiori annexum Bothius. om. Guyetus* Eu ***D***. Ea ***C*** ego huc tibi uerbero ***F*** 1058. ne *om.* ***B*** uolgo ***B***. uulgo *reliqui* pollicitere *Hermannns.* pollicitare ***B***. pollicitereſ ***CDa***. pollicitareſ ***De***. polliciteriſ ***Z***. policiteriſ ***F***. pollicoreriſ *Scioppius posuit Susp. lect. III, 9, imprudens puto* tu]tu istuc *coni. Hermannus* 1059. ni huic *Reizius.* niſi huic ***BCD***. niſi huc ***F***. non huc ***Z***. huic nisi *Guyetus* uerri affertur ***Z*** *e Prisciani V, p. 645 P. (t. I, p. 174 Kr.)* uerriant fertur (*h. e.* affertur) ***CD***. uerreant u† tu ***B***. uerna fertur ***F***. uerri datur *A. Mai Thes. lat. p. 521* merciſ ***B*** 1060. hoc *Thes. lat.* quemquam ***BCDF***, *Prisciani codd. (etiam Halberst.) et vet. edd.* quanquam ***Z***, *Prisc. unus cod. apud Krehlium, Gulielmus.* quamque *Pius.* quemque *Camerarius* porcellam *Reizius.* proculē ***B***. proculem ***CD***. proculeum ***F***. porculenam ***Z***, *et aut sic aut* porculae. uam *codd. Prisc.* porculum *Camerarius.* porculam *Lambinus* impertituruſt ***CD***. inpertituſt ***B***. impartituruſ eſt ***F***. partituruſt ***Z*** 1061. ipſiuſ ***B*** preti ***CD***. pretiiſt ***B***. precii ***FZ*** philippum ***Z***. philippium ***BCD***. philippeum ***F*** eſt *libri* 1062. a ***FZ*** nemini ***B*** heu ecástor hóc ***R*** (*cf. Prol. Trin. p.* CLXXIV. *sq.*) heu ecaſtor ***FZ***. neue caſtor ***B***. eu ecaſtor ***CD***. heu heú ecastór

PYRGOPOLINICES.

Non míhi auaritia umquam ínnatast: satis hábeo diuitiárum.
Plus pól mi auri millést modium Philippí.

PALAESTRIO.

Praeter thensaúros.

Tum argénti montis, nón massas habet: Aétna aeque non áltast.

MILPHIDIPPA.

Heu ecástor periurum.

PALAESTRIO.

'Vt ludo?

MILPHIDIPPA.

Quid ego? út sublecto?

PALAESTRIO.

Scíte.

Hermannus. Licebat etiam heu hóc ecastór uilest *BCD*. uile est *FZ*. uilist *Acidalius* 1063. auaricia *BCDF* nunquam *Z* innatast *CD*. natаẽ *B*. innata est *FZ*. ignatast *scriptum fuit antiquitus* habeo *BCDF*, *codd. Pyladis*. est *Z* 1064. Plus pol *B*. Plusa *B*. Plus *reliqui* mihi auri mille est *CD*. mihi auri est *B*. mihi auri est mille *F*. mille auri: mille est *Z*. mihi mille auri est *Bothius* modium *B*. mosidiũ *B*. modiorum *reliqui* philippi *BCD*. philippei *FZ* praeter thensauros *B*. praeter thesaurus *B*. precertensaurus *CD*. preter thesaurum *FZ* 1065. montis *B*. montes *reliqui*. mons *Lachmannus prooem. lect. hib. Berol. a. 1847 p. 3: pergens is quidem sic:* nam mássas hábet Aetna aequo non altast *B*. ethna (ethna *C*) mons non aeque altos *CDa*. non eq' altos, *reliquis omissis*, *B*. ethna (etna *Z*, aethna *F*) mons non eque altus *DbFZ*. Aetna non aeque alta est *Camerarius*. Aetna haud mons aeque altust *Hermannus*. Aetná mons non aeque áltust *Lachmannus*. *An fuit* Aetnast non aeque alta? 1066. Eu *BCD* castor *B* periurum *Hermannus post Bothium*. hominem periurum *libri*, *nisi quod* periurium *F* ego ut sublecto *Acidalius:* ego ut sublecto os *Camerarius*. ego ui sublectos *BCD*. ego ui subiectos *F*. ego ui sublectus *Z*. ergo tu sublectus

MILPHIDIPPA.

Set amábo me mitte áctutum.

PALAESTRIO.

Quin tu huíc respondes áliquid,
Aut fácturum aut non fácturum? quid illám miseram animi excrúcias,
Quae númquam male de té meritast?

PYRGOPOLINICES.

Iube eámpse exire huc ád uos.
Dic me ómnia quae uolt fácturum.

MILPHIDIPPA.

Facis núnc ut te facere aéquomst,
Quom, quaé illaec uolt, eadém tu uis.

PALAESTRIO.

Non ínsulsum huic ingéniumst.

'*codd. antiqui*' *Pii* 1067. me mitte *Bothius*. mitte me *libri*, *nisi quod* mittite me *C*: *unde* mittito me *Hermannus* refpondif *B* 1068. animi *CDFGK*, *codd. Pyladis*, '*Vatic.*' *Lipsii Ant. lect. V, 15.* e aĩ *K*. et amicam *B*: *unde* exanimam *Dousa*. tantum *Z* cruciaf *B* 1069. Que *BDF* mele *C* de te merita est. PY. at iube eampse *Scioppius Susp. lect. III, 21*, eampse *debens Rittershusio*. at *delevit Hermannus*. de te meritaft iubeam ipfe *CDa* (iubeam *De*). de te meritaft. PY. iube eam ipfe *F*. de te merita eft. PY. iube eam *Z*. dixerit at iubeam ipfe *B* 1070. me *FZ*. mihi *CD*. m *B* que *BF* uul *C*. uult *reliqui* MIL. *om*. *BCD* ut te facere aequomst *R*: ut te facere aequum *Hermannus*. ut facere aequum *DFZ*. ut facere aequm *C*. facere aequom *B* 1071. Quom quae illaec *R*. Quodipte *C*: *in quo latere puto* ap te, *sed id ipsum ab interprete additum*. Qdq' *B*. Quod^q te *D e corr*. Que te *F*. Que te *Z*. Quod quae *Camerarius*. Quom quae *Lambinus*. Quod ipsa *Pareus*. Quod quae te *Gruterus*. Quom, quae te *Bothius* uult *libri* eadem *B*. eandem *reliqui* PAL. *CFZ*. PYR. *BD* insulsum huic ingeniumst *R*. hoc infulfum hinc ingenium *BC et*, *nisi quod* *E* pro

MILPHIDIPPA.

Quomque óratricem hau spréuisti, sistíque exorare éx te. Quid est, út ludo?

PALAESTRIO.

Nequeo hércle equidem risu ádmoderarier.

MILPHIDIPPA.

Érgo

Ob eám causam huc abs te áuorti.

PYRGOPOLINICES.

Non édepol tu scis, múlier,

Quantum égo honorem nunc ílli habeo.

MILPHIDIPPA.

Scio et ístuc illi dícam.

PALAESTRIO.

Contra aúro alii hanc uendére potuit operám.

MILPHIDIPPA.

Pol istuc tibi crédo.

PALAESTRIO.

Meri béllatores gignuntur, quas híc praegnatis fécit,

---

hoc, *D*. hic infulfum habet ingenium *FZ* 1072. Quomque *Bothius*. Qm̃ me *B*. Cumque me *CD*. Cunque me *F*. Quumque me *Z* hau *R*. hii *B*. hic *CD*. non *FZ*. haud *Camerarius* Quomque oratricem me haud spresti sistique *Guyetus* fpreuiftif iftique *BCD*. spreuisti siuistique *Camerarius*. fpreuifti ut *FZ* exorarem *FZ*. exorari *Bothius* ex te *FZ*. exfte *D*. ixfte *BC*. ista *Bothius* sistique te exorare *Acidalius* 1073. neque *B* equidem *Bothius*. quidem *BCDZ*. *om.* *F* risu admoderarier. MI. Ergo || Ob *R*. rifum ac moderarier. || MI. Ob *B*. rifu meo moderarier. || MI. Ob *CD*, *nisi quod* Ab *C*. rifu meo moderarier. || Ob *FZ*. risu me admoderarier. || Ob *Camerarius*. risu med admoderari. || Ob *Hermannus* diuorti *F* edepol *C* 1076. pol iftuc *libri*. istuc pol *Camerarius* 1077. Meri] *cf. Proleg. Trin. p. CXLVII.* cinguntur *B* praegnatif *B*. praegnantif *D*. pre-

Et púeri annos octingentos uiuónt.

MILPHIDIPPA.

Vae tibi, nugátor.

PYRGOPOLINICES.

Quin mílle annorum pérpetuo uiuónt ab saeclo ad saéclum.

PALAESTRIO.

Eo mínus dixi, ne haec cénseret me aduórsum se mentíri.

MILPHIDIPPA.

Perií, quot hic ipse annós uiuet, quoius fílii tam diu uíuont?

PYRGOPOLINICES.

Postríduo natus sum égo, mulier, quam Iúppiter ex Ope nátust.

PALAESTRIO.

Si hic prídie natus forét quam illest, hic habéret regnum in caélo.

MILPHIDIPPA.

Iam iám sat amabost: sínite abeam, si póssum, uiua a uóbis.

PALAESTRIO.

Quin érgo abis, quando résponsumst?

MILPHIDIPPA.

Ibo átque illam huc addúcam,

---

gnantis *CFZ* 1078. uiuunt *libri: item v. sq.* MI.] PY. *CD* ue *libri* 1079. PY. *om.* *BCD* Quin *FZ*. Qui *BCD*, *Nonius p. 499* ab seclo ad seclum *F*. ab seculo ad seclum *Da*. absacio adseclũ *B*. ab satio ad sęclum *C et, nisi quod seclum, Da*. ad saeculo pro ad saeculum *Nonius* 1080. hec *BF* censeris *B* 1081. Peri *F* quot] qt *B* ipse *om.* *Z* cui *B*. cuius *reliqui* diu sunt *B*. diu uiuunt *reliqui* 1082. natos *B* iupiter *DFZ* exoptuma ē *B*. ex ope natus est *reliqui* 1083. natus *B*. *om. reliqui* ille est *libri* celo *BF* 1084. abea nisi possum adiuua uobis *B* 1085. abis] ab eis *B*. abi *Bothius* responsumst *BCDZ*. responsust *F* atque] at

Proptér quam operast mihi. númquid uis?

PYRGOPOLINICES.

Ne mágis sim pulcer quám sum:
Ita mé mea forma habet sóllicitum.

PALAESTRIO.

Quid núnc stas? quin abis?

MILPHIDIPPA.

'Abeo.

PALAESTRIO.

Atque ádeo, audin'? dicíto docte et cordáte.

MILPHIDIPPA.

Vt cor ei sáliat.

PALAESTRIO.

Philocómasio dic, sí east hic, domum ut tránseat: hunc hic ésse.

MILPHIDIPPA.

Hic cúm mea erast: nam clám nostrum hunc sermónem sublegérunt.

B hic **D** *ead. m.* 1086. Propter quam **R**. Propter **BCD**. Quam propter **FZ** opera eſt mihi *libri*. mi opera est *Bothius* numquid **D**. nũquid **BC** PY. *om.* **CD** pulchra **B**. pulcher *reliqui* ſuã **B** 1087. habet ſolicitum **FZ**. habent ſollicitum **BCD** *Facile quispiam de transponendis verbis cogitet:* Ita sollicitum mea forma me habet: *sed vide Proleg. Trin. p.* CXXI. CXLIX. *Nec Bentleius offendit in Heaut. III, 1, 52* nunc **R**. nunc hic **B**. hic nunc *reliqui* *Fortasse scripserat poeta:* quid nunc stas: abin hinc? 1088. audin *Bothius*. audin tu *libri* docte] ut docte **B** cordate *hinc excerptum in Glossario Plautino* MIL. *om. libri: addidit Camerarius* ut cor ei ſaliat **CDFZ**. curaſ aluit **B**: *unde* cura aliud *Camerarius, quod esse* aliud cura *debebat.* ut cor saliat *Hermannus* 1089. PA. *om. libri: add. Camerarius* si eást hic **R**. ſi eſt hic **CDFZ**. eſt hic **B**. si est nunc hic *Hermannus* hunc hic **CDeFZ**. huc hic **B**. hunc hinc **Da** 1090. cum mea hera est *Gruterus:* cum mea est hera *Camerarius*. cumera eſt **CD**. cum hera eſt **FZ**. cum fera ẽ **B**

PALAESTRIO.

Lepidé factumst: iam ex sérmone hoc gubernábunt doctius
pórro.

MILPHIDIPPA.

Remoráre: abeo.

PALAESTRIO.

Neque té remoror neque tángo neque te — tácea.

PYRGOPOLINICES.

Iube máturare illam éxire huc: iam istí rei praeuortémur.

Quid núnc mi's auctor, út faciam, Palaéstrio,
De cóncubina? nám nullo ea pactó potest
Prius á me in aedis récipi, quam illam obmíserim.

---

nam clam nostrum hunc *R*. clam noſtrum hunc *libri*. quae etiam noſtrum hunc *corrupte Servius in Virg. Bucol. IX, 20*. clam nostrum nunc *Hermannus* ſermonem ſublegerĩt *B*. ſermonem ſublegerat *Servius*. ſublegerunt ſermonem *CDFZ: nescio an vere* 1091. PA. *om. libri: addidit Pylades* factumſt iam *CD*. factum ſciam *B*. factum eſt iam *FZ* 1092. MI. Remorare: abeo. PA. neque te remoror *R secundum Bothium* remoro *scribentem*. PA. Rememorare. MI. abeo neque te moro *B*. PA. rememorare. MI. abeo neque te remoro *CD*. PA. remorare. MI. abeo neque te remoror *FZ*. *Superiori versui continuans* Rem. MI. me morare. PA. abeo neque te moror *Gruterus*. *E quo pendens Hermannus* Rem. MI. me remorare. PA. abeo neque te moror neque tango neque te *R: nisi* neque te tango neque *praetuleris*. neque te tango neque te *CDFZ*. neque et angone que et *B*. neque tango neque *Hermannus* 1093. maturare *BCDF*. maturate *Z* isti *Pylades*. iſtic *libri*

Act. IV. Scen. 3. Novam scenam praeter rationem ordiuntur libri. Continuavit Bothius. MILES SERVVS *B*. PIRG PAL *Da*. Pyrgopoliniceſ. Paleſtrio *FZ*. *om.* *Ca* 1094. PYRG. Quiſ *B*. PYRG. uiſ *C* nunc mi's *R*. mihi nunc eſ *DFZ*. mihi nunc eſt *BC* paleſtrio *libri* 1095. nam] noſtra *FZ* nullo ea *R*. nullo *libri* 1096. Priuſ] pluſ *C* a me *R*. haec *CDZ*. hec *F*. *om.* *B* obmiſerit *BCD*. omiſerim *FZ*. amiserim *Scaliger*, *Bothius*

PALAESTRIO.

Quid mé consultas, quíd agas? dixi equidém tibi,
Quo pácto id fieri póssit clementíssume.
Aurum átque uestem múliebrem omnem habeát sibi,
Quae illi ínstruxisti: súmat, aboat, aúferat;
Dicásque tempus máxume esse, ut eát domum:
Sorórem geminam adésse et matrem dícito,
Quibus cóncomitata récte deueniát domum.

PYRGOPOLINICES.

Qui tú scis eas adésse?

PALAESTRIO.

Quia oculís meis
Vidí sororem hic ĕius.

PYRGOPOLINICES.

Conuenistíne eam?

PALAESTRIO.

Conuéni.

PYRGOPOLINICES.

Ecqui fórtis uisast?

1097. *Iterat hunc versum (omisso* PA.*)* **B** *post v. 1099* PA. *om.* **FZ** agam? PA. dixi **FZ** 1098. pacto id **B**. id pacto *reliqui* clementiſſime *libri* 1099. muliebrem omnem **B**, *Brixius Qu. pros. p. 36*. omnem muliebrem *reliqui* tibi **B**

1100. que **DF** ſumet **Da**. ſumeṭ (a) **Db**. ſumeṭ (at) **Dc** abeat *Acidalius*. habeat *libri* 1101. maxime *Scaliger*. maxumum **BCD**. maximum **FZ** ut ſedeat **B** 1102. geminam adesse *Camerarius*. geminat ēē **B**. geminam eſſe *reliqui* 1103. Quibus concomitata *Acidalius*. Quib; cum cõmita **B**. quibuſ cum comita **Da** (comita[ta] **Dc**). quibuſcum comitata **FZ**. Quibus comitata *Lambinus*

1104. Qui *Camerarius*. Quid *libri* eaſ adeſſe **CBZ**. ea ſatiſſē **B**. eam adeſſe **F** 1105. sororem hic **R**: hic sororem *Scaliger*. hic ſororem eſſe *libri* conuenistine **R**: conuenstine *Guyetus*. conuenitne *libri* aeam **B**. ea **Z** 1106. ecqui **R** *ut v. 1111.* ecquid **CDFZ**. et quid **B**, *Nonius p. 306*. *Fortasse* ecquinam *vel* ecqui

PALAESTRIO.

'Omnia

Vis óptinere.

PYRGOPOLINICES.

'Vbi matrem esse aibát soror?

PALAESTRIO.

Cubáre in naui líppam atque oculis túrgidis
Nauclérus dixit, quí illas aduexít, mihi.
Is ad hós nauclerus hóspitio diuórtitur.

PYRGOPOLINICES.

Quid is, écqui fortist?

PALAESTRIO.

'Abi sis hinc: nam tú quidem
Ad equás fuisti scítus admissárius,
Qui cónsectare quá maris qua féminas.

---

tibi *scripsit poeta* fortiſ uiſa eſt ***FZ***, *Nonius*. fortiuſ uiſaſt ***CD***. fortiuſ uiſa eſt ***B*** 1107. uisa *mire Pflugius apud Scioppium Susp. lect. I, 7* obtinere *Camerarius*. optinare ***B***. opinare *reliqui* aibat ***R***. aiebat ***CDbFZ***. aleuat ***B***. agebat ***Da*** 1108. insabellippà atque oculi turgrediſ ***B*** mari *pro* naui ***Z***, *correctum iam a Scutario* 1109. Namcleruſ ***B*** quia ***B*** 1110. PY. *praemittunt* ***DFZ*** Hiſ ***B*** hos *Pylades*. uoſ ***BCD***. quoſ ***FZ*** *cum interrogandi signo in fine versus* diuortetur ***B*** 1111. PY. quid is? ecqui fortist? PA. abi sis hinc ***R*** *secundum Acidalium (qui ecquid fortis)*. Quid hiſ aec qui fortiſ ab biſ hic ***B***. quid iſ et qui fortiſ abi ſiſ hic ***C***. PA. quid iſ PY. ecqui fortiſ PA. abi ſiſ hic ***D*** *et (nisi quod* ſiſ hic ***Z***, ſiſ hinc ***F***) ***FZ***. hinc *primus Saracenus* 1112. ad equaſ ***C***. At equaſ ***B***. aduequaſ ***D***. adenſ que ***F***. ęque ***Z***. ad equoſ *Glossarium Virgilianum in Barthii Advers.* XXXVII, 5 fuiſti *libri*. eſſeſ *Gloss*. fuisses *Dousa*. fuis tu *Guyetus* admissarius *Gloss., Camerarius*. at miſſariuſ ***B***. emiſſariuſ *reliqui* 1113. consectere *Bothius* qua mares qua feminas *Lipsius Ant. lect. I, 13: Scioppius Susp. lect. I, 7: Bentleius in Andr. I, 3, 9*. qua mariſque feminaſ ***BCD***. que mareſque foeminaſ *Lipsii cod. Rover*. qui

Hoc áge nunc.

PYRGOPOLINICES.

Istuc quód das consilium mihi,
Te cúm illa uerba fácere de ista ré uolo.
Nam cúm illa sane cóngruost sermó tibi.

PALAESTRIO.

Quid pótiust quam ut tute ádeas, tuam rem túte agas?
Dicás tibi uxorem ésse necessum dúcere:
Cognátos persuadére, amicos cógere.

PYRGOPOLINICES.

Itáne tu censes?

PALAESTRIO.

Quíd ego ni ita cénseam?

---

maref que femine *F et (nisi quod* quę feminę) *Z*. aeque maresque et foeminas *Camerarius* 1114. Hoc age nunc. PY. istuc quod *R*. hoc age nunc iſtuc *CD*: PY. hoc age nunc iſtuc *BFZ*: *cum interrogandi signo in fine versus.* PY. Hoc age nunc. PA. istuc. PY. quod *Acidalius. Cum proximo versu constructa iunxit primus Guyetus* 1115. PAL. *praemittunt BCB* illa mihi *C* iſtac *F* 1116. illa] alio *B* congruost sermo *R*. congruuſ ſermo *C*, *Scioppius I, 7*. conguiſ ſermo *D*. conſeruo *B*. congruit ſermo *FZ* 1117. PA. *om. BCD* Quid potiust quam ut tute adeas *R*: *nisi forte* adeas? *scribendum, proxima autem sine interrogatione.* Qui potius quā tu ſed ē *B*. qui potiuſ cum tute adeſ *C et, nisi quod* quin, *DFZ*. Qui potius quam tu. sed enim *Camerarius, et cum interrogandi signo post* tu *Scioppius Susp. lect. I, 7: quod sic potius instituendum erat:* Quis potius quam tute adeat? — cum tu ades *correxit Scaliger*, tu quum ades *Guyetus: qua via talis versus effingi poterat:* Quin pótius, tute quóm ades, tuam r. t. a. — Qui potius, quam tute adeas, t. r. t. a. *Bothius male*

1118. tibi úxorem ésse necéssum *R*. uxorem tibi neceſſum eſſe *BDeFZ*. uxorem tibi neceſſuſ eſſe *CDa*. uxorem tibi necessum *Scaliger, Guyetus. Licebat etiam* necéssum tibi esse uxórem

1120. quid ego ni] *v. Bentleium in Heaut. III, 2, 18*

PYRGOPOLINICES.

Ibo ígitur intro. tu híc ante aedis ínterim
Speculáre, ut ubi illaec pródeat, me próuoces.

PALAESTRIO.

Tu módo istuc cura quód agis.

PYRGOPOLINICES.

Curatum íd quidemst.
Quin sí uoluntate nólet, ui extrudám foras.

PALAESTRIO.

Istúc caue faxis. quín potius per grátiam
Bonam ábeat abs te: atque íllaec quae dixi ĕi dato.
[Aurum ornamenta, quae illi instruxisti, ferat.]

PYRGOPOLINICES.

Cupio hércle.

PALAESTRIO.

Credo fácile te impetrássere.
Set abi íntro: noli stáre.

PYRGOPOLINICES.

Tibi sum obédiens.

1122. ut ut ibi *F* illa haec *B*. illec *FZ* 1123. quot *B* cura. quod ais, curatum *Palaestrioni continuans Acidalius* quidemſt *CD*. quidem eſt *BFZ* 1124. uoluntate] uolenter *Guyetus. Vide Proleg. Trin. p.* CLI. foras *Bothius*. foriſ *libri*

1125. Iſtuc *BFZ*. iſtud *CD* 1126. habeat *Da*. habeatiſ *B* adque *B* illa hęc quę *C*. illa hęc que *D*. illa haeq *B*. illec quę *Z*. illec que *F* dixi ei *B*. dixi *libri* 1127 *e v.* *1099 et 1147 conflatum esse Osannus vidit Anal. crit. p. 182* ornamenta quae illi *Bothius*. ornamentaque *B*. ornamentaque quę illi *CDFZ*. ornamentaque illi quae *Guyetus simul* instruxsti *scribens*

1128. PY. cupio hercle. PA. credo *Camerarius*. Cupio. PY. hercle credo *BCD*. PY. cupio. PA. hercle credo *FZ* facile te *Bothius*. te facile *libri* impetraſſere *BD*. impetraſ fere *C*. impetratum iri *FZ* 1129. intro noli ſtare *DFZ*. introdiſtare *C*. intro iſta re *B* PY. *om.* *BCD* oboedienſ *C*. obedieſ *B*

PALAESTRIO.

Numquíd uidetur démutare atque út quidem
Dixi ésse uobis dúdum hunc moechum mílitem?
Nunc ád me ut ueniat úsust Acroteleútium,
Ancíllula eius ac Pleúsicles. pro Iúppiter,
Satine út commoditas úsquequaque me ádiuuat?
Nam quós uidere me éxoptabam máxume,
Vna éxeuntis uídeo iam hinc e próxumo.

1130. PA. *om.* ***BC*** uidetur ***BZ***. quidetur ***CD***. qui detur ***F*** demurare ***F*** atque ut quidem *Bothius*. aut utique *libri*. atque prout *Pius*. atque uti ego *Camerarius*. atque ante ego *Guyetus*. *Cf. Prol. Trin. p.* CCLXXXVIII. 1131. huc ***CF*** moechum *Camerarius*. mecum ***BCDF***. meum ***Z*** 1132. ufuft acroteleutium ***CDa***, *codd. Pyladis*. ufuf tacero teleutium ***B***. ufuft acroteleufium ***Dc***. ufuft acroteleucium ***F***. ufuft acrotelotium ***Z*** 1133. AC ***A***. aut ***BCD***. et ***FZ*** pleuficlef ***BF***. pleufidef ***CDZ*** iupiter ***FZ*** 1134. Satine ***BCDZ***. Satin ne ***F*** commodataf ***C*** ufquequaque me ***D***. me ufquequaque ***CDFZ*** 1135. me exoptabam *Bothius*. exoptabam me ***BCDF***, *Pylades*. exoptabam ***Z***, *Lingius de hiatu p. 7* maxumę ***C*** 1136. exeuntif ***BDFZ***. exeuntef ***C*** uideo exeuntis *Acidalius et teste Fleckeiseno (Philol. II, p. 88) Reizius*. exeuntis uideo ego *coni. Bothius* iam hinc e ***B***. hinc e ***F***. hinc ***DCD***. de ***Z***. illinc de *Bothius*. hinc propere e *Lindemannus* proxumo ***BDF***. propxumo ***C***. proximo ***Z*** Acroteleutium milphidippa pleufic paleft *tanquam ultimum versum subiiciunt* ***BCD***

ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PLEVSICLES. PALAESTRIO.

ACROTELEVTIVM.

Séquimini: simul círcumspicite, né quis adsit árbiter.

MILPHIDIPPA.

Néminem pol uídeo, nisi quem uólumus conuentum.

PALAESTRIO.

Ét ego uos.

MILPHIDIPPA.

Quíd agis, noster árchitecte?

PALAESTRIO.

Egone árchitectus? uáh.

MILPHIDIPPA.

Quid est?

PALAESTRIO.

Quía enim non sum dígnus prae te, ut fígam palum in párietem.

Act. IV. Scen. 4. ACROTELEVTIVM MERETRIX. MILPHIDIPPA ANC. PLEVSICLES ADOL. PALESTRIO SERVVS ***B***. *nisi om.* ***CD***. Acroteleutium. Milphidippa. Pleuſicleſ. Paleſtrio ***FZ***, *nisi quod* Acrotelàtium *et* Pleuſideſ ***Z*** 1137. ACR. *praemittit* ***B***. *Ceterum per hanc scenam usque ad v. 1191 personarum notas tam raras* ***BCD*** *habent, ut non quas omittant, sed quas servarint adnotem* circumſpicie ***Ca*** adſit ***BZ***. atſit ***CDa***. aſſit ***DeF*** arbier ***C*** 1138. MI. ***BF***. *om.* ***Z*** Naeminem ***C***. Naminem ***D*** quem ***R***. hunc quem *libri* conuentum. PA. et ego nos *Camerarius*. conuentum et ego uoſ ***B***. conuentum eſt et ego uoſ ***CD***. conuentum eſſe. ACR. ergo uoca ***F***. conuentum eſſe. Ergo uoca ***Z*** 1139. MI.] A ***D*** *mrg.* arcitecte ***CDa***. architecte ***R*** *ut videtur* PA. ***Db*** *sup. scr.* architectiſ ***C***quit ***CDa*** 1140. Quia *Dousa*. Qui *libri* indignuſ ***Ba*** palum ***BbDeFZ***. palbum ***CDa***. pallium ***Ba***

ACROTELEVTIVM.

Heía uero.

PALAESTRIO.

Nímis facete nímisque facundé malast.
'Vt lepide derúnciuauit mílitem.

MILPHIDIPPA.

At etiám parum.

PALAESTRIO.

Bóno animo es: negótium omne iám succedit súb manus.
Vós modo porro, ut óccepistis, dáte operam adiutábilem.
Nám ipse miles cóncubinam intro ábiit oratúm suam,
'Ab se ut abeat cúm sorore et mátre Athenas.

PLEVSICLES.

Eú, probe.

PALAESTRIO.

Quín etiam aurum atque órnaménta, quae ípse instruxit múlieri,

---

1141. ACR. *Camerarius. om. libri* Heia **BCD**. Eia **Z**. Eya **F** PAL. *Camerarius. om. libri* facete **DeFZ**. facite **B**. fatite **CDa** facunde **FZ**. faciunde **B**. fecunden **CDa**. fecunde **De** malaſt **BCD**. mala eſt **FZ** 1142. denunciauit **B**. detruncauit *Camerarius* militem. MIL. at etiam **FZ**. militem at etiam **D**. milite matet iam **BC**. militem. ACR. at etiam *Camerarius* 1143. PA. **F**. *om.* **Z** eſt **BCD** negocium **FZ** 1144. ut]ue **BCDa** cepiſtiſ **F** adiutabilem **DeGbHK** (*'Vaticani' Lipsii Ant. lect. I, 13.*) atuutabilem **CDGa**. uitabilem **B**. amicabilem **FZ** 1145. habiit **CD** 1146. ut *om.* **Z** habeaſ **BCDa** (*nam errat Kampmannus de* AB *praep. p. 21 de hoc v. narrans quae ad 1148 pertinent*) Athenas. PL. eu, probe **B**. athenaſ eu probe **BC**. athena ſeu probe **D**. athenaſ. Pleu. probe **F**. athenaſ. Ple. probe **Z**. Ath. ACR. eu probe *Camerarius*. Ath. PL. heu probe *Bothius* 1147. ornamentã **Da**. ornamentam **C** inſtruxit mulieri **F**. et (*nisi quod* inſtuxit) **Z**. IN

'Omnia dat donó sibi ut habeat: íta ego consilíum dedi.

PLEVSICLES.

Fácile istuc quidémst, si et illa uólt et ille autém cupit.

PALAESTRIO.

Nón tu scis, quom ex álto puteo súrsum ad summum escénderis,

Máxumum períclum inde esse ab súmmo ne rursúm cadas?

Núnc haec res aput súmmum puteum géritur: si praesénserit

Míles, nihil ecférri poterit húius. nunc quom máxume

'Opus dolis est.

PLEVSICLES.

Dómi esse ad eam rem uídeo siluai satis:

STRUXIMULIERI *A*. inſtruxit mulier *BCD* 1148. dono sibi ut habeat *R*. donoſ eut habeat *C*. dono ſe ut habeat *BDa*. donoſe ut abeat *F*. donó. ſe ut abeat *Z*. dono a ſe ut abeat *De*, *Beroaldus*, *Dousa* consilíum dedi *Bothius*. CONSILIUM••DI *A ut videtur*. conſilíum tum dedi *BCD*. conſilium el dedi *FZ* 1149. quidemſt *AD*. quidemſt *C*. quidem eſt *BFZ* uolt *ACD*. uult *BFZ* 1150. tu scis] tuſſiſ *CD* cum *AFZ* at *CD* ESCENDERIS *A*, *Gulielmus*. deſcenderiſ *reliqui* 1151. Maximum *FZ* PERICLUM *A*. periculum *reliqui* inde esse *Camerarius*. inde eſſet *CD*. in dono eſſet *B*. inde etiam *FZ* ab *BCD*. a *FZ* ſurſum *B* cadhaſ *CaDa* *Ceterum* ab summo *interpretatio videtur esse* inde *particulae: qua aliud quiddam expulsum, v. c.* inde esse deorsum ne rursum cadas 1152. hanc reſ *CD*. hanc rem *B* aput *Da*. ſapit *B* pręſenſerit *Z*. preſenſerit *F*. proſenſerit *(A)BCD*, *Scioppius Susp. lect. IV, 14* 1153. NIHILECFERRIPOTERIT *A*, *Bothius*. nihil hac ferre potuit *CD*. nihil hanc ferre potuit *FZ*. hac nihil ferre potuit *B*. nihil hinc ferri poterit *'ex priscis exemplaribus legit' Pius: idem Camerarius* poterit huius: *pro* poterit: huius *Gulielmus* cummaxime *Lipsius*. cum maximo *B*. cum maximi *CDa*. cum maximiſ *De*. quam maxime *FZ* 1154. Opus dolis est *R*. Opuſ doliſ *B*. Opuſt doliſ *CD*, *quod vereor ut defendi possit*. Opuſ eſt doliſ *FZ* esse ad eam

Múlieres tres: quártus tute's, quíntus sum ego, sextúst senex.

PALAESTRIO.

Quód aput nos falláciarum strúctumst, ego certó scio,
'Oppidum quoduís uidetur pósse expugnari ĕis dolis.
Dáte modo operam.

ACROTELEVTIVM.

'Id nos ad te, sí quid uelles, uénimus.

PALAESTRIO.

Lépide facitis. núnc tibi hanc ego ínpero prouínciam.

ACROTELEVTIVM.

'Inpetrabis, ínperator, quŏad ego potero, quód uoles.

De (at **Da**), *Camerarius*. effet at eam **BC**. etiam ad eam **FZ** siluai *Bothius:* siluae *Gruterus*. filue **CB**. falue **B**. falif **FZ** 1155. Mulieref ẹ ref **B**. Mulieref ft ref **CDa** (ft 'ref **De**) tutef **BCD**. tu te ef **FZ** quintus sum ego **R**. quintuf fego **BCD**. quintuf ego **FZ** sextust **R**. fextuf *libri* 1156. Quod *libri*. Quot *Camerarius* aput **C**. apud *reliqui* fallaciarum structumst, ego *cum proximis constructa* **R**: *nisi* exstructumst *males*. falatiarum fexitũ **B**. falatiarum fextum ft **CD**. fallaciarum fextumft **Z** *et, nisi quod* eft, **F**. fallaciarum feptimum eft *'scribi debere ex codd. antiquis' Pylades dicit*. fallaciarum textumst *Beroaldus*. fallaciarum est excitum? *Camerarius*. fallaciarumst, esse excitum *Lambinus*. fallaciarum est excisum! *Gruterus*. fall. est exasciatum *Palmerius*. fall. exercituft *Acidalius* 1157. Oppido **C**. Opidum **F** quod uifui detur **B**. quoduif uidetur *reliqui: in quo aliud quiddam latere certum est, velut* quoduis ualenter poffe **DeFZ**. pofet **CD**. pofcet **B** expugnari eis **R**. expugnare *libri*. expugnari *Pylades* 1158. it **CD** ad te **B**. ate **D**. attet **C**. ad te et **FZ** quid **CDa** 1159. Lapide **B**. Lepidif **C** tacitif **BCD** nunc tibi hanc ego *Bothius*. NUNC••B•••N— **A**. nunc hoc tibi ego *reliqui libri*. nunc hanc tibi ego *Gruterus*. nunc hanc ego tibi *Guyetus* inperó, *non* imp., **B** prouinciam . . . . . potero *om.* **FZ** prouintiam **C** 1160. ACR. *Camerarius* Inpetrabif, *non* Imp., **BCD** inperator, *non* imp., **C** quoad *Bothius*. quod **CFZ**. quot **BD** ACR.

PALAESTRIO.

Mílitem lepide ét facete déludificarí uolo.

ACROTELEVTIVM.

Vóluptatem inperás mecastor míhi.

PALAESTRIO.

Set scin tu quemádmodum?

ACROTELEVTIVM.

Némpe ut adsimulém me amore istíus differri.

PALAESTRIO.

Eú, tenes.

ACROTELEVTIVM.

Quásique istius caúsa amoris éx hoc matrimónio
'Abierim, cupiéns istius núptiarum.

PALAESTRIO.

Omne órdine.

---

quod *F*. ACR. quid *Z* 1161. PA. *Db* facete *DeFZ*. facite *BC*. fatite *Da* deludificari uolo. || AC. Voluptatem *B*. laute ludificarier || Volo. AC. uoluntatem *B*: *item* *CD*, *nisi quod* uoluntatem *C*, uolutatem *D*, AC. *om*. *CDa*, MIL. *pro* AC. *Db*. laute ludificarier uolo. || AC. Voluptatem *FZ*. et laute ludificarier || Volo. AC. uoluptatem *Camerarius* inperas mecastor mihi *B*. mecaſtor mihi imperaſ (inp. *C*) *libri* PA. *BDb*. *spatium* *C* set scin tu *B*. et ſcin tu *B*. et ſcintur *C*. et ſcint *Da*. et ſcin *DbF*. et ſcim *Z*. at scin tu *Dousa*, *Scioppius Susp. lect. IV*, *15*. scin *Bothius* quemadmodu *C* 1163. AC. *B* adſimulem *AFZ*. adſimilem *BD*. at ſimilem *C* me amorem *D*. meam orē *BC* differri. PA. eu, tenes *B*. differre titeniſ *B*. differreditteniſ *C*. differet titeniſ *D*. differre atheniſ *Z*. deferre atheniſ *F*. differri. PA. rem tenes *Camerarius* 1164. cauſa *DeFZ*. cauſam *B*. cauam *CDa* 1165. istius nuptiarum. PA. omne ordine *Bothius*: *atque* ISTIUSNUPTIAR *apparuit in* *A*. iſtiuſ omne ordiniſ nuptiarum *BCDZ* *et*, *nisi quod* omneſ, *F*. istius summae (*voluit* summe) nuptiarum ordinis *Camerarius*. summe nuptiarum. PA. ordine is *Palmerius*, *Acidalius*. *Ineptit Lipsius Ant. lect. I*, *13*

Nisi modo unum hoc: hásce esse aedis dícas dotalís tuas:
Hínc senem abs te abísse, postquam féceris diuórtium:
Né ille mox uereátur huc intrŏire in alienám domum.

ACROTELEVTIVM.

Béne mones.

PALAESTRIO.

Set úbi ille exierit íntus, istic té procul
'Ita uolo adsimuláre, prae eius fórma quasi spernás tuam,
Quásique eius opuléntitatem réuerearis: ét simul
Fórmae amoenitátem illius, fácie pulcritúdinem
Cónlaudato. sátin praeceptumst?

ACROTELEVTIVM.

Téneo. satinest, sí tibi
Méum opus ita dabo éxpolitum, ut ínprobare nón queas?

PALAESTRIO.

Sát habeo. nunc tíbi uicissim quae ímperabo, díscito.

1166. hasce esse *Gruterus*. aſce eſſet **BCDa**. aſce eſſe **Dc**. baſce **FZ** dicat **B** dotabiſ **F** 1167. abiſſe **ADcZ**. abiiſſe **F**. abiſſet **BDa**. abieſſet **C** 1168. huc introire **R**. introirē **B**. introire *reliqui* domum **DcFZ**. damnum **CDa**. dampnum **B** 1169. AC.] MI. **Db** PA. **BDb** istuc *Camerarius*. iſtic *cum reliquis* **A** 1170. aſſimulare **F**. adſ. *etiam* **A** eius **R**. Illiuſ *libri cum* **A** tuam **DcFZ**. tuam **BCDa**
1171. quaſi quae *Nonius p. 146* opulentitate *Nonius* reuerearif et **AFZ**. reuearifret **CDa**. reuearif et **Dc**. reueriſ **B** 1172. Formae amoenitatem *Bothius*. FORMAMAMOENITATEM **A**, *Acidalius*. Forma moenitatiſ **CDa**. Formam amoenitatiſ **DcFZ**. Formam bonitatiſ **B** facie *Bothius*. faciem *libri cum* **A** pulcharitudinem **C**. pulchr. *reliqui* 1173. Conlaudato. satin praeceptumst *Camerarius*. Conlaudatoſa inpceptuſt **B**. Conlaudatoſ at in praeceptuſt **C**. Conlaudatoſat in praeceptumſt **D**. Conlaudato ſat inpreceptiſt **F**. Conlaudato. ſat in preceptiſt **Z** AC. **B**. *spatium* **C**. MIL. **D** teneo ſat ineſt **B**. teneoſ atineſt **C** 1174. Meuſ **B** inprobare *non impr.,* **BC** 1175. PA. **B** uiciſſim **DcFZ**, *codd. Pyladis*. uiſſciſim **C**. uiſcifim **Da**. uiſ **B** quae imperabo discito *Pylades*

Quom éxtemplo hoc erit fáctum, ubi intro haec ábierit, ibi tu ílico
Fácito uti ueniás ornatu ornátus huc nauclérico.
Caúsiam habeas férrugineam, cúlcitam ob oculos láneam;
Pálliolum habeas férrugineum, nam ís colos thalássicust:
'Id connexum in húmero laeuo, éxpapillato bráchio

'ex codd. ant.' que imperabo non difcitof *BCDa*, *nisi quod* que *C*, inp. *CD*, difcitof *Db*. quoque ĩperabo. PL. nunc dicito (*cum seqq. constructa*) *FZ*. ISCITO *in fine versus habet etiam A*. uicissimque imperabo. PL. dicito *Bothius* 1176. PA. *om.* *FZ* Quom *Lindemannus*. Quam *libri* factum. PA. ubi *FZ* ibi tu ilico *R*, *Bothius* (*nisi quod prave* eloco). tibituilico *C*. ttaiilico *D*. tibi uilico *B*. tu ilico *F*. tu illico *Z* 1177. uti *Bothius*. ut *libri* ueniat *BCD* ornatu ornatus huc *R*: ornatus huc ornatu *Camerarius*. ornatuf huc *B*. ornatof huc *CD*. ornatu huc *FZ*. ornatus ornatu huc *Bothius* nauclerico *Camerarius*: *restituendum ut videtur etiam Asin. I, 1, 54*. nauclericico *D*. nauclerioco *BC*. naucleriaco *FZ* 1178. Causiam *Pius*: Causeam *Scutarius*. Caufe hanc *BDF*. Caufae hanc *CZ* ferrugineam *Scutarius*. ferrugenaf *B*. ferrugenef *CDaF*. ferruginef *De*. furrugenes *Z* culcitam *Lambinus*: culcitram *Camerarius*. cultura *BCDF*. culturâ *Z*. I^C^ſTI'LAM *A*: *in quo videtur latere* culcitellam ob oculof *AB*. ab oculof *CD*. ad oculof *FZ* laneam *AFZ*. lanea *BCDb*. lanta *Da* 1179. Palleolum *F*. Polliolum *Da* ferrugineum *DcZ*, *Nonius p. 549*. ferrugeneum *BCDaF* is colos thalassicust *Camerarius*. if colof thalafficuf eft *Nonius* ficcoloft alafficuf *B*. ififco loft talafficuf *C*. ifif coloftalafficuf *Da*. ifif coloftalafficuf *De*. colofthalaffof tuif *De mrg*. if color thalafficuf *FZ* 1180. Id *B*. It *C*. Et *DF*. Idem et *Z*. Id erit *Camerarius*. Idque *Bothius* cõnexum *Z*. conixum *B*. comixum *CD*. commiffum *F* in humero *FZ*. inumero *BCD*. humero in *Bothius* expapillato brachio *Z e Festo Paulli p. 79 et Nonio p. 103*. exfafillat obbracchio *B*. exfafillat obracchio *C*. exfafillat brachio *D*. expalliato brachio *F*. *Rettulerunt huc Paulli p. 83 et Placidi p. 456 (ed. Klotz.) glossas* effafilatum *et* effafilatus: *quarum illam* exfilatum *Turnebus Adv. III, 5, aut sic aut* exaffilatum *Scaliger*, *idem hoc Salmasius*, effaffilatum *Vossius Etymol. p. 214 et 368 sq. (ed. a. 1662) scribi voluerunt*. ecfibulato brachio *Meursius*

* * * * * * * *

Praécinctis aliqui, ádsimulato quási gubernatór sies.
'Atque aput hunc senem ómnia haec sunt: nam ís piscatorés habet.

PLEVSICLES.

Quíd? úbi ero exornátus, quin tu dícis quid ſactúrus sum?

PALAESTRIO.

Húc uenito et mátris uerbis Phílocomasium accérsito,
'Vt, si itura sít Athenas, ĕat tecum ad portúm cito,
'Atque ut iubeat férri in nauim, sí quid inponí uelit.
Nísi eat, te solúturum esse náuim: uentum operám dare.

PLEVSICLES.

Sátis placet fictúra: perge.

---

duce Bothius. Vetusta fuit obscuritas et turbatio *Post hunc non videtur dubitandum esse quin exciderit versiculus, qui potuit esse huiusmodi:*

Colligens in collum, tum autem lumbis subligaculo
Praecinctis aliqui (*an* aliquo), adsimulato *e. q. s.*

1182. Praecinctis **R**: *vide Proleg. Trin. p. CCXXIX.* Pręcinctuſ **Z**. Precinctuſ **BDF**. Pretinctuſ **C**. Praecinctusque *Guyetus* aliquid **FZ**. alte *Guyetus* aſſimulato **Z** ſieſ **AFZ**. ſiſ **BCD** 1183. aput **D**. apud *reliqui* is *om.* **F** piſcatoriſ **BCD** 1184. Quid **CD** ubi ero] abiero **B** sum *Scutarius.* sū **A**. ſim *reliqui* 1185. PA. **B** matriſuaerbiſ **BC** accerſito *omnes* 1186. Vt ſi itura eſt athenaſ eat tecum **FZ**: *siet pro est Bothius.* Vt ſitura eſīa aethenaſe atecum **D**. Vtſutup͞ſia ethena ſe atecum **C**. Vt ſi itura eſt tethena ſe tecum **B** ad portum **F**. ad porrum **Z**. at portuum **BCDa** (ad **De**) 1187. ut iubeat *Camerarius.* adiubeat (*ortum ex* at iubeat) **B**. adiuuet **CDZ**. adiuuet et **F**. ad iubeat ferri *ascita tmesi defensum ibat Bothius* nauē **B**. nauim *reliqui* imponi uelit **F**, *Pyladis 'codd. ant.'* inponunt **B**. impono **CD**. in portu uelit **Z** 1188. eat te **F**. eat et te **Z**. eate **BCDa**. at te **De** ſoliturum **D** nauem **B** 1189. PL. **B** fictura *Goellerus in Trinumm. 364.* pictura *libri*

PALAESTRIO.

Ille éxtemplo illam hortábitur,
'Vt eat propere, né morae sit mátri.

PLEVSICLES.

Multimodís sapis.

PALAESTRIO.

Égo illi dicam ut me ádiutorem, qui ónus feram ad portúm, roget.
'Ille iubebit me íre cum illa ad pórtum. ego adeo, ut tú scias,
Prórsum Athenas prótinam abibo técum.

PLEVSICLES.

Atque ubi illo uéneris,
Tríduom seruíre numquam té, quin liber sís, sinam.

PALAESTRIO.

'Abi cito atque orná te.

PLEVSICLES.

Numquid áliut?

PALAESTRIO.

Haec ut mémineris.

PA. *B*. *vacuum spatium* *CD* ille] illa *FZ* illam hortabitur *AB*. nihil iam hortabitur *CD*. nihil iam morabitur *FZ* 1190. propere *B*. ut properet *libri*. properet *Bothius* ne morae sit matri *Bothius*. ne ſit matri more *F*. ne ſit mater morae *Z*. neſcit matri more *BCD* PL. *BCD* multimodiſ *B*. multiſ modiſ *reliqui*. *Vide ann. ad v. 1422* 1191. PAL.] ACR. *BC* ille *D* adiutore *BCD* onuſ facerem adphortu rogitet *B* 1192. iubebit] iuſſit *B* 1198. protinam *Bothius*. protinuſ *libri* adibo *F* 1194. Triduum *BDFZ*. Triduum te *C*. Triduum unum *Camerarius* liber sis] liberiſ *B* 1195. orna te *FZ*. ora te *B*. orure *BC* nunc quid *B* aliquid *Z*. aliud *reliqui: quod 'alibi scriptum esse' dicit Pius* hęc *BF*

PLEVSICLES.

'Abeo.

PALAESTRIO.

Et uos abíte hinc intro actútum: nam illum hinc sát scio Iam éxiturum esse íntus.

ACROTELEVTIVM.

Celebrest áput nos imperiúm tuum.

PALAESTRIO.

'Agite abscedite érgo. ecce autem cómmodum aperitúr foris.
Hílarus exit, ínpetrauit: ínhiat, quod nusquámst, miser.

PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

PYRGOPOLINICES.

Quód uolui, ut uolui, ímpetraui: pér amicitiam et grátiam
['A me ut abeat.]

1196. hinc *om.* ***FZ*** 1197. Iam ***Z***. Nam ***BF***. Non ***CD*** eſſet ***B*** celebrest ***R***: celebre *Camerarius*. celedre ē ***B***. ſceledre ***CD***. *om.* ***FZ*** tuum ***R***. tuū ſt ***B***. tuum eſt *reliqui* 1198. abſcidite ***D*** commodum *libri*. commodo *Camerarius* aperitur ***DeFZ***. peritur ***BCDa*** 1199. Hilaruſ ***DFZ***. Hilariuſ ***BC*** inpetrauit *non* imp., ***B*** inhiat quod] mihi atque ***B*** eſt *libri* *Huic versui in margine ascriptum* probationiſ examen ***Bb***

Act. IV. Scen. 5. MILES. SERVVS ***B***. *om.* ***CDa***. PY. PA. ***Db***. Pyrgopoliniceſ. Paleſtrio ***FZ***, *nisi quod* Pyrgopolyniceſ ***Z*** 1200. PYRG. *praemittunt* ***BCD*** ut uolui *Guyetus*. ut uolo ***BCDZ***. ut nolo ***F*** amiciciam ***FZ*** gratiam ‖ A philocomaſio ***B***, *edd. inde a Pylade.* gratiam a philocomaſio ‖ ***CDFZ***. gratiam a ‖ Philocomasio *Bothius. Ab interprete ascriptum* a philocomaſio *pepulit tale quiddam quale posuimus: quocum* per amicitiam et gratiam *construuntur ut v. 979. 1125. Parum res cessit Kampmanno de*

PALAESTRIO.

Quídnam te intus fŭisse tam dicám diu?

PYRGOPOLINICES.

Númquam ego me tam sénsi amari, quám nunc ab illa múliere.

PALAESTRIO.

Quid iam?

PYRGOPOLINICES.

Vt multa uérba fecit, léuta ut materiés fuit.
Vérum postremo ínpetraui ut uólui: donauíque ei
Quaé uoluit, quae póstulauit. té quoque ei donó dedi.

PALAESTRIO.

Étiam me? quo módo ego uiuam síne te?

PYRGOPOLINICES.

Age, es animó bono:
'Item illinc ego te líberabo. nám si possem ulló modo
'Inpetrare, ut abíret nec te abdúceret, operám dedi:

---

reb. mil. Pl. p. 30 sq. PA. *om.* ***CF*** te intus fuisse tam dicam *Lambinus.* tam intuſ fuiſſet te dicam ***B***. tam intuſ fuiſſe dicam ***CDZ*** tam intuſ dicam fuiſſe ***F*** 1202. me tam *Camerarius.* mittam ***B***. quid Tam ***C***. quid Tuam ***Da***. quidquā Tuam ***De***. quidem Tam ***FZ*** quam] quam^me ***Dc*** 1203. ut] ut tum ***C*** lenta ut *Guyetus.* ut lenta *libri* 1204. inpetraui ***B***. impetraui ***FZ***. impetrauit ***CD*** uoluit ***CD*** donauique ei, Quae *Camerarius.* donaui dere Que ***B***. dona uidere quae ***CD***. donaui quę ***Z***. donaui que ***F***. donaui ei Quae *Pylades* uoluit que ***BF*** te quoque ei *Pylades.* quoque ***B***. quodque ***CD***. te quoque ***FZ*** 1206. quomodo scribebatur fini te ***Ba***. finite ***B*** es animo bono *Gruterus.* animo bono ***CD***. bono animo ***B***. animo bono eſ ***FZ*** 1207. Item illinc ego te liberabo. nam ***B***. Et illē agotelli illibera bonā ***B***. et idem ago telliberabo nam ***CDa***. et idem ego te liberabo nam ***Dc*** idem ego te liberabo. nam ***FZ***. Itidem te ego lib. n. *Bothius* possem *Acidalius.* poſſet *libri* 1208. Impetrare ***CD***. Inpetrare

Vérum oppressit.

PALAESTRIO.

Dĕos sperabo téque. postremó tamen
Étsi istuc mihi acérbumst, quia ero té carendumst óptumo,
Sáltem id uolup est, quom éx uirtute fórmae id euenít tibi
Méa opera super hác uicina, quam égo nunc concilió tibi.

PYRGOPOLINICES.

Quíd opust uerbis? líbertatem tíbi ego et diuitiás dabo,
Si ímpetras.

PALAESTRIO.

Reddam ínpetratum.

PYRGOPOLINICES.

At géstio.

PALAESTRIO.

At modicé decet.

B. Impetrari ***FZ*** ut abiret *Camerarius*. ut haberet ***B***. *om. reliqui* nec *Salmasius, Acidalius*. ne *libri* abducere ***B*** 1209. obpreſſit ***B*** ſperabo ***B***. ſpero *reliqui* teque. postremo tamen *Acidalius*. teque postremo. tamen *vulgo* tamen Etſi ***B***. tamen etſi ***CD***. tametſi ***FZ***. tamen- || Etsi *Acidalium secutus Bothius* 1210. iſtuc ***B***. iſtud *reliqui* acerbumſt ***BCDF***. acerbuſt ***Z*** eſt optime ***B***. eſt optimo *reliqui* 1211. Saltĩ ***B*** uolup est ***B***. uolupeſt ***CD***. uolupe eſt ***FZ***. uoluptaſ eſt ***B*** quom ***B***. cum *reliqui* uirtute formae id *Guyetus*. uirtute formae ***CZ***. uirtute forme ***BDF***. uirtute formai *Bothius*. formai uirtute *Lachmannus prooem. schol. aest. Berol. a. 1847 p. 4* euenit *Camerarius*. uenit *libri* 1212. hac uicina ***Z***, *Festus p. 305*. hanc uicinam ***BCDF*** tibi ***FZ***, *Festus*. mihi ***BCD*** 1213. upust *Lambinus*. opuſ ***BCDZ***. opuſ eſt ***F*** 1214. ſum petraſ ***C***. ſi imperaſ ***F*** imperatum ***CDF*** geſtioſ ***B*** at modice decet *cum proximis constructa Camerarius*. ac modo decet ***B***. ac modico dice ***CD***. at modico diſce ***FZ***

Móderare animo: né sís cupidus. sét eccam ipsam, egreditúr foras.

ACROTELEVTIVM. MILPHIDIPPA. PYRGOPOLINICES. PALAESTRIO.

MILPHIDIPPA.

Era, écoum praesto mílitem.

ACROTELEVTIVM.

Vbíst?

MILPHIDIPPA.

Ad laeuam uídedum.

Aspícito limis, né ille nos se séntiat uidére.

ACROTELEVTIVM.

Video. édepol nunc nos témpus est malás peiores fíeri.

1215. foraſ *B*. foriſ *reliqui* *Subiungunt* *BC* *tanquam versum extremum* Milphidippa acroteleutium pyrgopolinicеſ paleſtrio, *nisi quod* acroteleucium *C*, pyrcopolyn *B*

Act. IV. Scen. 6. MILPHIDIPPA ACROTELEVTIVM PYRGOPOLINICES PALESTRIO *BDFZ*, *nisi quod* ACROTELEVCIVM *D*, Acrotelãtiũ *Z*, PIRGOPOLINICES *B*, Pyrgopolyniceſ *Z*. *om.* *C*

1216. MILPH. *praemittunt* *CD* et cum *B* ubi eſt *BCFZ*. *om.* *D* (*non om.* AC. MI.). ubi is est *Pylades* leuam *libri omnes* uidedum. Aspicito *B*: uideto. Aspicito *Acidalius*. ACR. uideo. MI. aſpicite *BCD* *et* (*nisi quod* apice *F*, aſpice *Z*) *FZ*. Aspicito *primus Camerarius* limis *Guyetus*. limiſ oculiſ *libri* noſſe *B* sentiat uidere *Bothius*. uidere ſententiant *B*. uidere ſentient *Da*. uidere ſentiat *C*. uidere ſentiat *DcFZ*

1218. ACR. Video edepol nunc *D*, *et post* uideo *interpungens Acidalius*. PYR. Video edepol nunc *BC*. AC. uideo. MI. edepol nunc *FZ*.

MILPHIDIPPA.

Tuúmst principium.

ACROTELEVTIVM.

'Obsecro, tute ípsum conuenísti?
Ne párce uoci, ut aúdiat.

MILPHIDIPPA.

Cum ipsó pol sum locúta,
Placidé, dum lubitumst mi, ótio, meo árbitratu, ut uólui.

PYRGOPOLINICES.

Audín quae loquitur?

PALAESTRIO.

Aúdio. quam laétast, quia adit ád te.

ACROTELEVTIVM.

O fórtunata múlier es.

PYRGOPOLINICES.

Vt amári uideor.

AC. Video edepol. nunc *Bothius* malaſ ***B***, *Pius*. maloſ *reliqui* peiorif ***BCD*** fiere ***B*** 1219. MIL. ***BCD***, *Acidalius*. ACR. ***FZ*** Tuum est principium *Camerarius*. Tuum eſpa incipiũ ***B***. tuum eſt Initium ***CDFZ*** ACR. *Acidalius:* Milphidippae *continuant* ***BCD***, Acroteleutio ***FZ*** 1220. MI. *praemittunt* ***FZ***, *vacuum spatium* ***C***. *om. Camerarius cum* ***BD*** uoci ut] uictu ***B*** *Ceterum* parce uocem *hic legerat Servius in Aen. X, 532* MI. *addidit Camerarius. om. libri* cum ipso] eum ipsum '*in priscis exemplaribus legi' Pius dicit* locuta *Saracenus, Lambinus, Lipsius Ant. lect. I, 13.* ſecuta *libri* 1221. placidae ***C*** dum *Bothius*. ipſe dum ***BCD***. ipſa ut ***FZ*** libitum eſt mihi *libri* otio *Bothius*. otioſe ***BC***. ocioſe ***DFZ*** me arbitrii ut uolui ***B*** 1222. que ***BF*** PA. *om.* ***F*** laeta eſt ***CZ***. leta eſt ***BDF*** quia adit ad te *Camerarius, Fleckeisenus Exerc. p. 40.* quia ad te ***B***. quia te adit ***CDF***. quia quę te adiit ***Z***. quia ted adiit *Bothius* 1223. ACR. *Acidalius*. MIL. *libri* mulier eſ ***DF***. mulиereſ ***C***. mulierif ***B***. mulier ē ***Z*** PY. *et deinde* PA. *addidit Pylades:* Milphidippae *totum versum continuant*

PALAESTRIO.

Dignu's.

ACROTELEVTIVM.

Permírum ecastor praédicas, te adísse atque exorásse:
Per epístulam aut per núntium, quasi régem, adiri eum áiunt.

MILPHIDIPPA.

Namque édepol uix fuit cópia adeúndi atque impetrándi.

PALAESTRIO.

Vt tu ínclutu's aput múlieres.

PYRGOPOLINICES.

Patiár, quando ita Venús uolt.

ACROTELEVTIVM.

Venerí pol habeo grátiam, eandémque et oro et quaéso,
Vt éius mihi sit cópia, quem amó quemque expetésso,
Benígnusque erga me út siet: quod cúpiam, ne grauétur.

MILPHIDIPPA.

Spero íta futurum. quámquam illum multaé sibi expetéssunt,
Ille íllas spernit ségregatque ab se ómnis extra te únam.

---

libri uidepr *C* dignu's *Acidalius*. dignuſ eſ *D*. dignuſ eſt *reliqui* 1224. ACR. *om.* *D* praedicas te] praedicaſſet *B* adiſſe *FZ*. audiſſe *BCD* oraſſe *B* 1225. epiſtulam *Z*. epiſtolam *BD*. epꝉam *C* per nuncium *Z*. pernicium *Da*. pernuicium *Db* audiri *F*. aſiria *B* eum *sup. scr.* *Da* 1226. nanque *F*. nam quę *Z* 1227. inclituſ *BD*. inclytuſ *CFZ* PY. *om.* *BCB* quante *B* uult *CDFZ*. uult ſt *B* 1228. ACR. *om.* *F* Veneneri *C* paol *C* gratiam eandemque *Acidalius*. gratiae andemque *B*. gratiam tandemque *reliqui* et oro *B*, *Beroaldus*. exoro *reliqui* queſo *BF* 1229. expeteſſo *CD*. expeteſ ſunt *B*. expetiſſo *FZ* 1230. ut ſiet *Z*. ſiet *CDZ*. et *B* 1231. multa et ſibi *B* expeteſ ſunt *B* 1232. segregatque ab se *Camerarius*. ſegregat haſce *CD*. ſegregat hec *B*. ſegregat ab ſe *FZ* extre *C*

ACROTELEVTIVM.

Ergo istus metus me mácerat, quod ílle fastidiósust,
Oculi éius ne senténtiam mutént, ubi uiderít me,
Atque éius elegántia meam extémplo speciem spérnat.

MILPHIDIPPA.

Non fáciet: habe animúm bonum.

PYRGOPOLINICES.

Vt ípsa se contémpnit.

ACROTELEVTIVM.

Metuó, ne praedicátio tua núnc meam formam exsúperet.

MILPHIDIPPA.

Istúc curaui, ut opínione illíus pulcriór sis.

ACROTELEVTIVM.

Si pól me nolet dúcere uxórem, genua ampléctar
Atque óbsecrabo. alió modo, si nón quibo inpetráre,
Consciscam letum: uíuere sine illó scio me non pósse.

PYRGOPOLINICES.

Prohibéndam mortem múlieri esse uídeo. adibon?

1233. Ego *F* iſtuſ *CDFZ*. iſte *B* maceret *B* quod] q' *FZ* ille faſtidioſuſt *CDFGZ*, *'libri ueteres' Lambini*. ille faſtidioſuſ *B*. ille faſtidioſuſ eſt *'Vaticani' Lipsii Ant. lect. I, 13 h. e. HK*. illi faſtidiosumst *Camerarius*. illic fastidiosust *Bothius* 1234. Oculi eius ne *Bothius*. Ne oculi eiuſ *libri* mutent] uident *B* 1235. elegantiã *Z*. flagrantia *B* ſpetiem *C* 1236. habe animum bonum *Bothius*. bonum animum habe *libri* PY. *om. BC* contempnit *BCD*. contemnit *FZ* 1237. exuperet *CFZ* 1238. Iſtuo *Da* pulchrior *BFZ* 1239. nolet *C*. nollet *F*. uolet *Z*. ualet *B*. *om. D* 1240. obsecrabo. alio modo, si *sic interpuncta R*. obſecrabo alio modo. ſi *BCD*, *Scioppius Susp. lect. III, 15*. obſecrabo aliquo modo. ſi *FZ*. obsecrabo. aliquo modo ſi *Acidalius* quib; *B* inpetrare *B*. ĩpetrare *DFZ*. impetrabo (re *supra*) *C* 1241. Concifcam *B*. confcirfcam *D* loetum *CD*. lętum *Z* uiuer *B* 1242. mulieri esse uideo *R*. mulieri uideo. mulierem *CDFZ*. mulieri ui-

PALAESTRIO.

Minume.

Nam tú te uilem féceris, si te últro largiére:
Sine últro ueniat, quaéritet, desíderet, expcté*ssat.
Nisi pérdere istam glóriam uis, quám habes, caue sis fá-
xis.
Nam núlli mortalí scio obtigísse hoc, nisi duóbus,
Tibi ét Phaoni Lésbio, tam uésane ut amaréntur.

ACROTELEVTIVM.

Eo íntro, aut tu illunc éuoca forás, mea Milphidíppa.

MILPHIDIPPA.

Immo ópperiamur, dum éxeat aliquís.

ACROTELEVTIVM.

Durare néqueo,
Quin íntro eam.

---

deo mulieri *B*. mulieri uideo *Taubmannus*. uideo mulieri *Gruterus* minime *libri* 1243. uilem *FZ*. uelim *BCD* largiere *DFZ*. largiri *B*. larguere *C* 1244. uenıet (a supra) *C* queritet *BF*. queet (rit supra) *Da* expetessat *Bothius*. exſpectat *De*. exſpectet *BDa*. expectet *CFZ*. te expectet *Camerarius* 1245. Nisi perdere *R*. Summopere *B*. ſi non perdere *reliqui*, '*libri veteres*' *Lambini*. Nisi imminuere *Acidalius*. *Novi qui proponeret* Tun perdere .... habes? 1246. abtigiſſe *D* 1247. phaoni leſbie tam *F*. phæonileſ uicta *B* uesane *R*, *sed ut aliud quiddam latere putem*. uiuere *B*. muuete *CD*. nimie *FZ*. misere *Camerarius*. uiuide *Bothius* amarentur *FZ*. amaret *BCD* 1248. Eo intro, aut tu illunc euoca *R*. Eo intro antu illuc euocatı *B*. eo intro an tu illuc euocati *CD et, nisi quod* illunc, *FZ*. abi tu illunc *pro* an tu illunc '*scribendum ex priscis exemplaribus*' *ait Pius*. Eo intro, abi tu illum euocato *Camerarius*. Eho intro abi tu illum euocato *Acidalius*. euocatum *defendit Scioppius Susp. lect. IV, 15: de* euocadum *cogitabat Gruterus*. *Probabile non est* Eon' intro an tu illunc euocas? 1249. operiamur *BCDF* 1250. intro eam *R*. eam intro *Saracenus*.

MILPHIDIPPA.

Occlusást foris.

ACROTELEVTIVM.

Exfríngam.

MILPHIDIPPA.

Sana nón es.

ACROTELEVTIVM.

Si amáuit umquam aut sí parem hic sapiéntiam habet ac fórmam,

Per amórem si quid fécero, cleménti ignoscet ánimo.

PALAESTRIO.

Vt quaéso amore pérditast haec mísera.

PYRGOPOLINICES.

Mutuóm fit.

PALAESTRIO.

Tace, ne aúdiat.

MILPHIDIPPA.

Quid ástitisti obstúpida? cur non púltas?

---

etiam intro *libri* MIL. *et deinde* ACR. *addidit Pylades: una constructione prioribus continuant libri* occlusast foris *B*. occluſae ſunt (*quod saepe* ſit *scriptum*) foriſ *CD*. occluſe ſunt foriſ *B*. occluſae ſunt foreſ *FZ* exfringam *B*. effringam *reliqui* es *Pylades*. eſt *libri* 1251. AC. Si amauit unquam aut si *Camerarius*. AC. Simulauit umquam aut ſi *BCD*. ſimulauit inquam. Acr. ſi *FZ*. ſiimulauit inquam '*prisci codd.*' *Pii* parent *C* hic sapientiam *Bothius*. ſapientiam hic *libri*, *nisi quod* hinc *B* habent *B* ac *BCD*. ad *FZ* 1252. ferero *C* ignoscet animo *Bothius*. animo ignoſcet *libri*. animo mihi ignoscet *Camerarius: debuerat saltem* mi animo ignoscet 1253. queſo *CF* perdita est haec *Camerarius*. perdita ſite *B*. perdita eſt *reliqui* ſit *B* 1254. qui *B* obſtupi *B*. o ſtupida *F*

ACROTELEVTIVM.

Quia nón est intus, quem égo uolo.

PALAESTRIO.

Qui scís?

ACROTELEVTIVM.

Scio edepol fácile:

Nam odóre nasum séntiat, si intús sit.

PYRGOPOLINICES.

Ariolátur.

Quia mé amat, proptereá Venus fecít eam ut diuináret.

ACROTELEVTIVM.

Nescío ubi hic prope adest, quem éxpeto uidére: olet profécto.

PYRGOPOLINICES.

Nasó pol iam haec quidém uidet plus quam óculis.

PALAESTRIO.

Caeca amórest.

ACROTELEVTIVM.

Tene me, óbsecro.

MILPHIDIPPA.

Quor?

1255. aedepol *CZ* facile *Bothius:* facil (*immo* facul) *Gruterus.* facio *C.* fatio *D.* ſcio *B.* olfacio *FZ* 1256. odore nasum ſentiat *CD.* odore ſentiat *B.* odorem naſuſ ſentiet *FZ* ſiet *Z* hariolatur *B.* arciolatur *D* 1257. Quia me tu propter uenuſ *B* eam *om.* *FZ* 1258. prope adeſt] properas eſt *B* expecto *Z* olet] det *DaF.* huic olet *codex 'Hedorpii'*: *unde* hu hu olet *Palmerius p. 758,* hy olet *Bothius* 1259. uidet plus *Camerarius.* pluſ uidet *libri* caeca amore est *Gruterus.* cecare ē *B,* ceca ore eſt *C.* ceca horae eſt *Da.* ecça ho̧ᶜrae eſt *De.* ceca hera eſt *F.* cęca herclo eſt *Z* 1260. quor *B.* cur *reliqui*

ACROTELEVTIVM.

Né cadam.

MILPHIDIPPA.

Quid itá?

ACROTELEVTIVM.

Quia stare néqueo:
Ita ánimus per oculós meus mihi déflt.

MILPHIDIPPA.

Militém pol
Tu aspéxisti.

ACROTELEVTIVM.

Ita.

MILPHIDIPPA.

Non uídeo, ubist?

ACROTELEVTIVM.

Vidéres pol, si amáres.

MILPHIDIPPA.

Non édepol tu illum mágis amas, quam egomét si per te líceat.

PALAESTRIO.

Omnés profecto múlieres te amánt, ut quaeque aspéxit.

PYRGOPOLINICES.

Nescío, tu ex me hoc audíueris an nón: nepos sum Véneris.

---

nec *B* stare nequeo: || Ita *Bothius.* adstare || Neque ita *B*. ſtare nequeo. ita *reliqui* 1261. meus mihi *B*. meoſ *libri.* meus *Bothius* defit] fit *B* 1262. eſt *libri* uidere ſpolia mareſ *B* $\overset{\text{o}}{\text{pal}}$ *C* 1263. amas] ſum *D*. ames *dubitanter Acidalius* egomet si per te liceat *Camerarius.* ego me ſiaperte liceat *CD*. ego mea ſi te pliceat *B*. egomet ſi aperte liceat *FZ* 1264. omniſ *C*. Omſ *B* quęque *Z*. queque *CDF*. quoque *B* 1265. tu ex me hoc audiueris *Hermannus Elem. doctr. metr.*

ACROTELEVTIVM.

• Mea Mílphidippa, adi óbsecro et congrédere.

PYRGOPOLINICES.

Vt me uerétur.

PALAESTRIO.

Illa ád nos pergit.

MILPHIDIPPA.

Vós uolo.

PALAESTRIO.

Et nós te.

MILPHIDIPPA.

Vt iussísti,

Erám meam eduxí foras.

PYRGOPOLINICES.

Videó.

MILPHIDIPPA.

Iube ergo adíre.

PYRGOPOLINICES.

Indúxi in animum ne óderim item ut álias, quando orásti.

MILPHIDIPPA.

Verbum édepol facere haut pótis erit, si accésserit prope ád te:

---

p. 158. tu me ex hoc audierif *libri.* tun' *pro* tu *Camerarius* nosse possum *B* 1266. PY. *F.* MI. *Z. om. BCD* uerētur *B* 1267. uolo. PAL. et *R.* uolo. PYR. et *libri* ted. MI. uti *Bothius olim. Fortasse* Eccam *excidit ante* Vt 1268. eduxit ferif *B* 1269. in *CDF. om. BZ* ne odorē mutaref quando honerafti *B* 1270. edepol *B.* hercle *reliqui* haut potis erit, si *R.* non potuiftu *B.* non potif fi *reliqui.* non potest si *Pistoris.*

Dum te óbtuetur, ínterim linguam óculi praecidérunt.

PYRGOPOLINICES.

Leuándum morbum múlieri esse uídeo.

MILPHIDIPPA.

Vide ut extímuit,
Postquám ted aspexít.

PYRGOPOLINICES.

Viri quoque ármati idem istuc fáciunt:
Ne tú mirere múlierem. set quíd illa uolt me fácere?

MILPHIDIPPA.

Ad se út eas: tecum uíuere uolt átque aetatem exígere.

PYRGOPOLINICES.

Egon' ád illam eam, quae núpta sit? uir éius est metuéndus.

---

non poterit si *Dousa* propeat te ***B*** 1271. obuietur Interim ***B***. obtinuetur ***C***. obtuetur ***DFZ*** perierunt ***B***. praeciderunt *reliqui, Lipsius Ant. lect. I, 13* 1272. mulieri esse uideo. MI. uide ut extimuit ***B***. mulieri uideo. MI. uiden ut tremit atque extimuit *libri, nisi quod* atque *(spatium)* Extimuit ***B***, *et eodem quidem versu conclusa: nam* atque ex- ‖ Timuit *commentum est Acidalii. Ceterum* UIT *in fine versus apparuit etiam in* ***A***. múlieri uideo. MI. út tremit atque extímuit *Bothius, Hermannus Elem. doctr. metr. p. 155. E glossemate sunt* tremit atque 1273. ted *Bothius, Hermannus.* te *libri. Durior sit haec mensura:* Postquám te aspexít, uíri quoque - armáti idem istuc fáciunt: *tametsi posse monosyllabum esse* uiri *docuimus Prol. Trin. p.* CXLVII. affpexit ***D*** faciunt] iube domum ire *addunt libri, nisi quod* tube ***C***. *Transponebat Gulielmus, delevit ut e v. 1278 illata Acidalius* 1274. Ne ***B***. MILPH. ne *reliqui* mulierem *Guyetus*: *cum* iube domum ire *iungens Gulielmus.* meliuf mulierem *libri.* molliuf mulierem *'codd. antiqui' Pii.* plus mulierem *Acidalius.* mulierem plus *Bothius* set] PYRG. fed *libri* illa uolt ***B***. uult *libri, nisi quod* uolt ***Z*** me facere *Camerarius.* me tacerit ***B***. met agere ***CD***. me agere ***FZ*** 1275. ad fe ut eaf ***CDFZ***. Adfedeaf ***B***. Ad fed euf *Gulielmus* uiuire ***B*** uolt ***Z***. uult *reliqui* 1276. Egon' ad illam eam quae *Camerarius.* Egon ad illam ••eamq› ***B*** *cum rasura, ante quam fuisse* adeamq› *puto.* egon illam eam quae ***C***. egon illam ^{eam} que

MILPHIDIPPA.

Quin tŭa causa exegit uirum ab se.

PYRGOPOLINICES.

Quid? qui id facere pótuit?

MILPHIDIPPA.

Aedés dotales húius sunt.

PYRGOPOLINICES.

Itane?

MILPHIDIPPA.

'Ita pol.

PYRGOPOLINICES.

Iube domum ire:

Iam ego illi ero.

MILPHIDIPPA.

Vide né sies illi éxspectatióni:

Ne illam ánimi excrucies.

D. egon illam adeam quę *FZ* uir eius est metuendus *Camerarius*. uir eiuſ metucnduſ eſt *B*. uirum eiuſ metuere henda ſt *CD* uirum eiuſ metuere ęquum eſt *FZ* 1277. Qui *B* cauſſa *raro exemplo B* exigit *BCD* a se. PY. quid? qui id *Camerarius*. obſequit. PY. quid *B*: *unde* ab se *asciri cum Kampmanno de* AB *praep. p. 33*. aſſequi. PY. quid id *C*. aſſequi. PY. qui id *D*. a ſe. PY. quid id *F*. a ſe. PY. qui id *Z* 1278. Aedes *Reizius*. Quia aediſ *BCD*. quia aedeſ *FZ* dotaliſ *BCD* iube *R*, *ut libri v. 1273*. iubam *B*. iuuam *CD*. dicam *FZ omisso* PY. *continuantes* Milphidippae *Sic hoc versus, contra atque fecerat in Elem. d. metr. p. 156, Hermannus nuper scribi iussit in Iahnii Annal. n. phil. t. XXXV, p. 191:*

Quin tŭa causa exegit uirum a se: Quid? qui id potuit: Aédes
Dotáles huius súnt: Itan?: Ita pól: Iube eam domum íre:

et similiter ante Bothius, nisi quod a se: Qui id potuit: Quia aédes | Dotáles 1279. PY. *praemittunt FZ* Iam ego illi ero *Bothius*: Iam ego illic ero *Camerarius*. Ita mego illi mero *B*. ita ego illi ero *CD*. ita ego illic ero *FZ* sies illi exspectationi *Bothius*: sis

PYRGOPOLINICES.

Nón ero profécto. abite.

MILPHIDIPPA.

Abímus.

PYRGOPOLINICES.

Set quíd ego uideo?

PALAESTRIO.

Quíd uides?

PYRGOPOLINICES.

Nescĭo quis eccum incédit,

Ornátu quidem thalássico.

PALAESTRIO.

Iam nós uolt is profécto:

Nauclérus hic quidemst.

PYRGOPOLINICES.

Vídelicet accérsit hanc.

PALAESTRIO.

Ita crédo.

---

expectationi *Rittershusius apud Scioppium Susp. lect. III, 15* ſiſ exſpectatione *D*. ſiſ inſpectatione *CDZ*. ſiſ in expectatione *F*, *Scutarius* 1280. abire. MI. habimuſ *B* 1281. PA.] PLAL. *C* quiſ ecum *C*. qui ſecum *B* 1282. thalaſicco *B*. thallaſico *Z* PA. *FZ*. *om*. *CD*: *non inepte. Vacuum spatium habet B* iam nos uolt is *B*: iam nos uolt hic *Camerarius*. iam non uult te *B*. iam ñ uult ē *C*. iam noſ uult ē *D*. iam noſ uult. Eſt *F*. iſ noſ uolt. Eſt *Z* 1283. PAL. *praemittit C*: *recte, si quae praecedunt* Pyrgopolinici *continuantur* hic quidem eſt *libri*. est hic quidem *Camerarius* PY. uidelicet *BCD*, *Acidalius*. Palaestrioni *continuant FZ* hanc. PA. ita credo *Bothius*: hanc hinc. PA. credo *Acidalius*: hanc hinc credo *Camerarius*. hac itam hic credo *B*. hacitā hic credo *C*. acitā hic credo *D*. accitam hinc credo *FZ*

PLEVSICLES. PALAESTRIO. PYRGOPOLINICES.

PLEVSICLES.

Alium álio pacto própter amorem uí sciam
Fecísse multa néquiter, uereár magis
Me amóris causa cum hóc ornatu incédere.
Verúm quom multos múlta admisse accéperim
Inhonésta propter amórem atque aliena á bonis:
* * * * * * *
Mitto énim, ut occidi Achílles ciuis pássus est . . . .
Set eccúm Palaestriónem stat cum mílite:
Orátio alio míhi demutandást mea.
Muliér profecto nátast ex ipsá mora.

Act. IV. Scen. 7. PLEVSICLES. PALESTRIO. PYRGOPOLINICES ***BDFZ***, *nisi quod* Pleuſideſ *et* Pyrgopolyniceſ ***Z***, PIRGOPOLINICES ***D***. PLEVSICIES. PALESTRIO SERVVS. PYRGOPOLINICES ***C*** 1184. PLEVS. *praemittunt* ***BCD*** Alium *libri* (*nisi quod* olium *ut solet* ***C***). Si alium *Camerarius* ni sciam *Gruterus*. neſciam ***B***. ne ſcium ***D***. neſcium *reliqui*. ne sciam *Pius*. si nesciam *Beroaldus* 1285. Feciſſē ultra ***B*** ue armagiſ ***B*** 1286. ne ***F*** cum hoc *Pylades*. hoc *libri* 1287. qm̄ ***B***. cum *reliqui* multoſ multam ***B***. multo multa ***CD*** admiſiſſe ***FZ*** acceperi ***B*** 1288. Inhoneſtū ***B*** amore ***B*** aliena a *Gulielmus*. alienū a *libri* '*Post hunc versum desunt multa*': *Scaliger. Si non multa, at quaedam haud dubie* 1289. '*male hoc loco insertus est, nam alibi sine dubio refertur*': *Scaliger. Dissentire licebit* enim ***R***. iam *libri* occido ***D***. occidit ***FZ*** achilliſ ***BCD***. Achiles *Bothius* ciuiſ ***BD***. caiui ***C***. quiuiſ ***FZ*** 1290. cęcum ***Z*** peleſtrionem ***C*** militi ***B*** 1291. alio mihi *Camerarius*. allomihi ***B***. illo mihi *reliqui* demutandaſt ***CD***. demutandaſ ***B***. demutanda eſt ***FZ*** 1292. ne-

Nam quaéuis alia, quaé morast aequé, mora
Minor éa uidetur, quám quae propter múlieremst.
Hoc ádeo fieri crédo consuetúdine.
Nam ego hánc accersam Phílocomasium. sét foris
Pultábo. heus, ecquis híc est?

P A L A E S T R I O.

Adulescéns, quid est?
Quid uís? quid pultas?

P L E V S I C L E S.

Phílocomasium quaérito:
A mátre illius uénio. si iturást, eat.
Omnís moratur: náuim cupimus sóluere.

P Y R G O P O L I N I C E S.

Iamdúdum res parátast. heus, Palaéstrio,
Aurum, órnamenta, uéstem, pretiosa ómnia,

---

taſt *omnes* hora ***D*** 1293. Namq› uiſ ***B*** quę mora eſt ęque ***Z***. que mora eſt eque ***F***. quemoraſt eque ***CD***. quā ora ſt aeque ***B***. aeque, *non* atque, *testatur etiam Pylades in codd. esse* 1294. quamque ***BC***. quam que ***DF*** mulieremſt ***CDF***. mulierem eſt ***Z***. mulierē ſibi ***B*** 1295. conſuetudine ***BCDFZ***. conſuetione *'legi in priscis exemplaribus' Pius dicit, idemque e 'vet. libro' afferre Dissaldeum Pareus testatur* 1296. Nunc ego ***FZ*** accerſam ***DFZ***. accerſo ***BC*** ſed]ſi ***D*** foreſ ***FZ*** 1297. hecquiſ ***D***. et quiſ ***B*** adoleſcenſ ***CDFZ*** 1298. Quid uis ***B***. Quid tu eſ ***CDF***: Quid tu aiſ ***B***: *quae e* Quit uiſ *nata sunt*. quiſ tu eſ ***Z*** pholocomaſium ***C*** querito ***BF*** 1299. ituraſt eat ***CD***. itura eſt eat ***FZ***. itura ſedeat ***B*** 1300. Omniſ *omnes* nauem ***B*** cupimuſ ſoluere ***B***. cupimuſ abſoluere ***DFZ***. cupimabſoluere ***C*** 1301. PY. *om.* ***Da*** parata eſt. heus *Pylades*. parataſ ſi ***B***. parataſt ***CDF***. parata eſt ***Z*** 1302 *post* 1303 *collocabat Acidalius* pretiosa omnia *Bothius*. pretioſe omne ut ferat ***B***. precioſum omne ut ferat *reliqui, nisi quod* pręcioſum ***Z***. pretiosam omnem herae *Acidalius*

Due ádiutores técum ad nauim quí ferant.

Omnía composita iám sunt, quae donáui ei.

PALAESTRIO.

Eó.

PLEVSICLES.

Quaeso hercle própera.

PYRGOPOLINICES.

Non morábitur.

Quid istúc est quaeso, quód oculo factúmst tuo?

PLEVSICLES.

Habeo équidem hercle oculum.

PYRGOPOLINICES.

At laéuom dico.

PLEVSICLES.

Éloquar.

Marís causa hercle istóc ego oculo utór minus:

Nam si ábstinuissem a máre, eo tamquam hoc úterer.

1303. duc *FZ*. dum *BCD* nauem qui peant *B* 1304. iam *R*. *om. libri* funtq' *B*. funt que *F* donaui ei *R*. donaui ut ferat *CDFZ*, *iterato errore verbis repetitis*. donaui auferat *B* 1305. quefo *BCF*: *item proximo versu* 1306. Quia *B* istuc est *R*. iftuc *libri* quod *FZ*. quid *BCD* oculo factumft *CD*. oculo factum eft *FZ*. oculuf fact' *B* 1307. PL. *om. F* quidem *Z* at laeuum *Camerarius*. at laeuo *B*. at leuum *D*, *idemque 'alibi legi' notat Pius*. adeuum *C*. ad leuum *FZ* dica *B* 1308. Marif *Z*. morif *reliqui*, *'codd. ant.' Pyladis* istoc ego *Camerarius*. hoc *B*. hoc ago *CD*. hoc ego *FZ* minus *Camerarius*. minũ *B*. minem *CD*. minime *FZ* 1309. abstinuissem a mare, eo tamquam *R*. abftinuiffa et amorẽ quem tam quam *B*. abftinuiffet amorẽ tãquam *CD*. abftinuiffem amari tanquam *F et*, *nisi quod* a mari, *Z*. amore *e suis codd. affert Pylades*. abstinuissem amare, tanquam *Muretus Var. lect. III, 17*. a mari abstinuissem, t. *Camerarius*. *Apud Charisium*

Set nimis morantur mé diu.

PYRGOPOLINICES.

Eccos éxeunt.

PALAESTRIO. PHILOCOMASIVM. PLEVSICLES. PYRGOPOLINICES. SERVI.

PALAESTRIO.

Quíd modi flendó quaeso hodie fácies?

PHILOCOMASIVM.

Quid ego ní fleam?

'Vbi pulcerrume égi aetatem, inde ábeo.

---

p. 45 et p. 111 nescio an Varronianis exemplis continuandus sit, qui post verba consuetudo .... dixi *sequitur, Plautinus versus Cist. 1, 1, 15, quem sic restitue cum contiguo* ·

Quód ille dixit quí secundo uéctust tranquilló mare,

Véntum gaudeo ecástor ad te: ita hódie hic acceptaé sumus.

uterer *FZ*. utere *BCD* 1310. mediû *B* PY. *om. BCD* *Tanquam extremum versum subiungunt BC*. Palestrio philocomasium pleusicles pyrgopolinices, *nisi quod* Salestrio, pleusides *et* pyrgopolinites *C*

Act. IV. Scen. 8. PALESTRIO PHILOCOMASIVM PLEVSICLES PYRGOPOLINICES *CDFZ*, *nisi quod* Pleusides *Z* (*non D*), Pyrgopolynices *Z* 1311. modi *D* fendo *BC* queso *BCF* hodie *B* ni *Camerarius*. ne *libri* 1312. pulcherrime egi etatem *FZ*. pulcherrume egaetatum *C*. pulcherrume aegetatem *D*. pulcherrumâ etatem *B* inde abeo. PA. en iam hominem *B*. abeo PA. muni hominem *C*. habeo. PA. inum hominem *Da* (imum *Db*). uideo. PA. ab eo homine *B* habeo. PA. uiden hominem *F*

PALAESTRIO.

Eu iam hominém tibi,

Qui á matre et soróre uenit.

PHILOCOMASIVM.

Vídeo.

PYRGOPOLINICES.

Audin Palaéstrio?

PALAESTRIO.

Quíd uis?

PYRGOPOLINICES.

Quin iubés tu ecferri dóna quae ego istí dedi?

PLEVSICLES.

Phílocomasium, sálue.

PHILOCOMASIVM.

Et tu sálue.

PLEVSICLES.

Materque ét soror

Tíbi salutem mé iusserunt dícere.

PHILOCOMASIVM.

Saluaé sient.

PLEVSICLES.

'Orant te ut eas: uéntus operam dúm dat, ut uelum éxplicent.

---

et, nisi quod abeo, *Z* 1313. uenite. PH. uideom *B* PY. *om.* *B* audin *Guyetus.* audiſtiſ in *B*. audiſtin *reliqui* paleſtrio *omnes* 1314. PA. *om.* *C* PY. *om.* *BCDa* quin iubes tu ecferri dona quae ego isti *R*. quin tu iubeſ efferri omnia quae iſti *CDFZ* qui intuſ iubeſ et fori omniaq' iſti *B*. *Nisi forte coll. v. 1338 placet* quin iubes tu ecferri huc intus, isti quae 1315. PL. *om.* *CD* PH.] *spatium* *C* PL.] *spatium* *CD* 1316. Sibi *BC* me *omnes* PH. *om.* *Da*. *spatium* *C* ſalue *BDF* 1317. PL. *om.* *CDa* eaſ. uentuſ *FZ*. aduentuſ *B*. eant uentuſ *CD* opheram dum dant *B* ut uelum explicent *FZ*. ut et uallem

Nám matri oculi sí ualerent, mécum uenissét simul.

PHILOCOMASIVM.

'Ibo. quamquam inuíta facio, píetas consuadét.

PLEVSICLES.

Sapis.

PYRGOPOLINICES.

Sí non mecum aetátem egisset, hódie stulta uíueret.

PHILOCOMASIVM.

'Istuc crucior, á uiro me táli abalienárier.

Nám tu quamuis pótis es facere ut ádfluat facétiis,

Ét quia tecum erám, propterea nímio eram ferócior.

Ĕam nobilitatem ámittundam uídeo.

---

explicet **B**. ut uallam explicet **CD** 1318. oculi si] oculiſ **B** mecum **FZ**. moechum **CD**. haec nunc **B** ueniſſet ſimul **FZ**, *nisi quod* ſemul **F**. ueniſſent ſimul eſt **BDe**. ceniſſent ſimul eſt **CDa** 1319. PH. *om.* **CD** inuitã **B** pietas consuadet. PL. sapis **B**: *parum enim probabilitatis vel* exposcit *vel* obstringit *habeat.* omni pietaſ ſit eo chant ſapiſ **CDF**. omni pietaſ ſcio. PL. chant ſapiſ **B**. omnia. pietaſ ſic cohibet. PL. ſapiſ **Z**. pietas sic cogit. PL. sapis *Lambinus.* pietas sicce iubet. PL. sapis *Acidalius.* omnia *delebat etiam Gulielmus. Poteris etiam* Ibo, quanquam nuita facio: at pietas consuadet. *Mira commenti sunt Bothius cum aliis* 1320. PY. *om.* **BCD** etatem **BF** uiuere **B** 1321. PH. *om.* **BCDa** me tali abalienarier **DFZ**. tali me balienarier **C**. et alia aliaenarier **B** 1322. quemuiſ *Nonius p.* 05 potiſ eſ **CDF**. potiſ ẽ **B**. poteſſiſ **Z**. potiſſiſ *Nonius* t adfluat (*olim scriptum* UTATFLUAT) **B**. ut fluat *libri, Nonius.* ti fluat *Camerarius* facetiſ **BCD** 1323. propterea imio *Mercerus.* propter animum **B** (*ortum ut puto e* propterea ni imium). propterea animum **C**. propterea amum **Ba**. propterea anii **De**, *non male.* propterea animo **FZ**, *Nonius.* propterea ab anio *Bothius* ferotior **CD**. farocior **Z**. fortior **B** 1324. *ic recte Lindemannus.* nobilitatem amittendam uide oma hec fiet. I. nequeo **B**. nobilita te uide omnia haec fie nequeo **C**. nobitatem uide oĩa hec fie non queo **D**. nobilitatem uide omnia

PYRGOPOLINICES.

Ne fle.

PHILOCOMASIVM.

Nón queo,

Quóm te uideo.

PYRGOPOLINICES.

Hábe bonum animum.

PHILOCOMASIVM.

Scío ego quid doleát mihi.

PALAESTRIO.

Nám nil miror, sí lubenter, Phílocomasium, tu híc eras,
Quóm ego seruos, quándo adspicio hunc, lácrumem quia diiúngimur.
'Ita forma huius, móres, uirtus ánimum attinuere híc tuom.

PHILOCOMASIVM.

'Obsecro, licét conplecti, príusquam proficiscó?

PY. ne fle. PH. non queo ***FZ***. nobilitatem amittendam uideo. PY. nimium haec flet. PH. nequeo *Camerarius: quod fraudi fuit Beckero Quaest. de com. Rom. fab. p. 86* nego *pro* nequeo *suadenti* 1325. Qm̃ ***B***. cum *reliqui* PYRG. habe ***R***. habe ***BCD***. PA. habe ***FZ*** PHIL. scio *Bothius*. ſcio ***CDFZ***. PA ſcio ***B*** quid *libri infra v. 1343*. inquit ***BCD***. et quid ***FZ*** 1326. PAL. *praemittunt* ***CD***, *nihil reliqui* nihil *libri, nisi quod* nichil ***D*** libenter *libri* Ph. tu hic ***R***. Ph. hic *libri*. tu Ph. hic *Acidalius* 1327. *huc collocavit Acidalius, qui in libris sequitur post proximum* Cum ***B***, *Pylades*. Quem *reliqui*. Quin *Gruterus* lachrumem *Pius*. lacrumum *libri*. lachrumor *'codd. ant.' Pylades*. fleo *Camerarius* quia diiungimur *Camerarius*. quiadiungitur (*vel* qui adi.) ***BCDZ***. quid adiungitur ***F*** 1328. Ita ***R***. *om. libri* Forma huius, mores, uirtus *Pylades* (uirtuſ *'ex codd. ant.'*) Formã huiuſ morem uirtuſ hic ***BCD***. Formam huiuſ moreſ uirtuteſ ***FZ*** attinuere hic *Camerarius*. attiuere hic *libri* 1329. PH. *om.* ***CD*** licent (*sine interrogatione*) ***FZ*** conplecti, *non* compl., ***CD*** proficiscor ***F*** PY. *om.* ***BCD***

PYRGOPOLINICES.

Licet.

PHILOCOMASIVM.

'O mei oculi, ó mi anime.

PALAESTRIO.

'Obsecro, tene múlierem, Ne ádfligatur.

PYRGOPOLINICES.

Quíd istuc?

PALAESTRIO.

Quia, postquam ábs te abit, animó male Fáctumst huic repénte miserae.

PYRGOPOLINICES.

Cúrrite intro, adférte aquam.

PALAESTRIO.

Níhil aquam morór: quin malo abscédas. ne interuéneris,

1330. O mei *FZ*. Oh mihi *BCD* o mi anime *BF*. omei anime *C*. °mei anime *D*. o anime mi *Z* PA. *om.* *BCD* tene *Gruterus.* te *libri.* retine *Lambinus: quod suos 'libros mss. adiuvare' dicit* mulierem *BCD*, *codd. Pyladis.* mulier eſt *F*. mulier *Z* 1331. Nae *CD* atfligatur *CDa*. adfligatur *BDe*. affligatur *FZ* PY. *et mox* PA. *om.* *BCD* quit *C*. qui *Bothius, nescio an vere* quia, postquam abs te *Bothius, prob. Fleckeisenus Exerc. p. 29.* que poſt qui abſ te *B*. quepoſt quiabſtę *C*. quaep'qui abſte *Da* (quae p'qui *h. e.* quae posquam *De*). poſtquam abſte *FZ* abiit *F* male Factum eſt *BF*. malae Factum eſt *CD*. malfactum eſt *Z* miserae. PY. currite intro, adferte *B*: miserae. PY. adcurrite intro, ecferte *Bothius.* miſerat currit et intrē atque certo *B*. miſerat currit etintromatq;certo *C*. miſerat currit& intro atq' cereo *Da* (cereo *Db*, fereo *De*). miſere. PY. accurrite intro atque ferte *F et, nisi quod* efferte, *Z*. miserae *primus Saracenus,* afferte *Camerarius* 1333. PA. *FZ*. PH. *BCD* Nilil *C* moror: quin malo abscedas: ne *B*. moror quot malone *CD*. moror quod malone *B et, nisi quod* malo ne, *F*. moror. PY. quor?

Quaéso, dum resipíscit.

PYRGOPOLINICES.

Capita intér se nimis nexa híce habent.

Nón placet: labra ín labris ferrúminat. quid agís malum?

PLEVSICLES.

Témptabam, spiráret an non.

PYRGOPOLINICES.

Aúrem admotam opórtuit.

PLEVSICLES.

Sí magis uis, eam omíttam.

PA. malo ne *Z et addito* ipse *Camerarius, simul autem post malo satis inepte inserto* merum *Lambinus.* malum *ibidem non aptius inseruit Bothius* 1334. Queſo *cum prioribus iunctum* **FZ**. PY. Queſo **BCD** reſipiſcit **Z**, '*mss.' Lambini.* reſpicit *reliqui.* respicito (*cum* Quaeso dum *constructum) Camerarius* PYRG. *Palmerius p. 684, Acidalius. om. libri* capta **Z** nexa hice habent *Lambinus:* nexa hic habent *Camerarius.* uexam hinc habet **BCDF**. noxà hic habet **Z** 1335. labra in labris ferruminat. quid agis malum **B**. labra ab lauellif feruminat ace malum **Da** (labellif **Dc**). labram ab lauelliffer inaut acemalum **C**. labrâ ablauellif fer admacellum **D**. labra a labellif firmauit acre malum **F**. labra labellif ferruminauit acre malũ **Z**. labra et labella inter se ferunt admodum *Camerarius: quibus* serunt *adscripsit Scaliger, quod recepit Dousa.* labra et labella firmant admodum *Lambinus, et 'sic eius libri vett., uno excepto qui habet* firmauit.' labra labellis ferruminauit admodum *Palmerius.* labra labellis ferruminant arte admodum *Acidalius.* labra labellis ferruminant. PL. acre malum *Gruterus.* labellis labra ferruminant. PL. arte admodum *Guyetus.* labra ab labellis fer mihi aut — PL. acre est malum *Bothius.* labra ab labris ferruminant. PL. acre est malum *Lindemannus.* labellis labra ferruminant. PL. acre est malum *Kampmannus de* AB *praep. p. 32.* acrest malum *sic tantum tutari licebit ut praecedat* labra in labris ferruminas 1336. PL. *praemittunt libri omnes* Tentabam **FZ** spiraret *Camerarius.* ſpiraret *libri* non. PY. aurem admotam *Camerarius.* non aurem at noſtam **CD**. non aut eũ ad noſtâ **D**. non aurę at noſ iam **Z** *et, nisi quod* aure, **F** oportuit **FZ**. hoportuit **CD**. hoc oportuit **B** 1337. PL. *om.* **FZ** Si **BCD**. Sin **FZ** eam omittam **B**. amo mittam **BCD**. ambof mittam **FZ**. ambo mittam *Bothius*

PYRGOPOLINICES.

Nolo: rétine.

PALAESTRIO.

Adflictór miser.

PYRGOPOLINICES.

Éxite atque ecférte huc intus ómnia, isti quaé dedi.

PALAESTRIO.

Étiam nunc salúto te, Lar fámiliaris, príusquam eo.
Cónserui conséruaeque omnes, béne ualete et uíuite:
Béne quaeso inter uós dicatis ét mihi absentí tamen.

PYRGOPOLINICES.

'Age, Palaestrió, bono animo es.

PALAESTRIO.

Heú heu, nequeo quín fleam,

Quom ábs ted abeam.

PY. nolo: retine. PA. adflictor miser ***B*** (*ut Ter. Eun. I, 1, 31*). nolo retineat flo mifer ***BCD*** (flo ***De***). nolo retineat flet mifer ***F***. PY. nolo retineat. PL.E. flet mifera ***Z***. PA. nolo retineat, fleo miser *Camerarius*. PY. nolo retineat. PA. fleo miser *Acidalius*. PY. nolo; retine. PA. at fleo miser *Bothius*. *Incertissima emendatio. Fuit cum de talibus cogitarem qualia infra posui:* PY. nolo: retine. tu ne adfle miser: *vel* PY. nolo: retine. tu adfla miseritus: *vel* PY. nolo: retine. PL. adflabo misericors 1338. PY. *habent libri* ecferte *Pareus:* efferte *Camerarius*. hec ferte ***BDF***. haec ferte ***CZ*** omnia ifti quae *Bothius*. omniaq' ifti ***BCD***. omnia que (que) ifti ***FZ***. *Nisi fuit* omnia quae ego ifti 1339. PA.] PY. ***Da***. P. ***Db*** Lar *Bothius*. *om. libri* eo ***DeFbZ***. ero ***BCDa***. equo ***Fa*** 1340. PA. *praemittit* ***D*** conferuiaeque ***C***. conferueque ***BF*** omnif ***BCD*** 1341. Bene] *eo in loco, in quo nunc* B *est, personae notam ante rasuram* ***B*** *habuit* quefo ***BCF*** mihi *Camerarius*. m ***F***. mi ***Z***. me ***BCD*** 1342. paleftrio *libri* ef ***FZ***. eft *vel* ē ***BCD*** PA. *om.* ***CD*** heu heu *Acidalius*. heu *libri*. eheu *Gruteriana*. heu mihi *Pylades* nequeo quin fleam ***FZ***. neque quin fleat ***BDe***. neque quimfleat ***CDa*** 1343 *cum sqq. sic exhibet* ***B***:

Qm̄ abf te abeam. PY. fer equo animo. PA. fcio ego quid doleat mihi.
PH. Sed quid hoc querif quid uideo uix falue
PL. Iam refipifti. PH. obfecro quem amplexa fum
Hominem peril *e. q. s.*

PYRGOPOLINICES.

Aequó fer animo.

PHILOCOMASIVM.

Sét quid hoc? quae rést? quid est?

'O lux, salue.

PLEVSICLES.

Iám resipisti?

PHILOCOMASIVM.

'Obsecro, quem ampléxa sum

Hóminem? perii. súmne ego aput me?

PLEVSICLES.

Né time, uoluptás mea.

PYRGOPOLINICES.

Quíd istuc est negóti?

PALAESTRIO.

Animus hánc modo hic relíquerat

Eadem versuum divisione servata (nisi quod ſum hominem ‖ Perii *Z) reliqui his discrepant a B:* Quom *CDFZ* — aequo *Z* — quit *C* — PH. Set inquit *C.* PLE. Sed quid *FZ* — querif quod uideo *C.* quererif? PH. quid uideo? *FZ* — lux *CDFZ* — reſipi ſti *C. Non dubium videtur quin versus primi altera pars errore iterata sit e v. 1325.* quae res est *pro* querif *debetur Camerario,* ted *Guyeto,* aequo fer *Bothio, in distribuendis versibus infelicissime satagenti. Nec Fleckeiseniana Exerc. p. 16 sq. satisfaciunt. Aliquanto probabiliore via Acidalius ingressus sic saltem potuerat tres versus servare:*

Quom ábs ted abeam. PY. aequó fer animo. PA. scio ego quid doleát mihi.
PH. Sét quid hoc? quae rést? quid uideo? lúx mihi salue cándida.
PL. Iám resipisti, Philocomasium? PH. óbsecro, quem ampléxa sum

1345. perii sumne] peruſumne *C* aput *D* PL.] PY. *FZ* timeaſ *Z* 1346. PY.] PA. *FZ* negotii *BCD.* negocii *FZ* PA.] PY. *FZ* *Post hunc v. lacunam signavi, quam aliquo coniectura licet sic supplere:*

PY. Quid istuc est negoti? PA. [Quom] animus hanc modo hic reliquerat,

* * * * * * *

Métuoque et timeó, ne hoc tandem própalam fiát nimis.

PYRGOPOLINICES.

Quíd id est?

PALAESTRIO.

Nos secúndum ferri núnc per urbem haec ómnia,
Né quis hoc tibi uítio uortat.

PYRGOPOLINICES.

Méa, non illorúm dedi:
Párui ego alios fácio. age, ite cúm dis beneuoléntibus.

PALAESTRIO.

Túa ego hoc causa díco.

PYRGOPOLINICÉS.

Credo.

PALAESTRIO.

Iám uale.

PYRGOPOLINICES.

Et tu béne uale.

[Iam ille timidam consolatur. pol magis adflictor miser,]
Metuoque

1348. PA. *praemittunt* ***FZ*** et timeo ***FZ***. ut timeo ***BCD***. *Non mirer si quis interpretamentum esse suspicetur (fortasse natum ex illo* timidam), *quo aliud quiddam expulsum sit, velut* Metuoque hercle equidem, ne hoc tandē ***C*** propalam *Camerarius*. proalla ***CD***. proilla ***B***. palam ***FZ*** 1349. id est] idē ***C*** fecundum ferri ***BCD***. palam ferre ***FZ*** hec ***BF***. *om.* ***Z*** 1350. hoe tibi uitio uortat *Acidalius*. tibi hoc uitio uortat ***CDFZ***. hoc tibi uortat *cum vacuo spatio* ***B*** illorum] aliorum *Bothius* 1351. Paruof ***B*** alios *Bothius*. illof *libri* fatio ***C*** age ***R***. agite *libri* ite cum] tecum ***B*** diif ***F*** 1352. PY. credo. PA. iam uolo. PY. et ***FZ***. PY. credo iam uale. PY. et ***CD*** *et, nisi quod* P. et, ***B*** bene uole ***Da***

PALAESTRIO.

'Ite cito: iam ego ádsequar uos: cúm ero pauca uólo loqui.
Quámquam alios fidéliores sémper habuistí tibi
Quám me, tamen tibi hábeo magnam grátiam rerum ómnium:
Ét si ita tibi senténtia esset, tíbi seruire máuelim
Múlto quam alií libertus ésse.

PYRGOPOLINICES.

Habe animúm bonum.

PALAESTRIO.

Heí mihi, quom uenít mi in mentem, ut móres mutandí sient,
Múliebres morés discendi, oblíuiscendi stratiótici.

PYRGOPOLINICES.

Fác sis frugi.

PALAESTRIO.

Iám non possum: amísi omnem lubídinem.

1353. adſequar uoſ **CDZ**. aſſequar uoſ **F**. uoſ adſequar **B** hero **FZ**. ego **BCD**. uolo loqui **R**. eloqui **BCD**. eloquar **FZ**. etiam loquar *Camerarius* 1354. fideliorіſ **CDZ** 1355. gratia **CDa** 1356. ita tibi **R**. ita *libri* mauelim **FZ**. malui **B**. maui **CD** 1357. libertatiſ **B** eſſe **DaFZ**. eſſet **BCDa** habe **FZ**. habeo **BCD** animum bonum *Bothius*. bonum animum *libri* 1358. PA. Hei mihi *Bothius*. PA. haeum **BCB**, PA. hacum **F**, PA. ah **Z**, *sed superiori versui agglutinantes*. PA. hau mihi *Camerarius* *Totum versum* Quom . . . . . ſient *om*. **B** Com **CDa**. Con **Dc**. Cum **FZ** mihi in **C**. mihi in **D**. in **FZ** moriſ mutandi ſint **CD** 1359. Muliebriſ moreſ **B**. Muliebriſ moriſ **CD** obliuiscor *verbum, quanquam non satis a me distinctum Prol. Trin. p.* CLII. *ab eorum societate quorum propter brevem vocalem non par est ratio, tamen nisi admittere in tres syllabas contractionem cum hic tum in Attii apud Nonium p.* 500 *septenario existimabitur, Militis quidem versum non me habere fatebor qui expediam: quando* omittendi *vel aliquid simile substituere non unam ob caussam parum probabilitatis habiturum sit* stratiotici *Scutarius*. ſtatrioſi **B**. ſtratioſt **CD**. tui **FZ** 1360. frugi-

PYRGOPOLINICES.

'I sequere illos: né morere.

PALAESTRIO.

Béne uale.

PYRGOPOLINICES.

Et tu béne uale.

PALAESTRIO.

Quaéso ut memineris: si forte líber fieri occéperim,
Míttam nuntium ád te: ne me déseras.

PYRGOPOLINICES.

Non ést meum.

PALAESTRIO.

Cógitato idéntidem, tibi qúám fidelis fúerim.
Si íd facies, tum démum scibis, tíbi qui bonus sit, quí malus.

PYRGOPOLINICES.

Scío: perspexi saépe, uerum quom ántehac, tum hodie máxume.

PALAESTRIO.

Scís? immo hodie uérum factum fáxo post dicés magis.

PYRGOPOLINICES.

Víx reprimor, quin té manere iúbeam.

PA. iam non ***F*** *et, nisi quod* frugiſ, ***Z***. frugi iam non ***B***. frugi iam non ***CD*** libidinem ***F*** 1362. Queſo ***BF*** ut ***FZ***. ot ***C***. at ***D***. *om*. ***B*** fieri occeperim ***FZ***. fieri occeperit ***BC***. fieri acceperit ***D*** 1363. at te ne me ***CD***. athene ne ***B*** 1364. PA. *om*. ***Da*** identidem ***FZ***. dent idem ***BCD*** fuuerim *Acidalius* 1365. it ***C*** scibis tibi] ſciuiſti ***B*** ſit qui · *cum rasura* ***B*** 1366. Scio ***B***. Scio et *libri* ſepe ***BF***. ſaep° ***D***. ſaepe ſaepe ***Z*** cum antehac tum ***F***. cum te hac tum ***Z***. cum antehac ***BCD*** maxime ***Z*** 1367. Scis? *Salmasius*. Scieſ *libri* hodie uerum *Camerarius*. hodiem eorum ***CD***. hodie eorum ***B***. hodie a me uero ***FZ***. hodie meum *'codd. vet.' Pyladis* 1368. manere ***BFZ***.

PALAESTRIO.

Caue istuc féceris.

Dícant te mendácem nec uerum ésse, fide nulla ésse te:
Dícant seruorúm praeter med ésse fidelem néminem.
Nám si honeste cénseam te fácere posse, suádeam.
Vérum non potést: caue faxis.

PYRGOPOLINICES.

'Abi: iam patiar, quídquid est.

PALAESTRIO.

Béne uale igitur.

PYRGOPOLINICES.

'Ire meliust stréuue.

PALAESTRIO.

Etiam núnc uale.

PYRGOPOLINICES.

'Ante hoc factum hunc sum árbitratus sémper seruom péssumum:
Ĕum fidelem mihi esse inuenio. quom égomet mecum cógito,
Stúlte feci, qui húnc amisi. íbo hinc intro núnc iam
'Ad amores meós. et, sensi, hinc sónitum fecerúnt fores.

---

mare *CD* 1369. Dicant *B*. Dicent *libri* effe fide nulla *FZ*. effe fidele nulla *Dc*. effet fidele nulla *CDa*. effet fidelem ulla *B* 1370. preter *CF* med *Guyetus*. me *libri* effet *BCDa* 1371. honeftę *C* cenfeat *BCD* poffef uadeam *CDb*. poffef uade *Da* 1372. abilam *CDa* quitquit *CD*. quicquid *reliqui* 1373. PA. *B*. Pyrgopolinici *continuant reliqui* PY. ire melius est strenue. PA. etiam *Camerarius*. PY. Ire meliuf ē trenue. PA. etiam *B*. PA. ire meliuf ē trenue. PA. etiam *CDa* (ē ^ft^renue *Db*). PA. ire meliuf eft. PY. ftrenue. PA. etiam *FZ* 1374. PY. *om*. *CD* huc *BCD* peffimum *Z* 1375. fidele *CD* inuenio *'prisca exemplaria' Pii*. inuento *libri* cum egomet *Camerarius*. cum ego et *BCD*. cum ego *Z*. tum ego *F* 1376. fecit *BC* huc *C* amifit *BCD* intronunciam *C*. introuinciam *B* 1377. Ad amoref *FZ*. At moref *BD*. Acmoref *C* et sensi, hinc *Gruterus*. et fenfit hinc *BCD*. quif exit hinc *FZ* fecere *FZ* forif *BC*

PVER. PYRGOPOLINICES.

PVER.

Ne mé moncatis: mémini ego officiúm meum.
Ego iámiam conuenam íllunc. ubiubist géntium,
Inuéstigabo eum: óperae non parcám meae.

PYRGOPOLINICES.

Me quaérit illic: íbo puero huic óbuiam.

PVER.

Ehém, te quaero: sálue, uir lepidíssume,
Cumuláte commoditáte, praeter céteros
Duo dí quem curant.

PYRGOPOLINICES.

Quí duo?

PVER.

Mars ét Venus.

PYRGOPOLINICES.

Facétum puerum.

Act. IV. Scen. 9. PYRGOPOLINICES MILES. PVER ***B***. *om.* ***C***. PVER. PYRGOPO ***D***. Puer. Pyrgopolinicef ***FZ*** 1378. PVER *praemittunt* ***CD***, PV. ***B*** nemini ***B*** 1379. iamiam conuenam illunc ***B***. nam conueniam illum *libri* ubi tibi eft ***X***. ubi ubi eft *reliqui h. e.* ***BCDFYZ*** 1380. Inuestigabo eum ***B***. Inbeftigabo *reliqui.* Inuestigando ego *cum seqq. iuncta Acidalius, interpungens post* gentium opere ***BF*** parcam meae *Camerarius.* parco mene ***B***. parco meae *reliqui* 1381. illic: ibo puero huic *Bothius.* ilico hinc puero ***B***. illic ibo huic puero *reliqui* 1382. Ehm ***B***. echem ***D***. Hem ***Z*** quero ***BF*** falue ***B***. *om. reliqui* lepidiffime *libri* 1383. Cumulate ***BC***. cumulante *reliqui* comoditate ***X*** caeterof ***CZ*** 1384. dii ***F***. d•• *cum ras.* ***B*** quid ***F*** Mars et] arfe ***B***

PVER.

'Intro te ut eas óbsecrat:
Te uólt, te quaerit, téque exspectans déperit.
Amánti fer opem. quíd stas? quin intro is?

PYRGOPOLINICES.

Eo.

PVER.

Ipsús illic sese iam ímpediuit ín plagas.
Parátae insidiae súnt: stat in statú senex,
Vt ádoriatur moéchum, qui formást ferox,
Qui omnís se amare crédit, quaeque aspéxerit:
Quem omnés oderunt quá uiri qua múlieres.
Nunc ín tumultum ibo: íntus clamorem aúdio.

1385. intrate ut ea obſecrat *B* 1386. uolt *Z*. uult *reliqui* querit *BCF* teque expectans deperit *Pylades*. te exſpectat *B*. teque expectanſ petit *reliqui*. teque exspectans expetit *Pareus*. '*scriptum est alibi* perit': *Pius* 1387. quin] quid *BCF* 1388. illic sese *Pylades*. illiccſe *B*. illic ſe *reliqui* 1389. stat in statu *Pareus*. inſtatuſ ad *B*. in ſtatu ſtat *reliqui*. in saltu stat *Saracenus*

1390. adoriatur] domatum *Nonius p. 305* moechum *YZ*. mecum *X*. mecum *reliqui*. maecum *Nonius* formast] forma ſt *BCD*. forma eſt *reliqui, Nonius* 1391. omni ſe *B* quaeque *Camerarius*. queque *B*. quemque *CD*. quaſque *FXYZ* 1392. Quem omnes *Guyetus*. Mulierē *B*. Muliereſ eum *reliqui* oderunt *BC*. odore *Y*. odere *reliqui* qua uiri qua *CD*, *Scioppius Susp. lect. I, 7*. quaſi uiri qua *B*. tam uiri quam *reliqui* mulieriſ *BCD* 1393. intuſ *om.* *FX*

ACTVS V.

PERIPLECOMENVS. PYRGOPOLINICES. CARIO. SCELEDRVS. LORARII.

PERIPLECOMENVS.

Dúcito istum: sí non sequitur, rápite sublimém foras.
Fácite inter terram átque caelum utí siet: discíndite.

PYRGOPOLINICES.

'Obsecro hercle, Périplecomene, té.

PERIPLECOMENVS.

Nequiquam hercle óbsecras.
Víde ut istic tibi sít acutus, Cário, cultér probe.

CARIO.

Quín iamdudum géstit moecho hóc abdomen ádimere.

Act. V. PERIPLECTOMENVS SENEX. PYRGOPOLINICES MILES. COCVS. LORARII *B*. LORARII PERIPLECTOMEN' PYRGOPOL CO'C *D*. Periplectomenuſ. Pyrpopoliniceſ. Cario. Sceledruſ *F*. Periplectomenuſ. Pyrgopo, Cocuſ Cario. Sceledruſ *Z*. *om.* *C* 1394. PER. *praemittunt* *CD* ſublim̃ *B*. ſublimen *F* 1395. uti siet *Bothius*. ut ſit *BCDFXY*. ut ſit *Z*. ut medius sit *Camerarius* deſcendite *B*. dispendite *vel* distendite *Scaliger: nescio an vere* 1396. periplecto mane *B*. periplectomene *reliqui* te *om.* *FXYZ* nequiquam *CD*. nec quicquam *B*. nequicquam *reliqui* obſecraſ hercle *X* 1397. ut *sup. scr.* *D* iſtic *CDY*. iſtuc *B*. iſtĩc *FXZ* sit acutus *Saracenus*. ſi tactuſ *B*. ſit actuſ *reliqui*. *Cf. Prol. Trin. p.* CCLXVII. 1398. CA. *om.* *BCD* geſti *Y*. gestio *Camerarius* meco *B*. mecho *F* hoc] *an* huic hoc? *an forte* moecho gestit? abdomẽ *Z*. ab-

Fáciam uti quasi púero in collo péndeant crepúndia.

PYRGOPOLINICES.

Périi.

PERIPLECOMENVS.

Haut etiam: número hoc dicis.

CARIO.

Iámne ego in hominem ínuolo?

PERIPLECOMENVS.

'Immo etiam prius uérberetur fústibus.

CARIO.

Multúm quidem.

PERIPLECOMENVS.

Cúr es ausus súbigitare álienam uxorem, ínpudens?

PYRGOPOLINICES.

'Ita me di ament, últro uentumst ád me.

PERIPLECOMENVS.

Mentitúr: feri.

PYRGOPOLINICES.

Máne, dum narro.

---

domo *B* 1399. Faciam uti *R*: Faciam ut *Dissaldeus*. Vt faciam *libri*. Et faciam *Pius* pendeat *B* 1400. PERIPL. haut *R*: PR. aut *B*. Aut *CD*. CA. haud *reliqui* numero *BCDY*. nunc uero *FZ*. nunc numero *X*. *Vide Ladewigium in Diurn. antiqu. a. 1844. p. 623 contra Rostium Opusc. p. 196 et Fleckeisenum Exerc. p. 17 disputantem e mente Acidalii* CAR. iamne *R*. iamne *libri* ego *Fleckeisenus. om. libri* homine *Y* inuolo '*prisci codices*' *Pii*. inuoco *libri* 1401. PR. *om.* *BCD* prius] pus (1) *C*. *om.* *Y* uerberetur *DbFXYZ*. ueretur *BC*. feretur *Da* CA. *Camerarius. om.* *FZ*. *spatium* *BCD* equidem *Y* 1402. PR. *om.* *FZ* subagitare *FXYZ*, *non* *BCD* inpudens, *non* imp., *B* 1403. dii *FZ* uentumst ad *CDFX*. uentu stat *B*. uentum est ad *YZ* feri *CD*, *Pylades, Scioppius Susp. lect. I, 7*. eri *B*. PY. peri *FX*. PY. perii *YZ*

PERIPLECOMENVS.

Quíd cessatis?

PYRGOPOLINICES.

Nón licet mihi dícere?

PERIPLECOMENVS.

Díc.

PYRGOPOLINICES.

Oratus sum húc uenire.

PERIPLECOMENVS.

Quáre's ausus? én tibi.

PYRGOPOLINICES.

Oíei, satis sum uérberatus. óbsecro.

CARIO.

Quam móx seco?

PERIPLECOMENVS.

'Vbi lubet. dispénnite hominem díuorsum et disténnite.

1404. PY. *om.* ***FZ*** PER. quid ***D*** 1405. Dic. PY. oratuſ ***DeFZ***. Dic oratuſ ***CDa***. Decoratuſ ***B*** huc uenire ***R***. ad te uenirē ***B***. ad te amuttire ***CDe*** (PR. ad ***Da***, PY. ad ***Db***). ad te buc uenire ***FYZ***. ad te hunc uenire ***X***. ad te uenire buc *Camerarius* PR. ***DeFZ***. *spatium* ***CDa***. PY. ***B*** quare's ***R***. quare ***B***. quirere ***CDa***. quirere ***Db***. quare *reliqui* ausus? en ***R***. auſuſ em ***B***. auſuſ. PY. em ***Db***. auſuſ? PY. bem ***FZ***. auſuſ (*sp.*) em ***CDa***, *nisi quod* ᵗem ***C*** 1406. *Versuum 1406. 1407. 1408 etsi nihil legi in* ***A*** *potest, tamen cum duorum tantum spatia habeat, consequens est ut illorum unum omiserit* PY. *Camerarius. om. libri* Olei *Bentleius in Eun. IV, 4, 47.* Olei ***BC***. Olri ***Da***. Odre ***Db***. Ohe ***D*** *mrg., Guyetus.* Hodie *reliqui.* O hei *Gruterus* CA. *Camerarius.* PR. ***BDbFZ***. *om.* ***CDa*** mox seco *Camerarius*. exego ***B***. mox ego ***CDF***. mox ergo ***XYZ*** 1407. PR. *Camerarius. om. libri* lupet ***C***. lucet ***Y*** dispennite . . . distennite *Meursius coll. Donato in Phorm. II, 2, 16.* diſpennite . . . diſtendite ***Z***, *Nonius p. 9.* diſpendite . . . diſpendite ***B***. diſtendite . . .

PYRGOPOLINICES.

'Obsecro hercle té, mea uerba ut aúdias, priusquám secat.

PERIPLECOMENVS.

Lóquere, dum non níhili factu's.

PYRGOPOLINICES.

Víduam eam esse cénsui:

'Itaque ancilla, cónciliatrix quaé erat, dicebát mihi.

PERIPLECOMENVS.

Iúra te nocitúrum non esse hómini de hac re némini,
Quód tu hic hodie uérberatu's aút quod uerberábere,
Sí te saluom hinc ámittemus Vénerium nepótulum.

PYRGOPOLINICES.

Iúro per Dióuam et Martem, mé nociturum némini,

---

difpendite ***CDX***. difpendite . . . diftendite *'libri vett.' Lambini.* diftendite . . . difpennite ***F***. diftennite . . . diftendite ***Y***. distennite . . . dispennite *Bothius* 1408. mea uerba ut *Acidalius*. ut mea uerba ***BCDZ***. ut uerba mea ***FX*** feccat ***Z*** 1409. PE. loquere] Perloquere ***Y*** dum non nihili factu's ***R***. nondum niliblo factuf ***B***. nondum donec factum eft ***CDXZ***. nunc dum donec factum eft ***F***. nondum nihili factus *Camerarius* PY. *om.* ***CDa*** uiduam eam ***R***. uiduam *libri* 1410. QUAEERAT ***A***. que erat ***B***. *om.* reliqui 1411. nociturum non ***R***. non nociturum *libri*. nociturum *Acidalius* esse] ē ***B*** homini de hac re nemini *Bothius*. OMINIDEHACRENEM *apparuit in* ***A***. hominē de hac re nemini ***B***. hominem de hac re neminem ***CDFXYZ***, *Scioppius Susp. lect. IV, 6.* hominum . . . nemini *Guyetus* 1412. hic hodie *Bothius*. hodie hic *libri* uerberatus *scribebatur* quod] qm̄ ***B*** uerberabere *Camerarius*. uerberare *libri* 1413 *ficticium putabat Osannus Anal. p. 203, quanquam et a Prisciano III, p. 610 P. lectum et in* ***A*** *servatum* hic ***B*** amittemus *Bothius et teste Lindemanno cod. Dresd. Prisciani*. mittimuf *libri*. amittimuf *Priscianus* uenerium ***BCDZ***, *Prisc*. uenereum ***F*** nepotulam ***B*** 1414. per Dionam *Camerarius*. pidam ***C***. pidū ***B***. pidā ***Da***. piāe ***Db***. pia ioue m ***Dc***. per uenerem *reliqui*. per Dianam *Meursius* nemini

Quód ego hic hodie uápularim: iúreque id factum árbitror:
Ét si hinc non abeo íntestatus, béne agitur pro nóxia.

PERIPLECOMENVS.

Quíd, si id non faxís?

PYRGOPOLINICES.

Vt uiuam sémper intestábilis.

CARIO.

Vérberetur étiam: postibi ámittundum cénseo.

PYRGOPOLINICES.

Dí tibi bene fáciant semper, quom áduocatus béne mi ades.

CARIO.

Érgo des minam aúri nobis.

PYRGOPOLINICES.

Quamóbrem?

CARIO.

Saluis téstibus
'Vt hodie te hinc ámittamus Vénerium nepótulum.
'Aliter hinc non íbis: ne sis frústra.

B. nemiui ***Z*** 1415. Quid ***B*** uapularim, iureque id *Camerarius*. uapularĩ iure qui ***B***. uapulo sed mihi id eque *reliqui, nisi quod* ęque ***Z***, eq̃ ***F*** 1416. hinc non abeo intestatus ***R***. Intestatus non abeo hinc *libri cum* ***A***, *nisi quod* habeo ***BCaD***, testatus ***Y*** nox•a *cum rasura* ***B*** 1417. SEMPERUIUAM ***A*** 1418. CA. ***FXYZ***. *om.* ***CDa***. PER. ***Db***. LOR. ***B*** Verberis etiam ***B*** POSTIBI ***A***, *Gulielmus, Pistoris*. post tibi *reliqui* amittendum ***FXYZ***. amitte dum ***BCD*** 1419. Dii ***FXYZ*** tibi] te ***Y*** qm̃ euocatus ***B***. cum auocatus ***X*** cum aduocatus *reliqui* bene mi ades ***R***. mihi bene adè ***B***. bene mihi es ***CDF***. mihi bene es ***XYZ***. MIHIBENEST ***A*** 1420. CA. ***FXYZ***. *om.* ***CDa***. PER. ***Db***. LOR. ***B***. *Eadem discrepantia redit post* quamobrem, *nisi quod* CA. *om.* ***D*** auiri ***X*** suauis ***B*** 1421. hodie te ***R***. te hodie *libri*. ted hodie *Guyetus* uenerium *libri omnes* nepotulum] ne·ppꝉm ***B*** 1422. Aliter . . . . . dabitur

PYRGOPOLINICES.

Dabitur.

CARIO.

Mágis sapis.

Dé tunica et chlamydo ét machaera né quid speres: nón feres.

LORARIVS.

Vérberone etiam án eum amittis?

PYRGOPOLINICES.

Mítis sum equidem fústibus.

'Obsecro uos.

PERIPLECOMENVS.

Sóluite istunc.

PYRGOPOLINICES.

Hábeo gratiám tibi. 1425

PERIPLECOMENVS.

Sí posthac prehéndero ego te hic, séparabo a téstibus.

AB. om. reliqui hinc non ibis *B:* HINCNON••B•S *A.* hinc a nobif *B.* non abibis *Lambinus* CA. *Camerarius. om. C.* LOR. *B.* P. *Da.* PER. *Db cum reliquis* magif fapif *libri cum A.* modice fapif, *quod e* Plauti Milite *Nonius p. 342 affert, alii huc rettulerunt, ad v. 1190 Gulielmus c. 3* 1423. Det tunicam *B* et *om. Z* clamide *CDX.* clamidē *B* machaera ne quid *Camerarius.* macrune quid *BCDa.* mucrone quam *F.* mucrone qui *Db cum reliquis* non ferof] CA. non feret *FXYZ* 1424. LORARIVS *B:* LOR. *B.* P. *Da.* PYR. *om. reliqui* Verberone (sp.) etiam *Da.* Verberone. PER. etiam *Db.* uerbero. Etiamne *Z* (uerbero *iungens cum* feret). Etiamne uerbero *Y* an eum amittis *B.* an amittif *B.* animā amittif *reliqui.* antequam mittis *Camerarius.* antequam amittis *Scioppius Susp. lect. IV, 15.* an im amittis *Bothius* mitiffime quidē *B.* mitif fim equidem *Nonius p. 343* 1425. PER. *praemittunt BCD, mox* PER. *omisso* ISTUNC *A.* iftunc *B.* iftum *reliqui* habeo gratiam *B.* gratiam habeo *libri cum A.* gratiaf habeo *Guyetus* 1426. PE]-P- *D* Posthac si

PYRGOPOLINICES.

Caúsam hau dico.

PERIPLECOMENVS.

Ĕamus intro, Cário.

PYRGOPOLINICES.

Seruós meos

Éccos uideo. Phílocomasium iám profectast? díc mihi.

SCELEDRVS.

Iámdudum.

PYRGOPOLINICES.

Hei mihi.

SCELEDRVS.

Mágis id dicas, sí scias quod égo scio:

Námque illic, qui lánam ob oculum habébat, nauta nón erat.

PYRGOPOLINICES.

Quís erat igitur?

SCELEDRVS.

Phílocomasio amátor.

Bothius prendero ***Y*** ego te ***AB***. *om. reliqui.* ego ted *Lambinus* separabo a testibus ***R****: quanquam haud scio an* segregabo *praestet.* arebo ceſtibuſ ***BCDa***. arcebo ceſtibuſ ***Db***. arcebo teſtibuſ *reliqui* 1427. aut ***BC***. [h]aut ***D***. haud *reliqui* introcarioſ ***B***. intro carioſ ***CD*** 1428. eſt *libri* 1429. SC. ***DbFXYZ***. E. ***B****: nam quintus est in personarum indice Sceledrus. om.* ***CDa*** PY. hei] ei ***B***. et ***CDa*** (PY. et ***Db***) SC. *om.* ***BCDa*** magis id dicas *Bentleius in Eun. II, 3, 65.* magiſ dicaſ *libri cum (**A**)* quid ***Z*** 1430. Namque illic *Acidalius.* NAMILLIC ***A***. Nam ille *reliqui.* 'Namque ille *Camerarius* abebat ***X***. habeat ***Y*** 1431. SC. *om.* ***BCDa*** Philocomaſio *libri omnes cum **A*** PY. *om.* ***CDa****, cum spatio **B***

PYRGOPOLINICES.

Qui tu scis?

SCELEDRVS.

Scio:

Nám postquam porta éxierunt, níl cessarunt ílico
'Osculari atque ámplexari intér se.

PYRGOPOLINICES.

Vae miseró mihi:

Vérba mihi data ésse uideo. scélus uiri Palaéstrio,
'Is me in hanc inléxit fraudem.

SCELEDRVS.

Iúre factum iúdico.

Sí sic aliis moéchis fiat, mínus hic moechorúm siet:
Mágis metuant, minus hás res studeant.

PYRGOPOLINICES.

Ĕamus ad me.

CANTOR.

Plaúdite.

---

quid tu *B* sc. *om.* *Da.* PY. *BC* 1432. porta exierunt *B.* PORTAMEXIERUNT *A.* porta (*omisso* exierunt) *CD.* exierunt porta *reliqui* nihil *libri* cessat *Da.* cessarunt *Dc* 1433. atque] neque *B* ue *BCF* 1434. UIRI *A,* *Dousa.* uir *reliqui* palestrio *libri* 1435. INHANCINLEXITFRAUDEM *A,* *Camerarius.* inlexit fraude in *B.* hinc illexit fraude *CD.* hac illexit fraude *reliqui* Sceledri *personam ante* iure, Pyrgopolinicis *ante* eamus (*v. 1437*) *addidit Bothius: continuant libri* iure *om.* *Da,* *add.* *Db* factu *Da* 1436. Sic sic *BCD* moechis fiat *AFXYZ.* moecus fuit *B.* moechus fuit *CD* moecorum siaet *B* 1437. Magis *monosyllabum* studeat *B.* studenant *X* at *BCD* me. plaudite *libri.* *Vide Proleg. Trin. p.* XXI.

PLAVTI MILES GLORIOSVS EXPLIC. *B* *et, nisi quod* EXPL., *CD*

BONNAE, FORMIS F. P. LECHNERI.

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

ACCEDVNT

PROLEGOMENA

DE RATIONIBVS CRITICIS GRAMMATICIS PROSODIACIS METRICIS EMENDATIONIS PLAVTINAE.

TOMVS I.

PROLEGOMENA TRINVMMVM MILITEM GLORIOSVM BACCHIDES COMPLECTENS.

BONNAE

H. B. KOENIG

SVMPTVS FECIT

A. MDCCCXLIX.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE

VENVMDANT.

T. MACCI PLAVTI

BACCHIDES.

EX RECENSIONE

ET CVM APPARATV CRITICO

FRIDERICI RITSCHELII.

BONNAE
H. B. KOENIG
SVMPTVS FECIT
A. MDCCCXLIX.

LONDINI WILLIAMS & NORGATE
VENVMDANT.

Bacchidum tres tantum supersunt Ambrosianae membranae, fabulae partes has tenentes:

A. a
B. b
C. c
D. d
E. e
F. f
239. 240 = 476 — 494 et 495 — 513
249. 250 = 514 — 530 et 531 — . . . } XVI
. . . .
251. 252 = . . . — 943 et 944 — 961

Harum tamen ea condicio est ut pristinae scripturae nihil servatum sit in paginis 239. 250 (cuius tamen in extremo margine licuit evanidum quaternionis numerum resuscitare) et 251, propemodum nihil in inferiore parte paginae 252.

Codicibus Trinummo Militique glorioso adhibitis accesserunt in hac fabula Florentini, numero praeter **P** sex, saeculi xv. omnes: quos infra descripsi.

O Laurentianus est, inter Gaddianos plut. LXXXXI. 12: summa fide transcriptus, ut Proleg. Trin. p. XLV. sq. lixi, ex ipso Vaticano **D**. Complectitur igitur in CCCIV. ormae maximae membranis longe pulcherrimis, quarum ingulae paginae versuum XXVI. sunt, eximio nitore scriptas abulas XVI: ab Amphitruone ad Captivorum verba (III, 2, 4) *assum reddiderunt,* post dimidiae autem paginae (f. 676) ntervallum a Bacchidibus ad exitum Truculenti: vacuas raeterea habens unam et dimidiam paginam f. 57 post

Aulularium, partem paginae f. 19*a* post Amphitruonis IV, 2. Paginae tertiae imus margo nomina ostendit 'Guido Nobilius': primae autem membranae pagina altera post epigramma Plautinum et XVI. quae insunt comoediarum indicem haec verba: 'Ex libris fratrum ordinis D. Francisci Montis Politiani, iussu Caesaris loco depositi in sacrarium Mediceae Bibliothecae inlatis curante Ang. Mar. Bandinio S. C. M. Biblioth. Mense Aug. CIↃ.IↃ.CC.LVIII.'

Q Laurentianus pl. XXXVI. 36, in CCCCXXI. membranis formae maximae, versuum XXIV, Plautinas fabulas omnes (ut quattuor Laurentiani reliqui) complectens, 'F. Phedrum' saeculo XVI. possessorem testans, vacuas paginas post Amphitruonis IV, 2 quattuor et dimidiam habens, post Aulularium unam et dimidiam, inter Epidicum et Bacchides tres et dimidias duas, duas initio Pseuduli. Discrepantis scripturae notationes non paucas margines tenent, ascriptis plerumque his verbis *in alio codice* vel *in antiquo codice*: unde apparet duos librarium codices usurpasse, quorum alter interpolatam Plauti recensionem exhiberet, alter ab his interpolationibus paullo liberior propius accederet ad Vaticani **D** integritatem. Memorabilius est quod eidem margines multitudine annotationum explicationumque oppleti sunt magna ex parte et uberrimarum et doctissimarum: in quibus tamen vix quicquam*) repperi, quod non ex eis qui

---

*) Eiusmodi illud esse videtur quod huius ipsius fabulae versui 60 ascriptum est: *Cestrum erat tele genus bello persico inuentum. Celsus libros suos a uarietate rerum cestos uocauit.* Vnde Iacobi Bernaysii nostri thema profectum est Heracliteorum particulae I, quae Bonnae a. CIↃIↃCCCXLVIII. prodiit, subiectum: 'Cornelii Celsi encyclopaedia non inscripta erat *de artibus*, sed *Cestus*.'

hodie superstites sunt antiquitatis fontibus haustum sit, Nonio potissimum, Charisio, Prisciano, Varrone, Plinio aliisque scriptoribus plurimis. Cuius doctrinae exempla proposui in prooemio ind. schol. aest. Bonn a. CIƆIƆCCCXLVI, quo, quicquid scholiorum interpretationumque Plautinarum in libris mss. hodie superstes est, brevi narratione comprehendi.

S Laurentianus pl. XXXVI. 37, in pulcherrimis formae maximae membranis CCXCV, versuum XXXIV, pulcherrime scriptus. Cuius simillimus est

U Laurentianus pl. XXXVII. 38, pari et membranarum, quae numero CCLXXV sunt, versuum XXXVII, et scripturae cum forma tum elegantia. Fuit is liber 'Francisci Sassetti.' Vltimam membranam 'de vita comoediisque Plauti excerpta quaedam ex auctoribus gravissimis' occupant h. e. Gelliana Noct. Att. I, 24. XV, 24 cum similibus.

V Laurentianus pl. XXXVI. 39, modo descriptis codicibus vir inferior pulchritudine, membranarum CCLXIV. formae maximae, versuum XXXVI, cum hac subscriptione: 'liber Petri De Medicis. Cos. Fil.' Quae ei subscriptio communis est cum

W Laurentiano pl. XXXVI. 41, item nitidissimo, membranarum eiusdem formae CCXXXVIII, versuum XXXIX: addito in fine epigrammate Plautino. Est is ille codex quem de bibl. Alexandr. p. 115 dixi singulari artificio versuum omnium ambitum exaequare.

Horum sex librorum, eorumque quos prioribus fabulis adhibui numero sedecim, discrepantem scripturam omnem per primam scenam Bacchidum hoc consilio composui, ut denuo intelligeretur quam nihil auxilii ad emendandum poe-

tam noviciorum multitudo codicum afferret. In quorum pessimis facile nunc apparebit plerosque Mediceos esse. Quorum collatione vix quicquam proficitur nisi primum hoc, quod ad codicum **SU** similitudinem proxime accessisse eum librum perspicimus e quo princeps exemplum Merulae ductum est: alterum, quod Brixiani exempli editorem Pyladem cognovimus multas mutationes suas, etiam ubi '*codices antiquos*' non antestetur, tamen non debere coniecturae, sed interpolatis libris mss. acceptas referre.

Veteri codice aliquo etiam Scaliger usus est, in cuius annotatiunculis Leidensi exemplo, de quo Proleg. p. LIV. dixi*), ascriptis haud raro *V. C.* litterae redeunt. Quas notas cum olim putassem ad veterem codicem Camerarii (**B**) spectare, quocum exprompta a Scaligero scriptura saepe convenit: (nam ubi minus conveniebat, in caussa esse valde obscuram lectuque difficilem manum suspicabar:) tamen postea intellexi a **B** diversum librum illi in promptu fuisse, mixtam e bono et interpolato genere recensionem tenentem, sed quaedam etiam singularia habentem, ut v. 1094

*) Hoc exemplum, Antverpiense Ioannis Sambuci, in Parerg. I, p. 575 narravi haec in fronte scripta ostendere: 'Omnia quae in libro isto annotata sunt, Scaligeri e libris descripsit Commelinus, aut Gruterus.' Praeterea autem in praemissa libri indici scheda haec leguntur: 'Quae Hieronymus Commelinus heic annotauit ad oram, sumpsit e Scaligeri Plauto. At alium deinde Plautum habuit idem Scaliger ubi pleraque erant quae adscripserat priori libro. quaedam tamen ibi minime comparebant. multo tamen plura ultimus ille complectebatur quae heic ego Gruterus ascripsi (1620) eum nactus a Rutgersio Regiae Sueciae magistratus legato ad regem Bohemiae ufus. Interim NB multa ita evanuerant ob litterarum exilitatem et atramenti colorem evanidum ut coniecerim potius nonnulla quam descripserim.'

Eique libro dubitari nequit quin etiam non commemorato nonnullas Scaliger correcturas in schedis illis Parisinis (n. 8185) consignatas debeat, velut *obfequendo* v. 1082, *tumultuanti nomine* v. 1120: qualia quidem, si nulli posse usui esse viderentur, silentio praetermittenda duxi.

Praeterea de **B** restat ut annotetur, creberrimas quae in illo sunt, et multo quidem crebriores in Bacchidibus quam vel in Trinummo vel in Milite, et rasuras et radendo ortas lacunas non ad corrigendae scripturae consilium spectare omnes, sed magna ex parte ad tollendam membranae scabritiem factas esse. Quanquam singulis in locis utram rasura caussam habuerit, valde ambiguum esse iudicium solet. — Ceterum fontis e quo **B** fluxit antiquitatem etiam *k* litterae pro *h* positae in priore potissimum fabulae parte frequentia prodit: nam non alia forma nisi hac K Ambrosianum uti suo loco nuper annotavi.

Ipsius autem **B** codicis scripturaeque in eo reapse exstantis ignoratio una est earum caussarum, quibus, ut vel Godofredi Hermanni ingeniosa opera in perpoliendis Bacchidibus posita relinqueret quod emendari posse videretur, effectum est. Alia caussa e prosodiaci generis ambiguitate repetenda est. In quo cum ille mirifico quo pollebat, sed eidem aliquoties fastidiosiori aurium iudicio obtemperaret, etsi nunquam non elegantissimos numeros effinxit: tamen ego, cum non possem non eas rationes sequi, ad quas prosodiacam disciplinam omnem in Prolegomenis Trinummi ipse revocassem, saepe aut servavi quae posse defendi intelligerem aut aliter atque Hermanni acumine factum viderem vitia scripturae corrigenda putavi. Qui si

forte, ut fit, etiam alia quaedam sive in verbis sive in sen-tentiis corrupta aut obscurata vel indagarim felicius vel probabilius sanarim, tamen non nescio quam hoc sit modicum prae tot egregiis inventis*) tamque praeclaro exemplo, quibus plus quam cuiusquam curis et Bacchidum emendatio et mea emendandi opera debeat. Quae virtus in nulla parte luculentius quam in canticis canticorumque similibus scenis metrorum varietate insignibus enituit. Quorum quam sit anceps et lubrica tractatio, evidentissime semet ipsum corrigentis exempla docent quae in libro de metris, in Elementis doctrinae metricae, in ipsa denique nupera editione huius fabulae sibi successerunt. Quid igitur mirum, si certo eoque novo praesidio tuti aliquoties vel progredi ultra postremum exemplum Hermannianum ausi sumus non sine spe indagati veri? Id autem praesidium cum in Prolegomenis Trinummi p. CCC. ostendi tum ad Bacchidum v. 612. 643. 989. 1100. 1166. 1190 explicavi e versuum in B distributione peti, quippe quae plerumque aut antiquitatis memoriam servet aut turbatae pristinae concinnitatis manifestas caussas habeat. Sed tamen cum vel sic multa aut intacta relinquenda essent quae nec Plautina nec ullo modo

*) Qualium etiam in Trinummo multitudo iam mihi ipse suscenseo quod ex annotatione mea non tam elucet quam id ut fieret debitus Hermanno honos exigebat. Nam in id unum intentus, ut quae ad ipsam rem facerent quanta possem brevitate complecterer, identidem nimis chartarum parcus solius Ambrosiani testimonium eis scripturis apposui quas pridem Hermanni sagacitas occupasset. Non par, sed similis ratio quarundam Guyeti emendationum est: quibus praeter huius mentionem etiam Hermanni nomen ascribere iccirco debebam quod, nisi fallit coniectura, Guyeti operam Plautinam aut non viderat Hermannus aut Trinummo emendandae non adhibuit.

vel sana vel tolerabilia esse certissime constaret, aut liberioris coniecturae ope ea substituenda quae nec indigna Plauto et a librorum fide non nimis aliena viderentur: nos quidem et membranarum illuvie sese ingurgitantium vitioso appetitui et lautiorem artis munditiem concupiscentium honestis desideriis simul hoc artificio consuluimus, ut liberaliter instaurati poetae exemplo subiiceremus in annotatione non singula librariorum peccata, sed integrae scenae continuitatem e Vetere codice expressam: idque consilium in posterum tenebimus.

Quod autem de canticorum probabiliter describendorum mira saepe ambiguitate dixi, id insigni documento nunc ipse experior, cum eos versus relego quibus actus IV. scena e vulgari numerandi ratione decima constat. Quam cum alternis octonariis septenariisque Hermannus olim a se dispositam nuper maluisset solis octonariis decurrere secundum meam sententiam, hoc ego mihi confirmari passus in editione iam vereor ne rectius recusatum a me detecti veri honorem pristino Hermanni sensui retribuam. Nisi quod haud paullo maiorem, quam in qua ille acquieverat in Elementis, concinnitatem consequi sic licet:

Quam mágis in pectore mĕo foueo, quas méus filius turbás turbet,
Quam se ád uitam et quos ád mores praecipitem inscitus capéssat:
Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa omnía, set more modésto.

Duxi, hábui scortum, pótaui, - edi, donaui: at enim id raro.
Neque plácitant mores, quis uideo gnatis uolgo esse paréntis.
Ego dúre ludum gnato institui, - animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: sel nimis nolo desidiae. nunc Mnesilochum,
Quod mándaui, uiso, écquid eum mi ad frúgem opera sua cómpulerit:
Sicút eum scio, si cónuenit, fecisse: eo ingenio nátust.

Absolveram autem Bacchidum emendationem, cum observatioues quasdam suas partim ad hanc fabulam partim ad Militem gloriosum spectantes Alfredus Fleckeisenus ad me tramisit amicissime: quas ut ne celem lectores, et ipsi et Plauto debere videor. Igitur Bacch. v. 41 *consilio* pro *concilio* scribendum esse ille quoque vidit. — Versus 51 dubitanter hanc scripturam proposuit:

Dúae unum expetitis palúmbem: périi, arundo alés uibrat:

h. e. 'die leimruthe setzt meine flügel in schwingende bewegung.' Mihi ipsi aliquando in mentem venit ciecto *ales* scribere *périi, arundo uérberat,* id quod postea vidi etiam Guyotum suadere: sed quo diutius, quid omnium esse aptissimum videretur, cogitavi recogitavique, eo denique certius ad illud quod posui *prope* redii. — V. 121: *An nón putas? est inquam. o Lyde, es bárbarus.* — V. 130 *in mentemst* pro *in mentest:* quod in annotatione commendavimus. — V. 249: *Dum mé circumspecto, átque ego lembum cónspicor:* pariter atque a nobis factum, nisi quod *me*

aliter collocavimus. — V. 415 *Quid negotist,* ut nos in annotatione. — V. 554: *Nám ni ita esset, técum orarem ut quód potesses ĕi mali.* Sine ulla mutatione nos cum hiatu in caesura *orárem út ei quód possés mali:* quanquam licebat etiam *orárem ut ėi quód possés mali.* — V. 740 *aúrum ut abs te id aúferat:* nescio an vere. — V. 799 *illic* et v. 815 *eopse* Fleckeisenus ut nos. — Versum 994 sic constituit non improbabiliter:

Hóc age nunc ïam. úbi lubet, recitá sis, tibi dico aúrium operam.

Denique versus 1049 duo proposuit exempla haec:

Quid istíc? ego, quod perdúndumst, properem pérdere:

Quid istic? quod est perdúndum, properem pérdere:

provocans ad Trin. 573: Rud. v, 2, 44: Poen. v, 4, 58: Donatum et Bentleium in Adelph. III, 2, 52: verum ut praestare tamen quod ipse posui existimem.

Ad Militem autem gloriosum haec spectant Fleckeiseni emendationes quas infra scripsi. V. 700 sq.:

Di tibi hercle súnt propitii: nám si istam amissís semel

Libertatem, haut fácile eundem rúsum restitués locum.

V. 985: *st, tace, aperitur foris:* occupatum a Bothio. — V. 1201:

'A Philocomasio. PA. *'Intus quid te fŭisse dicam tám diu?*

V. 1242:

Prohibéndam mortem uideo mulieri ésse. adibon? PA. *Minume.*

Versum 1250 prorsus ut nos correxit. Tantum est. — Superest ut versuum numeris Gronovianis, quos soleo in summo margine notare, in hac fabula accessisse Hermannianos moneam, ut quibus saepe usus essem in Prolegomenis.

Scr. Bonnae m. Quinctili a. CIↃ.IↃ.CCC.XXXX.VIII.

T · MACCI · PLAVTI

B A C C H I D E S.

GRAECA MENANDRV ΔΙΣ ΕΞΑΠΑΤΩΝ.

PERSONAE.

PISTOCLERVS ADVLESCENS
BACCHIDES SORORES MERETRICES
CLEOMACHVS MILES
SERVOS
LYDVS SERVOS
CHRYSALVS SERVOS
NICOBVLVS SENEX
MNESILOCHVS ADVLESCENS
PHILOXENVS SENEX
PARASITVS
PVER
ARTAMO LORARIVS
CATERVA.

ACTVS I.

PISTOCLERVS.

*   *   *

Quíbus ingenium in ánimo utibilest, módicum et sine uernílitate

*   *   *

Víncla, uirgaé, molae: saéuitudó mala
Fit péior . . . .

*   *   *

Quaé sodalem átque me exércitos habet.

*   *   *

BACCHIS I. PISTOCLERVS.

BACCHIS.

Vlíxem audiui fuísse aerumnosíssumum,
Qui uíginti annis érrans a patria ábfuit.

Deperditum in libris principium fabulae (v. 1—34) e grammaticorum testimoniis, quantum fieri potuit, instauravi Musei nostri philol. t. IV, p. 354 sqq. et 567 sqq. 1. *integrum servavit Nonius p. 342* ignes *exhibens pro* ingenium, *ex parte* (ingenium . . . modicum est) *Charisius p. 184 sq.* 2. 3. *Nonius p. 17?* 4. *Nonius p. 6 et Charisius p. 204: apud quem cum scriptum sit* exercitis, *fortasse integer tetrametrus restituendus:*

Quaé sodalem átque me exércitos sic habet.

5—8. *Charisius p. 181* uiginti annis *et* Vlixem multo adulescens

Verum hic Vlixem múlto adulescens ántidit:
Qui hic ílico errat íntra muros cíuicos

* * *

BACCHIS.

. . . . . měi cognominis fuit.

* * *

BACCHIS.

Conuérrite [aedis] scópis, agite strénue
. . . . ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum impuríssumum.

* * *

CLEOMACHVS. BACCHIS II. SERVOS.

---

* * *

CLEOMACHVS.

. . . .
Sin lénocinium fórte collubitúmst tibi,
Videás mercedis quíd tibist pactúm dari,
Ne istác me aetate séctarere grátiis.
. . . .
Ne a quóquam acciperes álio mercedem ánnuam

---

antidit *Bothius.* annis uiginti *et* adulescens multo Vlixem anteit *Char.* Qui hic *R.* qui *Char.* 9. *Servius in Aen. VI, 383* 10. *Charisius p. 194 sine* aedis 11. 12. *Festus p. 169 M.: quo fraudulenter abusus Fulgentius p. 563 Merc.* ecquis] haec quis *Festus* *Coniunctos Charisii et Festi versus sic licet redintegrare:*

Conuórrite aedis scópis, agite strénue,
Mundítias facite, spárgite. ecquis éuocat
Cum nássiterna et cúm aqua istum impurissumum?

13—15. *Charisius p. 180* tibist pactum *R.* tibi est aecum *Char.* me aetate sectarere *R.* aetate me sectere *Char.* 16. 17. *Nonius p. 334 ex emendatione Merceri* necum quoquam acceperis

Nisi áb se, nec cum quíquam limarés caput.

* * *

. . . . limacés uiri.

* * *

PISTOCLERVS. BACCHIS II. SERVOS.

---

* * *

PISTOCLERVS.

. . . .

Sícut lacte lácti similist: quídquid est nomén sibi.

* * *

SERVOS.

Latrónem, suam qui aúro uitám uenditát.

. . . .

Sció spiritum éius maiórem esse múlto,
Quam fólles tauríni halitánt quom liquéscunt
Petraé, ferrum ubí fit.

PISTOCLERVS.

Cuiátis tibi uísust?

---

et ab sese *libri* 18. *Idem p. 333* 19. *concinnavi e duobus hemistichiis, quorum prius servavit Pompeius Comm. Don. p. 233 (etiam in Mai Class. aut. e Vat. cod. t. V, p. 152), sine nomine fabulae etiam Probus p. 1445 P. et Cledonius p. 1904 P.: posterius Servius in Aen. X, 493* similist *R.* simile est *Probus.* simile *Pompeius* sibi] tibi *Ladewigius Philologi II, p. 361*
20. *Servius in Aen. XII, 7:* 'idem in Bacchidibus executus est militem latronem dicens suam qui auro uitam uenditat.' *Fortasse integer tetrametrus fuit:*

Latrónem, suam qui aúro uitám uenditát. PIST. uah

21—24. Scio . . . multo *servarunt in fragmento de pronomine codices Prisciani Mus. phil. I, p. 316 et IV, p. 579 commemorati;* — quam folles taurini habeant *eidem codices et Servius Philargyriusque in Georg. IV, 171;* — cum liquescunt petrae ferrum ubi fit *soli Servius et Philargyrius;* — cuiatis tibi visust *addidi secundum frag-*

SERVOS.

Praenéstinum opíno esse: ita erát gloriósus.

PISTOCLERVS.

. . oppidúm . . . . . .

Neque id haút subditíua arbitrór gloria ésse.

* * *

BACCHIDES. PISTOCLERVS.

BACCHIS I.

. . . . . cór meum, spés mea,

Mél meum, suáuitudó, cibus, gaúdium.

* * *

Síne te amem . . . .

* * *

. . . . . . 'Arabus . . . . .

* * *

. . . . . . cupidon té confecit ánuc amor?

* * *

. . . . fortásse ted amáre suspicárier.

* * *

---

menti de pronomine verba 'Plautus hic cuias, huius cuiatis declinavit in Bacchidibus'; — Praenestinum . . . gloriosus *praeter idem fragmentum attulit Nonius p. 474* multo] multa *cod. Vindob. Prisc.* quam] quę *cod. Bamberg. Prisc.* halitant *Hermannus.* habeant *codd. Prisc.* habent *Serv. et Phil.* ubi] ibi *Serv.* opino *Non.* opinor *codd. Prisc.* erat] erit *codd. Vindob. et Bamb., non Halberstadiensis* 25. 26. *Donatus in Andr. I, 2, 34:* 'neque haud subditiua gloria oppidum arbitror' 27. 28. *Nonius p. 173* 29. *Donatus in Eun. IV, 2, 13 cum dubia significatione fabulae* 30. *Charisius p. 98 testimonio mutilo* 31. *Servius in Aen. VI, 194 et Nonius p. 421* te confecit *B.* te conficit *Serv.* tecum saeuis *Nonius: unde* tecum saeuit *effecere.* te consenis *Nonii cod. Palat. apud Pareum p. 824 ed. tert.* te configit *Bothius* 32. *Donatus in Hecyr. III, 1, 33 sine nomine fabulae,*

. . . . . argéntum hinc facito . . .

* * *

Nám tu quidem credo éxcantare cuíuis facile cór potes.

SOROR.

. . . .

BACCHIS.

Quíd, si hoc potis est út tu taceas, égo loquar?

SOROR.

Lepidé: licet.

BACCHIS.

'Vbi me fugiet mémoria, ibi tu fácito ut subueniás, soror.

SOROR.

Pól magis metuo mi ín monendo né defuerit óptio.

---

te *prodens* 33. *Donatus in Phorm. IV, 3, 30 sine nomine fabulae* facito *B*. facite *Don.* 34. *composui e Nonii p. 102 et Servii in Bucol. VIII, 71 his testimoniis:* 'nam credo cuiuis excantare cor potest' — 'nam tu quidem cuiuis excantare cor facile potes'

Act. I. Scen. 1. Emendatam a me et personis rectius quam antea distributam proposui Musei philol. IV, p. 361 sqq. Bacchides due. Pistoclerus adolescens *F*. BACHIDES. Sorores. meret^r. Pistoclerus. adol. *E*. bachides *C*. *om.* *BDZ* *Personarum notas usque ad v. 108 CDO nullas, nisi ubi memorabuntur, habent, sed earum spatia vicaria in mediis quidem versibus;* A. *et* E. *pro* BACCH., G. *pro* PIST. *B: quode dictum ibid. p. 355 sqq. et Proleg. Trin. p. XXIX sq.* Bacchidis *utriusque nulla in reliquis distinctio est: nos, ut* BACCHIS *et* SOROR *nominibus potius quam* BACCHIS I. *et* BACCHIS II. *uteremur, codicis B in ultima fabulae scena exemplum mouit* 35. BA.] E. *B* si] sit *K* potius est *Q* *m. 1*, *SUZ*. potiu̇s est *VW*. potis est *BCD cum reliquis et Charisio p. 183: item cod. Scaligeri.* potiust *Pylades* ut tu taceas *Charisius.* ut taceas *libri* eloquar *Ba*. ego loquar *Bb cum reliquis* BA.] A. *B* lepide licet *iungebatur ante Dousam* 36. BA.] E. *B* fugiet *B*. effugiet *CDEGHKO*, *Q m. 1*, *V*. affugiet *P*. affugiat *W*. effugerit *FMNQSUXZ*. fugerit *L* 37. BA.] A. *B* mihi *libri* mouendo *N* ne defuerit optio *Bernaysius coll. Asin. I, 1, 88.* ne defuerit oratio *libri, nisi quod*

BACCHIS.

Pól ego metuo lúsciniolae né defuerit cántio.
Séquere hac.

PISTOCLERVS.

Quid agunt dŭae germanae méretrices cognómines?

BACCHIS.

Míserius nihil ést quam mulier.

PISTOCLERVS.

Quíd esse dicis dígnius?
Quíd in consilio cónsuluistis?

BACCHIS.

Béne.

PISTOCLERVS.

Pol haut meretríciumst.

---

Gramm. lat. I, p. 332 hoſpitum ***Da*** 262. Mneſilockuſ ***Ba***. mneſilochiſ ***C***. mneſiloguſ ***D*** pelagonem] *aliquid erasum inter* o *et* n ***B*** 263. prefente ***BF*** sumbolum ***B***: *v. Prol. Trin. p.* XCVI. ſymbolum ***BZ***. ſimbolum ***CDF***. *Et sic etiam v. 265. 266* 265. *post* Quid *rasuram* ***B*** inſit ***Z*** 266. non uerum *Guyetus.* et non eum *libri* 267. quodque ***C*** ei *om. Bothius* 268. eum *libri.* etiam *cum Bothio Hermannus* aibat *Guyetus.* aiebat ***BDF***. alebat ***C***. agebat ***Z*** caeteriſ ***BC***. exteriſ ***Z*** 269. Habetin ***F***. Habet in ***CZ***. Kabet in ***B***. Hab&in ***D***. Habetne *Dousa ms.* primum mihi *Bothius:* mihi primum *Pylades.* mihi *sine* primum *libri* 270. Postquam quidem] Nam postquam *Bentleius in Adelph. III, 4, 44* pretor ***BCDbF***. preçor ***Da*** 271. dampnatuſ ***Da*** demum ***BDcFZ***. deociũ ***C***. de otium ***Da*** 272. Mille et ducentos Philippos ***B*** *coll. v. 230.* ducentoſ et mille philippum *libri: item Bentleius in Adelph. III, 4, 44.* Mille et ducentos Philippum *Pareus ed. tert.* Philippum mille et ducentos

CHRYSALVS.

Porro étiam ausculta púgnam, quam uoluít dare.

NICOBVLVS.

Etiám quid porro? hem, áccipitrina haec núnc erit.
Decéptus sum: Autolyco hóspiti aurum crédidi.

CHRYSALVS.

Quin tu aúdi.

NICOBVLVS.

Hem, auidi ingénium haut pernoram hóspitis.

CHRYSALVS.

Postquam aúrum abstulimus démum, in nauem inscéndimus,
Domí cupientes. fórte ut adsedi ín stega,
Dum círcumspecto me, átque ego lembum cónspicor
Longum ábs tricone máleficco exornárier.

Guyetus. Ducentos mille Philippum *Hermannus* 273. etiam] et *Z* *post* aufculta *rasuram* *D* 274. Etiam quid *Hermannus*. Etiamneft? quid *B*. Etiamne eft quid *reliqui* hem . . . erit, *quae* Chrysalo *libri tribuunt*, Nicobulo *continuavit Hermannus* en *B* accipitrina *Hermannus*. accipe trina *BCDF*. accipe trine *Z* 275. Autolyco *Camerarius*: autolico *D*, *Scutarius*. auiolice *C*. auioloco *B*. a uilico *F*. aurilego *Z* 276. NI.] NICOBALVS *B*, *qui solet* NICOB. hem *R*. immo *libri*. enim *Bothius* auidi ingenium *Bothius*. ingenium auidi *BDF*. ingenii auidi *C*. ingenium audi *Z* haut *Ba*. haud *reliqui* hofpitif *etiam* *B* 277. Postquam] t *e corr.* *B* demum, in nauem inscendimus *R*. in nauem confcendimuf *libri*, *nisi quod* confendimuf *Z*. inde, nauem conscendimus *Bothius*. atque in nauem escendimus *Hermannus*. *Fortasse tamen dedit poeta* Posteaquam abstulimus aurum, in nauem inscendimus 278. Domi *R* *Prol. Trin. p.* CCCXXIII. domum *libri* forte ego ut in iftega confederam (*vel* ut iftega confedi) *e Plauti* 'Crifulo' *affert Fulgentius p. 564 M.* XVII *L.: de quo vide Parerg. I, p. 163* gefta '*codex Romanus*' *Longolii* 279. circumspecto me *R* *coll. Trin. 146. 863.* circum fpecto *libri*. circumspecto ibi *Hermannus* adque *B* 280. Longum abs tricone malefico *R*. Longum ft rigorem maleficum *B*, *et*, *nisi quod* eft *pro* ft, *reliqui*.

NICOBVLVS.

Perii hércle: lembus ílle mihi laedít latus.

CHRYSALVS.

Is erát communis cum hóspite et praedónibus.

NICOBVLVS.

Adeón me fuisse fúngum, ut qui illi créderem:
Quom mi ípsum nomen éius Archidémidis
Clamáret dempturum ésse, si quid créderem.

CHRYSALVS.

Is nóstrae naui lémbus insidiás dabat.
Occépi ego obseruáre eos, quam rém gerant.
Intérea e portu nóstra nauis sóluitur.
Vbi pórtu eximus, hómines remigió sequi:
Neque aués, neque uenti cítius. quoniam séntio
Quae rés gereretur, náuem extemplo státuimus.
Quoniám uident nos stáre, occeperúnt ratem
Seruáre in portu.

Longum, strigonem, maleficum *Salmasius, Muretus Var. lect. XII, 19.* Longum a strigore malefico *vel* Longum, strigorem maleficum *Dacerius in Festum v.* strigores *p. 684 Lind.* Longum eſt triconem maleficum *Acidalius transponens hunc versum post 268.* Longum, strigore maleficum *Hermannus praef. p. VII* ex ornarier ***B***. '*alias* exnarrier'*: Longolius* 281. ercle ***B***. *om.* ***Z*** ilie ***Ba*** ledit *omnes* 282. predonibuſ ***BF*** 283. me fuisse] me ēē fuiſſe ***CD*** crederem *om.* ***C***. credere ***Da*** 284. Qum ***B***. cum *reliqui* archidemidiſ] dem *e corr.* ***B*** 285. dempturuſ ***Da***. adempturum ***Z*** quod ***DbFZ*** 286. nostrae naui lembus *Pylades.* lembuſ noſtrae naui *libri, nisi quod* noſtri ***Z*** 287. accepi ***Z***. hoc coepi ***C*** *post* obſeruare *rasuram* ***B*** quamnam rem *Hermannus* 289. exiimus *Camerarius* remigio] remulco ***Z*** 290. quoniam ***Z***. qm̃ ***BCD***. quom ***F*** 291. gerentur ***Z*** Quoniam *Pylades.* qm̃ ***CD***. Qum ***B***. quom ***F***. qũo ***Z*** 293. Seruare in portu ***R***. Turbare in portu *libri, defensum a Rostio Opusc. I, p. 113.* Urbare (*h. e.* uruare) in portam

NICOBVLVS.

Édepol mortalís malos.

Quid déuique agitis?

CHRYSALVS.

Rúrsum in portum récipimus.

NICOBVLVS.

Sapiénter factum a uóbis. quid illi póstea?

CHRYSALVS.

Reuórsionem ad térram faciunt uésperi.

NICOBVLVS.

Aurum hércle auferre uóluere: ei rei operám dabant.

CHRYSALVS.

Non mó fefellit, sénsi: eo exanimús fui.
Quoniám uidemus aúro insidias fíeri,
Capimús consilium cóntinuo hoc: postrídie
Auférimus aurum omne íllim illis praeséntibus,
Palam átque aperte, ut ílli id factum sciscerent.

NICOBVLVS.

Scite, hércle. cedo, quid ílli?

Salmasius. Turbare in ponto *Acidalius.* Inhibere in portu *Gronovius.* Turbare inportune *Bothius* Hem, edepol *Hermannus.* heu edepol *Camerarius* mortaliſ *omnes* 294. portu *F* 295. *post* factum *rasuram B* nobiſ *Z* qui *Da* 296. reuerſionem *DaFZ* ad terram] alteram *Da, cod. Scaligeri* 297. ercle *BCD* dabant *om. C* 298. ſenſi *C* exanimuſ *Bothius.* exanimatuſ *libri* (ex animatuſ *B*) 299. *Cmus. praemittit Da, delevit Db* Quoniam *ut v. 290. 292. 304.* Qum *B.* quō *C.* quom *F.* cum *Z* uidemus *Gruterus.* uidimuſ *libri* 300. Consilium capimus *Hermannus* hoc *Hermannus. om. libri* poſridie (t *supra*) *B.* poſt tridie *C* 301. aurum *libri.* inde aurum *Camerarius* illim illis *R.* illiſ *libri.* illis ibi *Hermannus* preſentibuſ *BCDF* 302. ſcirent *Ba* 303. Scite] ſic ite *C* ercle *B.* crede (ercle *supra*) *D* cedo *om. Z*

CHRYSALVS.

Tristes ilico,
Quoniam éxtemplo a portu íre nos cum auró uident,
Subdúcunt lembum cápitibus cassántibus.
Nos ăput Theotimum omne aúrum deposíuimus,
Qui illíc sacerdos ést Dianae Éphesiae.

NICOBVLVS.

Qui istíc Theotimust?

CHRYSALVS.

Mégalobuzi fílius,
Qui núnc in Ephesost Éphesiis caríssumus.

NICOBVLVS.

Ne ille hércle mihi sit múlto tanto cárior,
Si me ílloc auro tánto circumdúxerit.

---

304. Quoniam *R*. Qum *B*. qm̃ *C*. qvm *Da*, qdvm *De*. quom *F*, *Scioppius, Susp. lect. V, 15*. cum *Z* *post* Qum *magnam lacunam radendo ortam B* 305. cassantibus *R ul Mil. 852. 856*. casantibus *Lambinus*. quaſſantibuſ *libri, Servius in Georg. I, 74*

306. apud] ad *Hermannus* theothimum *BCD: et sic constanter*. teothimum *F* omne || Omne *D in fine et ab initio* deposiuimus *Acidalius, Scioppius l. s. s.* depoſuimuſ *libri* 307. diane *BCDF*. Dianai *commendabat Camerarius. Vide Prol. Trin. p.* CCIV. *Totum versum sic Hermannus formavit:* Illic sacerdos qui Dianae est Ephesiae. *Insequenti postposuit Bothius* effiboeſie, *D*. et thireſie *F* 308. Quis *Hermannus* theothimuſ eſt *BCDF* Megalobyzi *Hemsterhusius in Lucian. I, p. 185, R Parerg. I, p. 410:* Megalobuzi *Meursius*. Megabyzi *Pius, Turnebus Advers. XVIII, 31*. megalobuli *BCDF*. megaloboli *Z*. *Μεγάβυζος fuit apud Menandrum* 309. epheſo ſt *B*. epheſo eſt *reliqui* epheſiiſ]ii *e corr. post ras. B* kariſſimuſ *B*. cariſſimuſ *reliqui*

310. ercle *BCD* multo] mu *e corr. B* 311. me illoc *Pylades*. me illo *libri*. is illo me *Hermannus* circunduxerit *F*.

CHRYSALVS.

Quin ín eapse aede dĕae Dianae cónditumst:
Ibidém publicitus séruant.

NICOBVLVS.

Occidístis me:
Nimio íd priuatim séruaretur réctius.
Set nílne huc attulístis inde aurí domum?

CHRYSALVS.

Immo étiam: uerum quántum attulerit néscio.

NICOBVLVS.

Quid? néscis?

CHRYSALVS.

Quia Mnesílochus noctu clánculum
Deuénit ad Theotímum: nec mihi crédere
Nec quoíquam in naui uóluit. eo ego néscio,
Quantum íllim attulerit: uérum haut permultum áttulit.

NICOBVLVS.

Etiám dimidium cénses?

CHRYSALVS.

Non edepól scio:

---

circumduxerit *B* 312. in eapse *R*. in ipsa *libri*. ipsa in *Hermannus* aede deae Dianae *Hermannus*. ede dianae *B*. ede diane *CDF*. ęde diantę *Z*. aede Dianai *Goellerus in Trinumm*. 358 conditum st *B*. conditum est *reliqui* in aede Dianae publicitus aurum seruant *hinc memoriter affert Charisius p. 190* 314. id *R*. hic *libri*. *Nisi delendum est* hic *ut e v. proximo invectum* 315. nilne huc *Hermannus*. nihilne *BCF*. nichilne *D*. nihil nam *Z*. uos nihilne *Pylades* 317. Qui nescis? *Bothius* mnesilogus *B* 319. cuiquam *omnes* 320. Quantum illim *Bothius*. Quantulum *libri*. Quantillum *Pylades, Bentleius in Heaut. IV, 2, 1*. Quantum ille *Hermannus* adtulerit *B* haud *omnes*, *etiam v. 322* 321. noedepol *Ba*. noedepol *Bc*

Verum haút opinor.

NICOBVLVS.

Fértne partem tértiam?

CHRYSALVS.

Non hércle opinor: uérum uerum néscio.
Profécto de auro níl scio, nisi néscio.
Nunc tíbimet illuc náui capiundúmst iter,
Vt illút reportes aúrum ab Theotimó domum.
Atque heús tu.

NICOBVLVS.

Quid uis?

CHRYSALVS.

'Anulum gnatí tui
Facito út memineris férre.

NICOBVLVS.

Quid opust ánulo?

CHRYSALVS.

Quia sígnum id cum Theotímost, qui eum illi ádferet,
Ei aúrum ut reddat.

NICOBVLVS.

Méminero, et recté mones.
Set istíc Theotimus díuesnest?

---

323. Non *om.* ***C*** ercle ***BCD*** uerum uerum] uerum ***Z*** 325. Nunc ***BC***. Nec ***D***. Ne ***F***. Nę ***Z*** tibimet] m *e corr.* ***B*** capiundum ſt ***B***. capiundum eſt ***CDZ***. capiendum eſt ***F*** 326. theothimum ***C*** quod ***D*** 328. opuſt ***B***. opuſ ***C***. opuſ eſt ***FZ*** 329. Quia signum id cum Theotimost ***R***. Quiaſignum (id) ſt cum theothimo ***B*** (id *ead. m.*). quia id ſignum eſt cum theotimo *reliqui, nisi quod* teothimo (*ut aliquoties*) ***F*** afferet *Camerarius*. adferret ***B***. adfert ***CD***. affert ***FZ*** 330. NIC. *praemittit* ***D*** et *om. Bothius* 331. istic Theotimus diuesne est *Bothius*, ***R*** *Prol. Trin. p.* CCXIII. diueſne eſt iſtic theotimuſ *libri, nisi quod* diueſ^ne ***D***, theothimuſ ***B***, teothimuſ ***F***. diuesne iste est

CHRYSALVS.

Etiám rogas?
Quin' aúro soccis hábeat suppactúm solum?

NICOBVLVS.

Quor íta fastidit?

CHRYSALVS.

Tántas diuitiás habet:
Nescít quid faciat aúro.

NICOBVLVS.

Mihi duít uelim.
Sed quí praesente id aúrum Theotimó datumst?

CHRYSALVS.

Populó praesente: núllust Ephesi, quín sciat.

NICOBVLVS.

Istúc sapienter sáltem fecit fílius,
Quom díuiti homini id aúrum seruandúm dedit.
Ab eó licebit quámuis subito súmere.

CHRYSALVS.

Immo én tantisper númquam te morábitur,
Quin hábeas illut quó die illuc uéneris.

Th. *Hermannus* 332. Quin' auro soccis habeat *R*. Qui auro habeat ſuccif *libri*. Qui soccis habeat auro *Pylades*. Qui auro sibi habeat soccis *Hermannus*. Quine *praeivit Bothius* ſuppactum *B*. ſubpactum *CDb*. ſubpectum *Da*. ſubpictum *FZ* 333. Quor *F*. Qur *D*. Cur *CDZ* 334. quid *BFZ*. qui *C*. qui[d] *D* auro] auro aliquid *C*. *adscriptum fuit* aliquid *proximis Nicobuli verbis* duit *Hermannus*. dederit *libri* 335. preſento *vel* p̃ſente *BCDF* datun ſt *B*. datum eſt *reliqui* 336. preſente *BF* nulluſt *B*. nulluſ eſt *reliqui* eſſeſl *BCB* ſlcat *C* 337. feõ *C* 338. quom *F*. cum *reliqui* 340. en *R*. hem *libri*. enim *Bothius* te morabitur *BCD*. remorabitur *FZ* 341. illud] d *e corr*. *B*. illum *C* quo die

NICOBVLVS.

Censébam me effugísse a uita márituma,
Ne náuigarem tándem hoc aetatís senex.
Id iám mi, utrum uelim, haút licere intéllego:
Ita béllus hospes fécit Archidémides.
Vbi núnc est ergo méus Mnesilochus fílius?

CHRYSALVS.

Deos átque amicos ít salutatum ád forum.

NICOBVLVS.

At ego hinc eo ad illum, ut cónuenam, quantúm potest.

CHRYSALVS.

Illést oneratus récte et plus iustó uehit.
Exórsa haec tela nón male omninó mihist,
Vt amántem erilem cópem facerem fílium.
Ita féci, ut auri quántum uellet, súmeret,
Quantum aútem lubeat réddere, ut reddát patri.
Senéx in Ephesum hinc íbit aurum arcéssere:

BCD, codd. Pyladis. quom *FZ* 342. *post* me *rasuram B* effugiſſe] ef *e corr. B* maritima *Z* 344. Id iam mi, utrum uelim, haut *B Prol. Trin. p. CCXVIII.* Id mihi aut utrum uerim, (*sed in mrg. ead. m. additis* al. haud utrum uelim licere) *B*. id mihi haud utrum uelim *CDF*. id mihi haud ut uelim *Z* intelligo *Z* 345. oſpeſ *D*. ʰoſpeſ *C* 346. mneſelochuſ *D*. mneſclochuſ *C* 347. it *cum Bothio Fleckeisenus Exerc. p.* 8. iit *m. ant. B*. iit *reliqui* 348. hinc eo ád illum *B*. hinc ad illum *libri* conuenam *Bothius ut v. 144.* conueniam *libri. Cf. tamen Prol. Trin. p. CCXI.* 349. Ille eſt *libri* honeratuſ *D*. *Post eam vocem magna lacuna est in B, orta radendo* iuſto *D et in marg.* ſecum 350. omnino mihi eſt *BDF*. omni. ñ mihi eſt *C* (*ut* omni *sit in fine versus*). eſt omnino mihi *Z* 351. copem *Scutarius.* quopem *BD*. quiopem *C*. inopem *F*. ope (*et iunctim quidem* opeſacerem) *Z*. compotem *codd. quidam Pii, item codd. Pyladis.* al. ut amanti erili opẽ facerẽ filio *B mrg. ead. m., quanquam colore paullo pallidiore: ubi* copiam *pro* opem *proponebat Camerarius* 352. aurum *Z* 354. hinc *Camerarius.*

Hic nóstra agetur aétas in malacúm modum,
Si quidem híc relinquet, néque secum abducét senex
Med ét Mnesilochum. quás ego hic turbás dabo.
Set quíd futurumst, quom hóc senex rescíuerit?
Quom se éxcucurrisse ílluc frustra scíuerit,
Nosque aúrum abusos, quíd mihi fiet póstea?
Credo hércle aduenieus nómen mutabít mihi
Faciétque extemplo Crúcisalum me ex Chrýsalo.
Aufúgero hercle, sí magis usus uénerit.
Si eró reprehensus, mácto illum infortúnio:
Si illí sunt uirgae rúri, at mihi tergúm domist.
Nunc íbo: erili fílio hanc fabricám dabo
Super aúro amicaque eíus inuenta Bácchide.

---

om. libri ibi taurum ***D***. ibi aurum ***Z*** arceſſere ***DZ***. arceſere ***BC***. accerſere ***F*** 355. etaſ ***CDF*** malaeum ***C***. malachum ***Z*** 356. hic *om. Hermannus: vide Prol. Trin. p. CCCXXVII.* relinquit ***Z*** nec ***Z*** 357. Med et ***B***. Medet ***CD***. Me det ***Ea***. Me et ***FZ*** 358. futurum ſt ***B***. futurum eſt *reliqui* quom ***F***. cum *reliqui* 359. quom ***FZ***. cum *reliqui* excuriſſe ***Z***. excurriſſe (cu) ***D*** 360. abusos? quid *vulgo* mihi] me *Bothius* 361. ercle ***BD***: *item v. 363* 362. criſalo ***BCD***. Chruſalo *vel potius* Cruſalo *olim scriptum fuisse significavi Prol. Trin. p. CCCXXV.* 364. reprenſuſ ***Z*** macto *Bothius*. macto ego ***BCD***. matto ego ***F***. in acto ego ***Z*** 365. uirge ***CDF*** aut ***F*** domi ſt ***BDF***. domi eſt ***CZ*** 366. filio ***FZ***. fillo eiuſ ***BCD***, *lineola per* eiuſ *ducta in* ***B*** auroque amica ***F*** amicaque] que *e corr.* ***B***

L Y D V S.

Pándite, atque aperíte propere iánuam hanc Orci, óbsecro.
Nam équidem haut aliter ésse duco: quíppe quo nemo ád-uenit,
Nísi quem spes relíquere omnes, ésse ut frugi póssiet.
Bácchides non Bácchides, sed Bácchae sunt acérrumae.
'Apage istas a mé sorores, quae hóminum sorbent sánguinem.
'Omnis ad perníciem instructa dómus ópime atque ópiparest:
Quaé ut aspexi, mé continuo cónluli protinam ín pedes.
Égone ut haec conclúsa gestem clánculum? ut celém patrem,
Pístoclere, túa flagitia aut dámna aut desidiábula?
[Quíbus patrem et me téque amicosque ómnis affectás tuos

Act. III. Scen. 1. LIDVS SERVVS BD. *om.* C. Lyduſ ſeruuſ FZ 368. Lidvs andite C horci Z 369. quipe Ba. quip(p)e Bc quo *Lambinus.* qui B. cui *reliqui* nemo] o *e corr.* D 370. relinquere C frugi BC. frui DFZ poſſidet C 371. bache BCDF acerrume BF. acerrime Z 372. iſtaſ *sup. scr.* B *ead. m.* *post* ſororeſ *lacunam cum rasura* B que BF omnium Z, *cod. Schobingeri*
373. permitiem Ba. pernitiem Bb optime Z opiparest B. opipare *libri. Nisi* instructast *scriptum fuit* 374. continuo *om.* Z 375. haec concluſa B. haec concluſi C. cluſa DFZ
376. ſua Z deſidiabola D. diſpoliabula *Nonius p. 75.* despoliabula *Dousa* 377. 378 *non possunt ab eodem posita esse qui versus 380. 381 scriberet: quanquam iam a Nonio lecti, qui priorem affert. Pravo iudicio tres insequentes Guyetus* ἠθέτηκεν
omniſ *Non.* omneſ *libri* affectaſ Z *e Nonio.* adflictaſ B. aflictaſ Ca. afflictaſ CbDF, *Scioppius Susp. lect. V, 15*

'Ad probrum, damnúm, flagitium appéllere una et pérdere.]
Néque mei neque té tui intus púditumst factis quaé facis:
Quíbus tuum patrém, meque una, amícos, adfinís tuos,
Tŭa tu infamiá fecisti gérulifigulos flágiti.
Núnc priusquam málum istoc addis, cértumst iam dicám patri.
Dé me hanc culpam démolibor iam, ét seni faciám palam,
'Vt gnatum ex lutulénto coeno própere hinc eliciát foras.

---

378. appellare *F* 379. mei *BCDbFZ*, *Prisciani l. XI, c. 3 p. 922 pauci codices (Halberst.)*. me *ibidem plerique cum Ba, et l. VIII, c. 11 p. 818 omnes* te tui *libri (nisi quod te e corr. B)*, *Prisc. l. VIII.* tui te *Prisc. l. IX.* puditum ſt *B*. puditum eſt *reliqui*, *Prisc.* factiſque *C*. factiſ q' *Ba* 380. adfiniſ *B*. affiniſ *C*. affineſ *DFZ* 381. Tua tu *R Prol. Trin. p.* CCIII. Tua *libri*. De tua *placebat Camerario* geruli figuloſ *B* flagitii *libri* 382. málum istoc *R*. malum istoc *Hermannus* adiſ *Z*. addiſ *etiam codd. Pyladis* certum ſt *B*. certum eſt *reliqui* 383. culpam hanc *Z* demolibor] demo: libet *F*. demo. ibo *Z* 384. Vt gnatum *R*. Vt eum *libri*. Vt eum isto *Hermannus*. Hinc eum, *mox autem* ut *pro* hinc, *Bothius* luculento *Z*, *Gulielmus* ceno *BF* eliceat *D*. eiiciat *FZ*

ACTVS III.

MNESILOCHVS.

Múltimodis meditátus egomet mécum sum, et ita esse árbitror:
Hómini amico, quíst amicus íta uti nomen póssidet,
Nísi deos, ei níl praestare. id ópera expertus sum ésse ita.
Nám ut in Ephesum hinc ábii (hoc factumst férme abhinc biénnium),
Éx Epheso huc ad Pístoclerum mĕum sodalem lítteras
Mísi, amicam ut mi ínueniret Bácchidem. illum intéllego
Ínuenisse, ut mĕus mihi seruos núntiauit Chrýsalus.
Cóndigne is quam téchnam de auro aduórsum meum fecít patrem,

Act. III. Scen. 2. MNESILOCHVS ADOLESCENS ***BDFZ***, *nisi quod* MNESILOCVS ***B***. *om.* ***C*** 385. Mneſilochuſ *praemittit* ***C*** Multimodis *Camerarius*. Multiſ modiſ *libri* arbitros (r *superscr.*) ***D*** 386. qeſt ***B***. qui eſt *reliqui* 387. preſtare ***BCDF*** eſſe ita ***CDFZ***. ita eſſe ***B*** 388. habii ***D*** factum ſt ***B***. factum eſt *reliqui* 389. meum sodalem *Camerarius*. ſodalem meum *libri* 390. ut] in ***Ca*** *ut videtur* intelligo ***Z*** 391. meus mihi seruos ***B***. ſeruuſ meuſ mihi *libri*. seruos mihi meus *Hermannus* nunciauit ***Z*** ckriſaluſ ***B*** 392. tecnam ***BCD*** aduorſum ***B***. aduerſum *reliqui* facit ***Z***

'Vt mihi amanti cópia esset. [aéquom uideo id réddere.
Nám pol, meo quidem ánimo, ingrato hómine nihil inpénsiust.
Málefactorem amítti satiust quám relinqui béneficum.
Nímio inpendiósum praestat té quam ingratum dícier.
'Illum laudabúnt boni: hunc etiam ípsi culpabúnt mali.
Quá me causa mágis cum cura esse aécumst: obuigiláto opust.
Núnc, Mnesiloche, spécimen specitur, núnc certamen cérnitur,
Sísne necne, ut ésse oportet: málus, bonus quoiquoímodi:

---

393. mi *Hermannus* esset] *Quae sequuntur usque ad v. 403 medium, etsi veteris poetae sunt, tamen Plautina non esse recte intellexit, qui perraro aliquid intellexit, nuperus editor. Ceterum sic transponi Scaliger iubebat: v.* 393. 398. 394 — 397. 399. 402. 400. 401. 403, *sic autem (si recte eius verba interpretor) Rostius Opusc. p. 114:* 393. 396. 394. 397. 395 aequom uideo id reddere *Bothius:* sed aequum id ei reddere *Muretus Var. lect. XIII,* 18. ſed eccum uideo incedere *libri* 394. meo quidem *Bothius.* quidem meo *libri* ingrato] grato *Salmasius. de hiatu parum commodo vide Prol. Trin. p.* CXCIII. inpenſiu ſt *Ba.* inpenſiuſ ſt *Bb.* inpenſiuſ eſt *CD.* impenſiuſ eſt *Z,* impenſuſ eſt *F* 395. amiti *B* satiust *Hermannus.* ſatiuſ *libri* beneficum *DF, Pylades.* beneficium *BCZ* 396. impendiosum praestat *Hermannus.* preſtat inpendioſum *libri, nisi quod* praeſtat *Z,* inpendiuſum *C,* inpendiuſum *Da,* impendioſum *FZ* quam te *Hermannus.* quamde *Acidalius* 397. ladabunt *B* (u *superscr.*). laudauit *F* hunc *Aldus.* hoc *libri* 398. cum cura esse aecumst: obuigilato opust *R.* cum cura eſſe ea cum obuigilato ſt opuſ *B.* eam cura eſſe ea cum obuigilato eſt opuſ *CD.* eum cura eſſe ea cum obiurgato eſt opuſ *FZ, nisi quod* curam *Z.* accurare atque aduigilare est opus *Pylade duce Lambinus.* cum cura esse atque aduigilare est opus *idem.* concurato atque aduigilato est opus, *simul* me *mutato in* mi, *eodem Lambino duce Bothius olim.* cum cura esse aequom et obuigilato opust *idem nuper.* concurare atque obuigilare est opus *Guyetus.* curare est aequom: obuigilatóst opus *Hermannus* 399. meſiliche *B* (n *superscr.*). mneſilocho *F* nun certamen *C* 400. Sciſ ne *Z* nec ne *vulgatur vitiose*

Iústus, iniustús: malignus, lárgus: tristis, cómmodus.
Cáue sis te superáre seruom síris faciundó bene.
'Vtut eris, moneo, haút celabis.] sét eccos uideo incédere
Měi patrem sodális et magístrum. ausculto, quám rem agant.

LYDVS. PHILOXENVS. MNESILOCHVS.

LYDVS.

Núnc experiar, sítne aceto tíbi cor acre in péctore.
Séquere.

PHILOXENVS.

Quo sequár? quo ducis núnc me?

---

bonus cuicuimodi *Scaliger*. bonuſ qua cuiuſmodi ***BCD***. bonuſque cuiuſmodi ***FZ***. bonus cuiusmodi *Camerarius* 401. tristis, commodus *Hermannus*. comincomoduſ ***Ba***. comincomoduſ ***Bc*** (oduſ). commoduſ incommoduſ *reliqui* *Eiectis glossematis unum esse versum efficiendum Guyetus credidit:* Sisne necne, ut ésse oportet, iústus, largus, cómmodus 402. ſiſte ***B*** ſeruum *Scutarius*. ſerum *libri* ſiriſ ***BCD***. ſyriſ ***F***. ſloaſ ***Z*** *post* ſiriſ *rasuram* ***B*** 403. Vtut eriſ (*vel* Vt uteriſ) ***BCDF***, *codd. Pyladis*. Vt eriſ ***Z*** celabiſ ***B***, *Pylades*. celabaſ *reliqui* equoſ ***Ba***. equoſ ***Bc*** (cc) 404. *sic conformavi Prol. Trin. p.* CLVIII. Patrem ſodaliſ et magiſtrum. hinc auſcultabo quam rem agant *libri: nisi quod* agam ***CDa***, agat ***Z***

Act. III. Scen. 3. LIDVS SERVVS. PHILOXENVS SENEX. MNESILOCVS ADOLESCENS ***B***. LIDVS SERVVS. PhILOXen' ſenex (n). Meſiloc' ADOL. ***D***. *om.* ***C***. Lyduſ ſeruuſ. Philoxeneſ ſenex. Mneſilochuſ adoleſcenſ ***FZ***, *nisi quod* Philo. ſenex ***Z*** 405. LIDVS unc ***C*** experiar ***B***. experier ***Db*** aceto *Lambinus, Dousa*. acetum *libri* cor acre] peracre *Gruterus. Alia Acidalius molitus*

406. PHILOXENVS *praemittit* ***D***, *sed rursus inductum* que

LYDVS.

Ad illam, quaé tuum
Pérdidit, pessúmdedit tibi filium unice únicum.

PHILOXENVS.

Éia, Lyde: léniter qui saéuiunt, sapiúnt magis.
Mínus mirandumst, íllaec aetas sí quid illorúm facit,
Quám si non faciát. feci ego istaec ítidem in adulescéntia.

LYDVS.

Heí mihi, hei mihi, ístaec illum pérdidit assentátio.
Nam ábsque te esset, égo illum haberem réctum ad ingenióm bonum:
Núnc propter te tŭamque prauos fáctus est fidúciam
Pístoclerus.

MNESILOCHVS.

Di ímmortales, mĕum sodalem hic nóminat.
Quíd hoc negotist, Pístoclerum Lýdus quod erum tám ciet?

PHILOXENVS.

Paúlisper, Lyde, ést lubido hómini suo animo óbsequi:

BCDF 407. peſſundedit *FZ* unice *Bothius.* uni *BCDF.* *om. Z* 408. Pʜ. *om. Da* Eya *F* que *F* ſeuiunt *BCDF* 409. Nimiſ *F* mirandum ſt *B.* mirandum eſt *reliqui* illec *CDF* 410. iſtec *CDF.* iſtęc *Ba.* iſtęc (a) *Bc* 411. L. (*pro* Lʏᴅ.) *Db. om. Da* Ei mihi ei *BCD* iſtec *CDF* aſſentatio *libri omnes.* assectatio *Dousa* 412. Lʏᴅᴠs *praemittit D* 413. fidutiam *BC* 414. dii *FZ* 415. quid] quod *CD* hoc *fortasse delendum* negotii eſt *BCD.* negocii eſt *FZ* erum *B.* herum *praeter FZ raro exemplo etiam CD* 416. Pauliſper lide eſt libido *libri, nisi quod* pauluſplide *D,* lyde *FZ.* Lyde, paulisper libido est *Bothium secutus Hermannus: eleganter, sed ut defendi tralaticius ordo possit: cf.*

Iam áderit tempus, quóm sese etiam ipse óderit. morém geras:
Dúm caueatur, praéter aequom né quid delinquát, sine.

LYDVS.

Nón sino, neque équidem illum me uíuo corrumpí sinam.
Sét tu, qui pro tám corrupto dícis causam fílio,
Éademne erat haec dísciplina tíbi, quom tu adulescéns eras?
Négo tibi hoc annís uiginti fŭisse primis cópiae,
Dígitum longe a paédagogo pédem ut efferres aédibus.
'Id quom optigerat, hóc etiam ad malum áccersebatúr malum:
Ét discipulus ét magister pérhibebantur ímprobi.
'Ante solem nísi tu exorientem ín palaestram uéneras,
Gýmnasi praefécto poenas haút mediocris pénderes.

Prol. Trin. p. CCXLI. *et* CXCIV. 417. quom ***D***. cum *reliqui post* ſeſe *lacunam e rasura* ***B*** geranſ ***B*** 418. preter ***BCDF*** equum ***BF*** 419. me uiuo illum *Hermannus: fortasse vere* 420. tam pro ***Z*** 421. eadem ***Da***. eadem^{ne} ***Db*** hec ***CF*** tibi ***BC***. *om.* ***DFZ*** quom ***FZ***. qum ***B***. cum ***CD*** adoleſcenſ *cum* ***FZ*** *etiam* ***B*** 422. Nego ego *Hermannus: vid. Prol. Trin. p.* CLXVII. hoc ***Z***. haec ***B***. hec ***CD*** ee ***F*** amniſ ***D*** 423. pedagogo ***BCF***: *et sic constanter.* pedagoga ***D*** pedem ut] pedemne ***F***. pedem ne ***Z*** efferreſ edibuſ ***BF***. efferre ſedibuſ ***CD***. effereſ ex aedibuſ ***Z*** 424. 425, *qui in libris sequuntur post v.* 427, *huc reposuit Grosslotius apud Dousam* Id quom *Bothius*. Id quoi ***B*** (*cum ras. et lac. post* quoi). id quio ***Da***. id quo ***CDb***. idque ***FZ*** optigerat ***BCD***, *sed* o *e corr.* ***B***. obtigerat ***FZ*** accerſebatur ***BCDF***. arceſebatur ***Z***. accenſebatur *Dousa. Vide Bentleium in Phorm. III, 3, 11* 425. dicipuluſ ***Ba*** peribebantur ***Ba***. prohibebantur ***F*** 426. Ante] Adue *Petitus Miscell. II, 17* nisi tu exorientem ***B*** *Prol. Trin. p.* CCV. exorientem nisi *libri* (ex *e corr.* ***B***) paleſtram *omnes, etiam v.* 430 427. gimnaſil ***D***. gymnaſii *reliqui* prefecto ***B***. profecto ***FZ*** poenas haut mediocris ***B***. haud mediocriſ poenaſ *libri, nisi quod* penaſ ***BF*** penderaſ (e *supra* a) ***B***

'Ibi cursu, luctándo, disco, hásta, pugilatú, pila,
Sáliendo sese éxercebant mágis quam scorto aut sáuiis:
'Ibi suam aetatem éxtendebant, nón in latebrosís locis.
'Inde de hippodromo ét palaestra úbi reuenissés domum,
Cíncticulo praecínctus in sella áput magistrum adsíderes:
'Ibi librum quom légeres, si unam péccauisses sýllabam,
Fíeret corium tám maculosum quámst nutricis pállium.

MNESILOCHVS.

Própter me haec nunc mĕo sodali díci discrucióŕ miser.
'Innocens suspícionem hanc sústinet causá mea.

PHILOXENVS.

'Alii, Lyde, núnc sunt mores.

LYDVS.

'Id equidem ego certó scio.
Nam ólim populi príus honorem cápiebat suffrágio,
Quám magistro désinebat ésse dicto obédiens.
'At nunc, priusquam séptuennist, si áttigas puerúm manu,

---

428. Ibi] Illi *et hic et v. 430 Bothius olim* disco hasta *Hermannus.* hasta disco *libri, nisi quod* asta *BC* pugilatu *Lambinus.* pugillatu *libri* 429. suauiis *F* 430. etatem *BCF* excudebant *'alibi legi' Pius ait* 431. inde dephippodromo *C.* inde de hyppodromo *F.* inde hippodromo *Z* re Venisses *F* 432. preoinctus *CF* assideres *FZ* 433. Ibi librum quom legeres, si unam *R.* Cum librum legeres si unam *libri, nisi quod* tum *FZ.* Si, librum quom legeres, unam *Hermannus* peccauisses *BcFZ.* peccauisset *BaCD* sillabam *BCD.* syllabam *F.* syillabam *Z* 434. fieret *CD* quam est *libri* palium *Z* 435. me haec n. m. s. dici *libri (nisi quod* hec *CF*), *R Prol. Trin. p.* CCLXV. me n. m. s. dici haec *Hermannus* discrutior *CF* 436. suspitionem *BC* 437. ego certo] certe *Z* 438. capiebat *Z.* capiebant *BCDF* 439. magistro *B* obeedienς *D* 440. septuennist, si attigas puerum *R.* septuennis est si attingas eum *libri, nisi quod* antingas *Ba.* septuennist, si tu eum attingas *Hermannus.* attigas *praeivit Dousa*

Éxtemplo puer paédagogo tábula disrumpit caput.
Quóm patrem adeas póstulatum, púero sic dicít pater:
'Nóster esto, dúm te poteris défensare iniúria.'
Próuocatur paédagogus: 'ého senex minumí preti,
Ne áttigas puerum ístac caussa, quándo fecit strénue.'
Fít magister quási lucerna úncto expretus línteo.
'Itur illinc iúre dicto. hócine hic pactó potest
'Inhibere imperiúm magister, si ípsus primus uápulet?

MNESILOCHVS.

'Acris postulátio haec est. quom húius dicta intéllego,
Míra sunt ni Pístoclerus Lýdum pugnis cóntudit.

LYDVS.

Sét quis est, quem astántem hic uideo ante óstium? o Philóxene,

---

441. Puer extemplo *post Guyetum Hermannus: cf. Prol. Trin. p.* CLXIV. *Fortasse tamen e glossemate est* puer, *ut Plautinum sit* Extemplo ille disſrumpit **B**. dirrumpit **CD**. dirumpit **FZ** 442. Cum *libri* ad eaſ **Z** 443. deffenſare **Z** iniuria *proximis iungunt* **FZ** 444. Prouocatur] uo *e corr.* **B** *parum perspicue: quare in mrg. iteratum est* prouocatur *ead. m.* eho] h *e corr.* **B** minimi *libri* pretii **CD**. precii **BFZ** 445. attigaſ *Nonius p. 75.* adtingaſ **BCD**. attingaſ **FZ** iſtac **BC**. iſta **DFZ**, *Non.* 446. Fit **D**. Id **B**, al. It *sup. scr. ead. m.* Et **C**. It **FZ**. Vt *Brantium secutus Bothius* laterna *Salmasius* uncto **Db**, unde **Da** expretuſ **CD**, *Turnebus Adv. III, 5, Dousa Expl. II, 22.* ex pretuſ **B**. expletuſ **FZ**, *et ante* uncto *collocatum cum Pylade Rostius Opusc. p. 116.* extertus *Salmasius, sed* 'expretta *pro* expressa' *idem alibi.* spretus *Gronovius.* expletust *Bothius.* exspreta *Scaliger, Hermannus.* exptg *Scaliger alibi. Intacta reliqui verba obscurissima* 447. Ilicet illinc *Scaliger* hoccine *libri, nisi quod* occine **D**. istoccine *Camerarius* 448. Inhiberi imperium, magister *Acidalius* 449. poſtolatio **B** cum huius dicta intellego *cum superioribus construebantur ante Hermannum* 450. contuderit **FZ** 451. 452. Lydo *continuavit post Pyladem Hermannus* LY.] PHIL. **BDFZ**. *om.* **Z** est quem astantem hic **B**. hic eſt quem aſtantem *libri* oſtium. LID. o **B**. oſtium. LIDVS. PHILOXENVS. O (ut

Dĕos propitios mé uidere quam íllum haut mauellém mihi.

PHILOXENVS.

Quís illic est?

LYDVS.

Mnesílochus gnati tŭi sodalis híc quidemst.
Haút consimili ingénio atque illest qui ín lupanari áccubat
Fórtunatum Nícobulum, qui íllum produxít sibi.

PHILOXENVS.

Sáluos sis, Mnesíloche: saluom te áduenire gaúdeo.

MNESILOCHVS.

Dí te ament, Philóxene.

LYDVS.

Hic enim ríte productúst patri:
'In mare it, rem fámiliarem cúrat, custodít domum:
Obsequens obédiensquest móri atque imperiís patris.
Híc sodalis Pístoclero iám puer pueró fuit;
Tríduom non ínterest aetátis ut maiór siet:
Vérum ingenium plús triginta huic ánnis maiust quam ál-
teri.

---

ab O *novus versus incipiat)* ***C***. hoſtium. LID. O ***DFZ*** philexene ***B*** 452. MNE. *praemittunt* ***BFZ***, *nihil* ***CD*** propicioſ ***B*** haud *Hermannus. om. libri* 453. mneſiloguſ ***B*** sodalis hic quidemst ***R***. ſodaliſ piſtocleri *libri*. *Sic totum versum Hermannus transformavit:* Quis illic est homo? LY. sodalis Mnesilochus gnati tui 454. cſimili ***Cb***. ẽ ſimili ***Ca*** ille eſt *libri* 455. fortunatum qui illum adduxit ſibi *Donati in Andr. I, 1,70 ed. princ.*, eduxit *vulg.* nicobolum ***BDFZ*** 457. dii ***FZ*** ament]a *e corr.* ***D***. donent ***FZ*** productu ſt ***B***. productuſt ***D***. productuſ eſt ***CFZ*** 458. it ***FZ***. iit ***B***. ut ***CD*** curit ***D*** 459. obedienſque eſt ***BCD***. obedienſque ***FZ*** mori *Pius*. more ***BCDF***. morę ***Z*** 461. *post* inter *lacunam e rasura* ***B***: *unde* inter eos est *Camerarius* etatiſ ***BF*** ut *Hermannus*. uter ***BCFZ***. iter ***D*** 462. huic annis maiust *addito* huic *nunc* ***R***: *(nisi* ei *males.)* anniſ maiuſt ***BD***. anniſ maiuſ

PHILOXENVS.

Cáue malum et conpésce in illum dícere iniusté.

LYDVS.

Tace:

Stúltus es, qui illí male aegre pátere dici, quí facit.

[Nám illum meum malúm promptare málim quam pecúlium.

PHILOXENVS.

Quídum?

LYDVS.

Quia, malúm si promptet, ín dies faciát minus.]

MNESILOCHVS.

Quíd sodalem mĕum castigas, Lýdo, discipulúm tuum?

LYDVS.

Périit tibi sodális.

MNESILOCHVS.

Ne di sírint.

LYDVS.

Sic est út loquor.

---

eſt *CFZ*. est annis malus *post Bothium Hermannus*. malust annis *Scaliger, Guyetus, R Prol. Trin. p. cxcv*. huic *post* Verum *inserebat Dousa ms*. 463. malo *Scaliger, Bothius: nescio an vere* conpeſce, *nox* comp., *BDb*. conpeſte *Da*. comperce *Dousa, Dacierus in Fest. p. 387 Lind., ut Poen. I, 2, 137* *ante* tace *rasuram B* 464. *Mirer ni accentuum concinnitati sic potius poeta consuluerit:* Stúltus es, qui mále illi dici aégre patere, qui facit *Ceterum hunc v. suo loco omissum in margine posuit Ba, ubi nunc abscissum* facit egre *BCDF* pateret *D* 465. 466. *bonos alioqui versiculos, sed hic mire frigidos, ut suppositicios notavit Guyetus* promptare *CFZ*. promtare *BDb*. prom•tare (*quod fuit* promitare *ut videtur*) *Da* 466. promtet *B*. ppromtet *D* 467. ſoſodalem *C*. ſoſodalem *D* 468. di ſirint *D*. di ſirint (al. na) (*h. e.* al. ſinant) *B ead. m.* deſerint *C*. diſruit *F*.

Quín ego quom peribat uidi, nón ex audito árguo.

MNESILOCHVS.

Quíd factumst?

LYDVS.

Meretrícem indigne déperit.

MNESILOCHVS.

Non tú taces?

LYDVS.

'Atque ea acerrume aéstuosa absórbet, ubi quemque áttigit.

MNESILOCHVS.

'Vbi ea mulier hábitat?

LYDVS.

Hic.

MNESILOCHVS.

Vnde ésse eam aiunt?

LYDVS.

Éx Samo.

MNESILOCHVS.

Quaé uocatur?

LYDVS.

Bácchis.

---

dixeris *Z* 469. quom *F*. qum *B*. qcum (*an* qtum?) *D*. cum *CFZ* audito (u) *Bb* 470. factum est *libri* 471. Atque ea acerrume aestuosa *R*: *nisi* Ac quae acerrume aestuosa *audebis*. Atque acerrume aestuose (c) *B ead. m.* atq; acerrumea est uos *C*. atque acerrum ea ē uose *D*. Atque acerruma ea est: uos *F*. Atque acerrime uiros ea *Z*. Atque acerrime ac aestuose *Camerarius*. Atque acerrime ea est, uiuos *Gulielmo duce Acidalius*. At quae acerrime atque aestuose *Lambinus*. Atque acerrime est uiuosque *Guyetus*. Atque acerrumam: aestuose *Bothius*. Atque quae acerrume, aestuose *Hermannus* queque *CF* 472. esse eam *Guyetus*. eam esse *libri*

MNESILOCHVS.

Erras, Lýde: ego omnem rém scio,
Quemádmodumst. tu Pístoclerum fálso atque insontem árguis.
Nám ille amico et béneuolenti sŭo sodali sédulo
Rém mandatam exséquitur: ipsus néque amat, nec tu créduas.

LYDVS.

'Itane oportet rém mandatam gérere amici sédulo,
'Vt ipsus in gremio ósculantem múlierem teneát sedens?
Núllon pacto rés mandata pótest agi, nisi idéntidem
Mănus ferat ad papíllas aut labra á labris nusquam aúferat?
Nám alia memoráro, quae illum fácere uidi, díspudet:
Quóm manum sub uéstimenta ad córpus tetulit Bácchidi
Mé praesente, néque pudere quícquam. quid uerbís opust?

---

474. Quemadmodumſt ***BD***. quemadmodũſ̃ ***C***. quemadmodum eſt ***FZ*** 475. beniuolenti ***Cb*** 476. exequitur ***FZ*** ipſiuſ ***C*** neque amat ***AB***. nec amat *reliqui cum Festo Pauli p. 60* creduaſ ***DF***, *'prisca exemplaria' Pii, Paulus*. credaſ ***B*** *ead. m.* crederaſ ***C***. creditaſ ***Z*** 477. gerere] agere ***B*** 478. Vt ipſuſ ***B***. Vt ipſiuſ ***C***. Et ipſiuſ ***FZ***. Ipsus ut *Pylades*. Ipse ut *Hermannus* 479. Nullon ***BeDF***. Nulloñ ***C***. Nullo ***BaZ*** potis *Bothius* itidem ***C*** 480. Manus ferat ad papillas *libri: vide Prol. Trin. p.* CXLII. 'Ad papillas mănus ferat *Brixius p. 37. ab* M *littera versus etiam in* ***A*** *incipit* aut labra ***R***. labra *libri, insequente lacuna radendo orta* ***B*** nunquam *Bothius* auferat] ateferat ***Da*** *Totum versum sic formavit Hermannus:*

nisi item manus
Ad papillas adferat, labra a labris nusquam auferat.

481. Nam alia *libri, nisi quod* Namq' ***Be***. Nam illa *Charisius p. 178*. Nam ália me *cum Bothio Hermannus: cf. Prol. Trin. p.* CCXXV. quē ***C*** diſputet ***C*** 482. Quom ***F***. Qum ***B***. Cum *reliqui* manu ***D*** tetulit ***C***, *'prisca exemplaria' Pii, Lambinus*. detulit ***BDFZ*** 483. preſente ***B*** opuſt ***BD***. opuſ eſt ***CFZ*** quid verbis opust *huc irrepsisse e v. 486 vi-*

Míhi discipulus, tíbi sodalis périit, huice fílius.
Nám ego illum perísse dico, quoí quidem periít pudor.
Quíd opust uerbis? si ópperiri uéllem paulispér modo,
'Vt illi illius ínspectandi mi ésset maior cópia,
Plús uidissem opínor, quam med átque illoc aequóm foret.

M N E S I L O C H V S.

Pérdidisti mé, sodalis. égone ut illam múlierem
Cápitis non perdám? perire mé malis malím modis.
Sátin' ut quem habeas tíbi fidelem, aút quoi credas, néscias?

L Y D V S.

Víden ut aegre pátitur esse gnátum corruptúm tuum,
Sŭum sodalem, ut ípsus sese crúciat aegritúdine.

P H I L O X E N V S.

Mnésiloche, hoc tecum óro, ut illius ánimum atque ingeniúm regas.

---

dentur atque aliud quid loco movisse, velut neque pudere quicquam factis prodidit 484. diſpuluſ *B* huice *R Prol. Trin. p.* CLXXIII. huic *libri* 485. dico *BCDF*. duco *Z* cui *libri* 486. opuſt *BCD* (op›t *C*). opuſ eſt *FZ* uelbiſ *Ba* operiri *BF* 487. Vt illi illius *R*. Vt opinor illiuſ *libri: casu ut puto* opinor *voce e proximo versu huc invecta*. Vt opinor, si illum *Hermannus* 488. uiderem *Guyetus* opinor quam med atque illoc *R*, opinor *e superiore v. huc ascito*. quam deceret quam me atque illo *libri*. *interpretamentum est* quam deceret illo] illi *'codices antiquiores' Pii*. eo *Guyetus* aequm *BC*. equm *D*. equum *F*. aequum *Z*. dignum *Guyetus* 489. ut *Pylades*. *om. libri* 490. *post* perire *lacunam e rasura B* 491. Satin'] Itan' *Guyetus* quem habeas tibi fidelem *R*. quem tu habeaſ fidelem tibi *libri, nisi quod* tibi *om. Z*. quem fidelem tu habeas *Hermannus* cui *BDFZ*. *om. C* neſciſ *Ba* 492. egre *BF* patiatur *F* esse gnatum *post Bothium Hermannus*. gnatum eſſe *libri* correptum *Ca* 493. sese] ſe *B* cruciaſ *D*. cruciatur *F*. excruciatur *Z* egritudine *BF* 494. Ph. *om. D* ut *post* ingenium *transposuit Hermannus: vulgatum or-*

Sérua tibi sodálem et mi autem fílium.

MNESILOCHVS.

Factúm uolo.

LYDVS.

Mélius multo mé quoque una híc cum illo relíuqueres.

PHILOXENVS.

Adfatim Mnesílocho curaest.

LYDVS.

Cóncastiga hominém probe,
Quí dedecorat mé, te amicum, atque álios flagitiís suis.

PHILOXENVS.

'In te ego onus hoc ómne inpono. Lýde, sequere hac mé.

LYDVS.

Sequor.

---

dinem tenuit etiam Bentleius in Adelph. III, 1, 10 495. mi autem *Hermannus.* mihi *libri cum A* Serua tibi simul sodalem et gnatum mihi *Guyetus* 496. 497. 498. 499 *hoc ordine A.* 499. 496. 497. 498 *BCDFZ* 496. MELIUSMULTO *A.* meliuſ eſſet *reliqui* hic cum illo *B: nisi* tu hic cum illo *vel* cúm illoc hic *scriptum fuit.* ſi cum illo *libri cum A: nisi quod post* illo *aliquantulum erasum in B.* cum illo si *Hermannus* 497. 498 *uni* Philoxeno *continuant libri:* Affatim est (*sic*) Philoxeno, *reliqua* Lydo *Hermannus tribuit* Adfatim Mnesilocho curaest *B.* ADFATIM MNESILOCE • TC • • • AI *A.* Adfatim Mneſiloche cura et *reliqui, nisi quod* Affatim *F* caſtiga *FZ.* congaſtiga *Da* 498. me, te amicum atque *B.* TEMEAMICUMATQUE *A.* te me amicoſ atque *reliqui.* te, me amicosque *Camerarius* aliiſ *Da* 499. EGO *A.* ergo *reliqui* onus hoc *Hermannus.* hoc onuſ *libri cum A* INPONO *A.* impono *Z.* inpone *B.* impone *CDF*

MNESILOCHVS.

Inimiciorem núnc utrum credám magis,
Sodálemne esse an Bácchidem, incertum ádmodumst.
Illum éxoptauit pótius? habeat: óptumumst.
Ne illa íllut hercle cúm malo fecít suo.
Nam míhi diuini númquam quisquam créduat,
Ni ego íllam exemplis plúrumis planéque amo.
Ego fáxo hau dicet náctam quem delúserit.
Nam iám domum ibo atque áliquid surrupiám patri.

Act. III. Scen. 4. Novam scenam ordiuntur libri, MNESILOCVS ADVLESCENS *inscriptam in* **B**, MNĒ *in* **Da**, MNĒ adol. *in* **Db**, Mneſilochuſ adoleſcenſ *in* **FZ** *(nisi quod* adul. **F**)*: inscriptione carentem in* **C**. *Vnius versus intervallum est in* **A** 500. MNESiloc *praemittit* **C**, M **Db** INIMICIOREM **A**. *aut* Inimitiorem *aut* Immitiorem *(parum enim liquet)* **B**. Immitior ē **D**. mmitior ē **C**. Amiciorem **Z**, *Dousa*. In uitio **F**, *cod. Scaligeri, duo libri Lambini* Non uideo nunc utrum credam amiciorem magiſ *e* **M** *affert Sambucus*. Amissiorem nunc utinam credam magis *adscripsit Scaliger* 501. admodumſt **ABC**. admodum eſt **DF**. eſt admodum **Z** 502. OPTUMUMEST **A**. optume ſt **BC**, *Bentleius in Phorm. III, 2, 30.* optū ē **D**. optumum eſt **F**, *Pylades*. opertum eſt **Z** 503. NE *cum reliquis* **A** illa illud hercle **BCDZ** *(nisi quod* hrecle **Z**). illa haud hercle **F**. ILL···HERCLE **A** *h. e. ut puto* ILLAIDHERCLE *ut v. 525* SVO **A**, *Hermannus.* ſuo meo **BCD**. ſummo meo **FZ**. meo *Pylades* 505. plurumiſ **ABC**. plurimiſ **FZ** 506. HAV **A**. haud *reliqui* NACTAM, *non* NANCTAM, *etiam* **A** DELVSERIT **A**. derideat *reliqui (fortasse e v. 864)*

507. *Sequuntur in* **BCDFZ** *hi versus:*

Nam iam domum ibo atque aliquid ſurrupiam patri.
Id iſti dabo. ego iſtanc multiſ ulciſcar modiſ.
Adeo ego illam cogam uſque ut mendicet meuſ pater:

nisi quod ∸ibo ∸domum **D**, ſubripiam **FZ** *(cf. Prol. Trin. p. xcv)*, Ic *in* ulciſcar *e corr.* **B**, ·)pater ·)meuſ *ead. m.* **B**. *Pro quibus tribus versibus hic unus exstat in* **A**:

NAMIAMDOMUMIBOATQ'UTMENDICETMEUSPATER

Apparet alteram partem primi prioremque tertii errore librarii praetermissam esse, secundum autem verissime visum esse Hermanno e glossematis consutum, ut cuius prima verba ad v. 507

Adeo égo illam cogam usque, út meus mendicét pater.
Set sátine ego animum ménte sincerá gero,
Qui ad húnc modum haec hic, quaé futura, fábulor?
Amo hércle opinor, út quod pro certó sciam.
Set aútem quam illa dé meis opuléntiis
Raménta fiat plúmea propénsior,
Mendícum malim méndicando uincere.
Numquam édepol uiuom me ínridebit. nám mihi
Decrétumst renumeráre iam omne aurúm patri.

---

spectent, postrema ad v. 505 Adeo illam *Bothius* meus mendicet pater *Hermannus* ſatine **ABCDa**. ſatin **DeFZ** animi mentem sinceram *Lipsius Ant. lect. II, 15* 510. Qui ad-[n]huc **B**. quiahunc (*an* quidhunc?) **Da** 511. ut quod pro certo **B**, *Hermannus*. utpote quod pro certo *libri cum* **A**. utpote quod certo *Bothius*. utpote *si acui in media syllaba posset, in promptu esset* opino, utpóte quod pró certó sciam *Post v. 511 sequuntur in* **ABCDFZ** *tres versus hi:*

1 Verum quam illa umquam de mea pecunia
2 Ramenta fiat plumea propenſior,
3 Mendicum malim mendicando uincere:

(*quorum primo* Verum antequam **F**:) *post v. 519 autem in* **BCDFZ**, *non in* **A**, *hi:*

4 Sed autem quam illa umquam meis opulentiiſ
5 Ramenta fiat grauior aut propenſior,
6 Mori me malim excruciatum inopia:

quorum ultimo Mori me malim miſera excr. inopia *ms. Schobingeri, Pylades:* Mori me mauelim e. i. *Camerarius:* Mori mala me malim e. i. *Lambinus:* Moriri malim med e. i. *Bothius:* Moriri malim excr me inopia *idem.*) *Versus 4. 5. 6 deleri iubebat Guyetus, item* **R**. *Parerg. I, p. 480 sqq. Rectius iudicasse Hermannum, qui reiecto primo quartum servavit* de *asciscens e primo, delens autem* umquam, *professus sum Philologi t. I, p. 310* 512. Sed antequam **FZ** 513. RAMENDA **A** *ut videtur* fiam *Nonius p. 222* plumia **Z**. plumbea *Nonius* 514. uiuere *Sambuci codex, Pylades: quod probans Scaliger* Mendicus *proponebat* 515. uiuom me **B**. uiua me **ABcCDZ**. uiua **Ba**. uina me **F** inridebit **AB**. irridebit *reliqui* 516. decretumſt **C**, decretum eſt *reliqui cum* **A**

Igitúr mi inani atque ínopi subblandíbitur
Tum quóm nihilo plus ád suam rem illut réferet,
Quam si ád sepulcrum mórtuo dixít logos.
Profécto stabilest mé patri aurum réddere.
Eadem éxorabo, Chrýsalo causá mea
Patér ne noceat, neú quid ei suscénscat
Mea caúsa de auro quód eum ludificátus est.
Nam illi aéquomst me consúlere, qui causá mea
Mendácium illut díxit. uos me sóquimini.

---

remunerare *CFZ* 517. gitur *C* ſubbladibitur (n *supra*) *B*. ſublandibitur *F* 518. *Sic B*. TUMCUMNIHILOPLU *et post quindecim circiter litterarum spatium* REFERT *A*: (*quanquam trium priorum lacerae reliquiae visae sunt ad* BIS *spectare*, LA *autem apparere medio fere loco*.) Tum cum mihi nihilo pluriſ referet *reliqui* (*nisi quod post* mihi *aliquid erasum in B*: quom *F*, eum *Z*, nichilo *D*). Tum cum mea illud nihilo pluris referet *Camerarius*. Tum cum mea mihi nihilo pluris referet *Haasius in Reisigii Schol. gramm. p. 388, Fleckeisenus Exerc. p. 16*. Túm quom sibi ea res nihilo pluris referet *Pylade duce Bothius*. Tum quom nihilo plus ad meam rem refferet *Hermannus. Cf. Parerg. I, p. 421 et Prol. Trin. p. CCXXI*. 519. ſepulcrum *B*. ſepulchrum *reliqui cum A* dixit *B*. DIXERIT *A*. dicat *reliqui* logos *Hermannus*. IOCOS *notavi ex A*. iocum *reliqui* 520. STABILEST *A*. ſtabile eſt *reliqui* arum *C* 521. chriſalo *B* mea cauſa *Z* cauſa, *non* cauſſa, *cum reliquis A*: *item v. 523. 524* 522. ſuſcenſeat *ABCD*. ſuccenſeat *F*. ſubcenſeat *Z* 524. aequumſt *CDZ*. equum ſt *B*. AEQUOMEST *A*. equum eſt *F* 525. Mendatium *B* illud *Hermannus*. ID *A ut videtur. om. reliqui*. nunc *vel* iam *Bothius*. modo *Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 17* *post* dixit *aliquid erasum in B*

ACTVS IV.

PISTOCLERVS. MNESILOCHVS.

PISTOCLERVS.

Rébus aliis ánteuortar, Bácchis, quae mandás mihi:
Mnésilochum ut requíram atque ut eum mécum ad te ad- ducám simul.
Nám illut animus méus miratur, si á me tetigit núntius,
Quíd remoretur. íbo ut uisam huc ád eum, si fortést domi.

MNESILOCHVS.

Réddidi patrí meo omne aurum. núnc ego illam mé uelim

Act. III. Scen. 5. PISTOCLERVS. MNESILOCHVS *R*. PISTOCLERVS ADOLESCENS *BF*. Pistocleruſ *Z*. *om*. *CD*. *unius versus spatium A* 526. PISTOCLER' *praemittunt CD* *post* aliiſ *lacunam e rasura B* anteuortar *CDF*. anteuortat *Z*. ANTEUERTAM *A*. ante uertar *B*. anteuortam *Scutarius*. anteuortaſ *codd. Pii* 527. ADQUE *A* a^{d}ducam *B* 528. NUNC *A*. Nam *reliqui* te tegit *Ba*. te t^{i}egit *Bb* nuntiuſ *AF*. nunciuſ *reliqui* 529. REMORETURIBOUT *A*. remoratur. ibo et *reliqui* forte eſt *libri cum A*

Act. III. Scen. 6. *Eandem scenam continuat A: novam ordiuntur reliqui. Vide Mus. phil. IV, p. 609* MNESILOCHVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES DVO *BF*. Mneſilochuſ. Piſtocleruſ *Z*. *om*. *CD* 530. MNESILOCH' *praemittunt CD* meo omne *R*. omẽ *B*. omnem *D*. omne *reliqui cum A* ego *om*. *A*

Cónuenire, póstquam inanis súm, contemptricém meam.
Sét ille ueniam quám grauate míhi dedit de Chrýsalo.
Vérum postremo ímpetraui, ut né quid ei suscénseat.

PISTOCLERVS.

Éstne hic meus sodális?

MNESILOCHVS.

Estne hic hóstis, quem aspició, meus?

PISTOCLERVS.

Cérte is est.

MNESILOCHVS.

Is ést.

PISTOCLERVS.

Adibo cóntra et contollám gradum.
Sáluos sis, Mnesíloche.

MNESILOCHVS.

Salue.

PISTOCLERVS.

Sáluos peregre quom áduenis,
Céna detur.

MNESILOCHVS.

Nón placet mihi céna quae bilém mouet.

---

532. ille ueniam quam grauate mihi *Hermannus.* ueniam mihi quam grauate pater *libri, sed ut antepaenultimam litteram grauate vocis B habeat e corr., lacunam autem e rasura ortam idem liber ante* pater. *Vide Prol. Trin. p.* CLVIII. chriſalo *B*. cryſalo *C*
533. ſubcenſeat *FZ* 534. meuſ hoſtiſ quem aſpitio *C*
535. MN. is est. PI. adibo contra et contollam gradum *Hermannus,* contollam *sumens a Camerario.* MN. iſ eſt. adibo contra et tollam *libri.* MN. is est. PI. adibo contra. MN. contollam gradum *Acidalius, Goellerus in Trucul. p. 68* 536. peregre quom *Hermannus.* quom peregre *BF.* cum peregre *CDZ* 537. caena *C,* coena *Z: item paullo post* post Cena *parvam lacunam e rasura B*

PISTOCLERVS.

Núm quae aduenienti aégritudo obiéctast?

MNESILOCHVS.

Atque acérruma.

PISTOCLERVS.

'Vnde?

MNESILOCHVS.

Ab homine, quém mi amicum esse árbitratus sum ántidhac.

PISTOCLERVS.

Múlti more isto átque exemplo uíuont, quos quom cénseas
Ésse amicos, réperiuutur fálsi falsimóniis,
Língua factiósi, inertes ópera, sublestá fide.
Núllus est, quoi nón inuideant rém secundam optíngere:
Síbimet ne inuidcátur, ipsi ignáuia recté cauent.

MNESILOCHVS.

Édepol ne tu illórum mores pérquam meditaté tenes.

---

detur] de *e corr.* ***B*** 538. egritudo ***BF*** obiectaſt ***C***. obiecta eſt *reliqui* acerrima *Pius.* acerrumę ***B***. acerrume ***CDF***. acerrime ***Z*** 539. amicum] antiacum ***D***. antu•cũ *c. ras.* ***C*** antidhac ***CDa***. andedhac ***B***. anteac (h) ***De***. antehac ***FZ*** 540. uiunt (u) ***B***. uiuunt *reliqui* quom ***F***. cum *reliqui* 541. eſſe ***BCD***. tibi ***FZ*** repperiuntur ***B*** falsi *Pius.* falſiſ *libri* falſimoniiſ ***CDF***. falſi•moniiſ *cum ras.* ***B***. testimoniiſ ***Z*** 542. ſubleſta ***Z***. ſubueſta (ra) *ead. m.* ***B***. ſubueſta ***DF***. ſubuecta ***C***. ſubſicta *cod. Sambuci, cod. Pauli Stephani ap. Pareum.* sublesti *Acidalius* 543. quoi non inuideant *Dousa, Scaliger.* qui non inuideat *libri* optingere ***B***. obtingere *reliqui* 544. Sibimet ne *Bothius.* Sibi ne *libri.* Ne sibi, *et mox* ipsis, *Acidalius.* Sibi illi ne *Hermannus* ignauia *Hermannus.* ignaui *libri* 545. MN. *om.* ***Da*** ne tu] tu ne ***F***. ne tu (certe) ***CB*** perquam (ualde) meditate (sapienter) ***CD*** 'meditate. Plautus in Bacchidibus: Edepol ne tu illorum mores perquam meditate tenes. In quibusdam non ferunt': *Charisius p. 184, ubi ferantur corrigendum esse dixi Parerg. I, p. 418. 386*

Sét etiam unum hoc éx ingenio mălo malum inueniúnt suo:
Núlli amici súnt, inimicos ípsi in sese omnís habent.
'Atque i se quom frústrant, frustrari álios stolidi existumant.
Sícut est hic, quém esse amicum rátus sum atque ipsus súm mihi.
'Ille, quod in se fúit, accuratum hábuit, quod possét mali
Fáceret in me, incónciliaret cópias omnís meas.

PISTOCLERVS.

'Inprobum istunc ésse oportet hóminem.

MNESILOCHVS.

Ita ego esse árbitror.

PISTOCLERVS.

'Obsecro hercle, lóquere quis is est.

MNESILOCHVS.

Béneuolens uiuít tibi.
Nám ni ita esset, técum orarem út ei, quod possés mali

---

546. malo malum *libri*. malum malo *post Bothium Hermannus* 547. *post* ſunt *lacunam e rasura* ***B*** ſe ***Z*** omniſ *omnes* 548. i ***R***, *ut Trin.* 17. ii ***B***. hi ***CbDF***. hic ***Ca***. *om.* ***Z*** quom ***F***. qum ***B***. cum *reliqui* frustrant *Acidalius*. fruſtrantur *vel* fruſtranī *libri*, *nisi quod* fruſtantur ***B*** fruſtrare *Acidalius* exiſtimant ***FZ*** 549. sum atque *om.* ***FZ*** 550. Ille ***B***. ipſe *reliqui* poſſet ut mali ***D*** *ante rasuram* 551. faceret in me ***BCDF***. facere in me ***Z***. Facere et in me *Camerarius*. Facere in me et mi *Acidalius* inconciliaret ***R***. inconciliare ***BbCDZ***. inconcillare ***Ba*** *et* l. incôciliare ***B*** *mrg*. conciliare ***F*** 552. Inprobum, *non* impr., ***B*** iſtuc ***Z*** Mn. *om.* ***Da*** ita ego esse ***R***. ego ita eſſe *libri*. ita esse ego *Bothius*. ego esse ita *post Guyetum Hermannus* 553. Obsecro *Camerarius*. obſequere *libri* heccle ***Ba*** is *om.* ***Z*** Mn. *om.* ***Da*** beneualenſ ***DFZ***, *sed ut de* ***D*** *ambiguum sit* al *litteras a prima an secunda m. habeat* 554. ne ***Z*** út ei quód poſſeſ *libri* (*nisi quod* ut *om.* ***F***). ego út ei quód posses *Guyetus*. ut éii quód posses *Bothius*. ut ĕi quod pótis esses *Hermannus*

Fácere, faceres.

PISTOCLERVS.

Díc modo hominem quí sit: si non fécero
Ĕi male aliquo pácto, me esse dícito ignauíssumum.

MNESILOCHVS.

Néquam homost, uerum hércle amicus ést tibi.

PISTOCLERVS.

Tantó magis
Díc quis est? nequam hóminis pol ego párui pendo grátiam.

MNESILOCHVS.

Vídeo non potésse quin tibi éius nomen éloquar.
Pístoclere, pérdidisti mé sodalem fúnditus.

PISTOCLERVS.

Quíd istuc est?

MNESILOCHVS.

Quid ést? misine ego ád te ex Epheso epístulam
Súper amica, ut mi ínuenires?

PISTOCLERVS.

Fáteor factum, et répperi.

MNESILOCHVS.

Quí? tibi non meretrícum aliarum érat Athenis cópia,

---

male *Z* 555. faecero *C* 556. esse] etiam *Z* igna-ui[fi]fmum *C*. ignauiffimum *reliqui* 557. homo ft *D*. homo eft *reliqui* Tanto] Hem, tanto *Hermannus* 558. nequam hominis pol ego *R*. nequam hominif ego *libri*. nam nequam ego hominis *Hermannus* 559. poteffe *BC*. poffe *DFZ* eloqaar *om*. *Z* 561. misine] me fine *C* ephoefo *D* epiftolam *libri* 563. Quid? *Angelius* meretricum aliárum érat *R Prol. Trin. p.* CCLXXIII. erat meretricum aliarum *libri*, *nisi quod* meretricum *et*

Quíbuscum haberes rém, nisi cum illa, quám ego mandassém tibi,
'Occiperes tute ípse amare et mi íres consultúm male?

PISTOCLERVS.

Sánun es?

MNESILOCHVS.

Rem répperi omnem ex tŭo magistro: né nega.
Pérdidisti me.

PISTOCLERVS.

Étiamne ultro tŭis me prolectás probris?

MNESILOCHVS.

Quíd? amas Bacchidém.

PISTOCLERVS.

Duas ergo hic íntus eccas Bácchides.

MNESILOCHVS.

Quíd, duae?

PISTOCLERVS.

Atque ambás sorores.

MNESILOCHVS.

Lóqueris nunc nugás sciens.

---

abarum *C* athaenif *C* 564. q[a]um *B* 565. Occiperes tute ipse *R*. Occiperef tute *libri*. Ipse occiperes tute *Hermannus*. Tute amare occiperes *et mox* med *Bothius* mi *R*. me *libri ut v. 684* 566. fanunef *BCDe*. fanû ef *vel* fanum ef *DFZ* reperi *B* nega] n *e corr. D* 567. prolectaf *D, cod. Scaligeri*. ‚plectaf *B, sed cum rasura subter prima littera*. proiectaf *CFZ* 568. Mn. Quid? amas Bacchidem. Pi. duas *Scaliger, Hermannus*. Mn. Quid amaf? Pi. bachidem. duaf *BCD*. quid clamaf? Mn. bachidem. Pi duaf *FZ et, nisi quod* amaf, *M Sambuci, Pylades*. Mn. Quid amas Bacchidem? Pi. duas *Camerarius*. Mn. Quid, amas Bacchidem? Pi. duas *vulgo* 569. Mn. *om. Da* Qui *Hermannus* sorores *om. FZ*

PISTOCLERVS.

Póstremo, si pérgis paruam míhi fidem arbitrárier,
Tóllam ego ted in cóllum atque intro hinc aúferam.

MNESILOCHVS.

Immo ibó: mane.

PISTOCLERVS.

Nón maneo, neque tú me habebis fálso suspectúm.

MNESILOCHVS.

Sequor.

PARASITVS. PVER. PISTOCLERVS.

PARASITVS.

Parasítus hominis égo sum nequam atque ínprobi,
Milítis qui amicam sécum auexit éx Samo.
Nunc me íre iussit ád eam et percunctárier,
Vtrum aúrum reddat ánne eat secúm semul.

---

570. Poſtremo *libri, nisi quod* Poſteemo *Ba*. Postremo ego *cum Bothio Hermannus*   ſi ſpergiſ *Z*   paruam *Scaliger, Bentleius in Eun. I, 2, 117.* parum *libri*   571. ego ted *BC*. ego t& *D*. ego tet *F*. ego te *Z*. iam te *Hermannus*   Mn. immo ibi *F*. imo. Mn. ibi *Z*   572. Pl. *om. Da*   manebo, neque me *Hermannus*

Act. IV. Scen. 1. PARASITVS. PVER. ADOLESCENS *BDb*. *om. CDa*. Paraſituſ. Puer *Z*. Paraſituſ *F*   573. PARASIT' *praemittunt CD*   hominis ego sum *Hermannus*. ego ſum hominiſ *libri*   inprobi, *non* impr., *CD*   574. amicam qui, *deleto* ex, *Hermannus*   575. mei re *C*   percontarier *FZ*   Nunc me ad eam ille ire iussit perc. *Hermannus*   576. Vtrumne *Z*

reddit *Da*   ſemul *BCF*. ſimul *Z*. *vid. Prol. Trin. p.* XCVII.

Tu dúdum, puere, cúm illac usque istí semul:
Quae harúm sunt aedes, púlta. adi actutum ád foris.
Recédin hinc dierécte? ut pulsat própudium.
Comésse panem trís pedes latúm potes,
Forís pultare néscis. ecquis in aédibust?
Heus écquis hic est? écquis hoc aperit óstium?
Ecqui éxit?

PISTOCLERVS.

Quid istuc? quaé istaec est pulsátio?
Quid? quaé te mala crux ágitat, qui ad istúnc modum
Aliéno uiris tŭas extentes óstio?
Forís paene exfregísti. quid nunc uís tibi?

PARASITVS.

Aduléscens, salue.

---

577. puere, cum illac *Bothius*. puer cum illa *libri*. puere, qui cum illa *Pylade duce Hermannus* ſemul *BCDF*. ſimul *Z*
578. que *CDaF* edeſ *CF* foris *Pareus*. foreſ *libri*: *item v. 581. 586* 579. PA. *praemittit Z*, PV. *autem post* dierecte Recedin *Bothius*. Recede *libri*. Recede tu *Hermannus*
580. Commeſſe *B*. cõmeſſe *C* 581. pultareſ *Ca* *post* neſciſ *personae notam* PVER *habent BC*, puer *Da*, Puer *Db*, Pa. *Z*: *nullam F* ecquis in aedibust *R*: ecquis in aedibus est *Scaliger*. ecquiſ hiſ in aedibuſ eſt *BCZ* (*nisi quod* edibuſ *B*). hecquiſ ʰiſ in aedibuſ eſt *D*. ecquiſ iſ in edibuſ eſt *F* 582. eſt hic *F* hecquiſ *D* hoc *om. Guyetus* hoſtium *DFZ* 583. Ecqui *R*. Ecquiſ *libri, nisi quod* hecquiſ *D*
Act. IV. Scen. 2. Post exit *novam scenam ordiuntur libri, eandem recte continuavit Bothius*. PISTOCLERVS ADOLESCENS *inscripsit Ba*, PARASITVS *addidit Bc. om. CDa*. PIST Ṁ PA *Db*. Piſtocleruſ adoleſcenſ. Paraſituſ *F*. Piſtocleruſ. Paraſituſ *Z* que *CF* iſtec *BCFZ* pultatio *F* 584. Quid? quae te *R*. Qui te *BCD*. quae te *Z*. que te *F* quia diſtunc *C*. ad istunc qui *Acidalius* 585. uiriſ tuaſ *BCD*. iuriſ tui *FZ* hoſtio *DFZ* 586. pene *BCDZ*. pone *F* exfregiſti *B*. effregiſti *reliqui*. ecfregiſti *Bothius* 587. adoleſcenſ *F*

PISTOCLERVS.

Sálue. sed quem quaéritas?

PARASITVS.

Bacchídem.

PISTOCLERVS.

Vtramne ergo?

PARASITVS.

Níl scio nisi Bácchidem.
Paucís me misit míles ad eam Cléomachus,
Vel út ducentos Phílippos reddat aúreos,
Vel ut hínc in Elatiam hódie eat secúm semul.

PISTOCLERVS.

Non ít: negat se itúram. abi et renúntia.
Alium ílla amat, non íllum. duc te ab aédibus.

PARASITVS.

Nimis íracunde.

PISTOCLERVS.

At scín quam iracundús siem?
Ne tíbi pol haut longe ós ab infortúniost:
Ita déntifrangibula haéc meis manibus géstiunt.

---

pro PIST. *per totam scenam* MNES. *habere* ***CDa*** *solent* queritaſ *omnes* 588. utramne *Bothius.* utram ***BCDZ.*** utran ***F*** 589. cleomatuſ ***F*** 590. philipp·oſ *c. ras.* ***B*** 591. '*pro* elatia *scriptum est* ilecia': *Pius* ſemul ***CDaF.*** ſemel ***B.*** ſimul ***DeZ*** 592. id ***Z*** negat se ***R.*** negato eſſe *libri.* negat esse *Acidalius.* negato *Hermannus* PI. *om.* ***C.*** PA. ***De*** 593. edibuſ ***BCF*** 595. Ne tibi pol *Fleckeisenus Philol. II, p. 85: cf. Mil. glor. 1270.* Ne tibi hercle *libri, etiam Bentleius in Heaut. IV, 2, 1, et nuper Hermannus Philologi III, p. 467: vide tamen Prol. Trin. p. CXXVII.* Tibi hercle *Hermannus in editione* os ab infortuniost *Fleckeisenus.* eſt oſ ab infortunio *libri, nisi quod* eſ tu *pro* eſt oſ ***De,*** infortuno ***D*** 596. denti frangibula ***B***

PARASITVS.

Quom ego húius uerba intérpretor, mihi caútiost,
Ne núcifrangibula excússit ex malís meis.
Tuo égo istaec igitur dícam illi periculo.

PISTOCLERVS.

Quid ăis tu?

PARASITVS.

Ego istuc ílli dicam.

PISTOCLERVS.

Díc mihi,
Quis tu és?

PARASITVS.

Illius sum íntegumentum córporis.

PISTOCLERVS.

Nequam ésse oportet, quoí tam integumentum inprobumst.

PARASITVS.

Sufflátus ille huc uéniet.

PISTOCLERVS.

Dirrumptúm uelim.

---

597. Quom *F*. Cum *reliqui* interpretor] *mediam r litteram e corr.* *BD* cautio ſt *BC*. cautio eſt *reliqui* 598. nuci frangibula *B* excuſſerit *F* ex *om.* *DaFZ*, *add.* *Db*

600. Pi. dic] Pi. *om.* *CDa*. *item v. 602* integimentum *BC*. integimontum *D* 602. cui *libri* tam integumentum improbum est *Bothius*. tu integumentum improbuſ (inpr. *BC*) eſ *libri*. tu integimentum improbum es *Lambinus*. tu integumentum sies *Hermannus* Nequam esse oportet scutum: integumentum improbum est *Turnebus Advers.* XXIV, 11: *atque* scutum: integumentum improbust *Scaliger quoque in suo cod. esse testatur* 603. Pa. *om.* *C*: *item v. 604. 605 personarum notas omnes* Pi. *om.* *CD* dirrumptum *BCD*. diruptum *FZ*. *cf. Prol. Trin. p.* CII.

PARASITVS.

Num quíd uis?

PISTOCLERVS.

Abeas: céleriter factóst opus.

PARASITVS.

Vale, déntifrangibule.

PISTOCLERVS.

Ét tu, integumentúm, uale.

In eum haéc reuenit rés locum ut, quid cónsili
Dem mĕo sodali súper amica, nésciam:
Qui irátus renumeráuit omne aurúm patri,
Neque númmus ullust quí reddatur míliti.
Set húc concedam: nám concrepuerúnt fores.
Mnesílochus eccum maéstus progreditúr foras.

---

604. Numquid *DZ*. Nunc quid *BCF*, *sed* nc *e corr.* *C* abeas celeriter *iungebatur ante Hermannum* facto ſt *BCDF*.
de
facto eſt *Z* 605. Valenti frangibule *D* intagumentum *Ca*. intugumentum *Cb* 606. eum haec *Bothius*. eum nunc haec *libri*.
secum
eum nunc haec *Db*. eum *Guyetus* qui *DaF* conſilil *libri* 607. dem meo] deo *Z* 608. ratuſ *F* remuneraùit *Z* 609. ulluſt *BCD*. ulluſ *FZ* 610. crepuerunt *Z* 611. meſtuſ *BCDF*. moleſtuſ *Z* pergreditur *Z*

MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.

MNESILOCHVS.

Pétulans, proteruo, íracundo ánimo, indomito, incógitato,
Síne modo et modéstia sum, síne bono iure átque honore,
'Incredibilis ímposque animi, ínamabilis, inlépidus uiuo,

Act. IV. Scen. 3. MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES **B**. *om.* ***CDa***. MNESILOCHVS ***Db***. Mneſilochuſ. Piſtocleruſ ***FZ*** (*nisi quod* c *pro* ch ***Z***) *Miris modis depravatam scenam cum secundum vulgatam versuum distributionem, quae Camerarium auctorem habet, inde a v.* 626 *nos olim trochaicis numeris descripsissemus, contra iambicis septenariis Hermannus nuper: ut in tanta opinionum fluctuatione certiore fundamento niteremur, nunc ab ea versuum descriptione profecti sumus quam* **B** *servavit. Quam dum tenemus quantum fieri potuit, trochaici prodierunt post tres octonarios continui septenarii undecim. Quoniam autem cum in hac parte tum in eis qui praecedunt creticis bacchiacisque sine aliqua audentia (quanquam haudquaquam maiore quam qua Hermanno opus fuit) ad instaurandam concinnitatem Plauto non indignam nihil profici potuit: ut et satis certo de* **B** *constaret et uno oculorum contulu tralaticia species huius cantici comprehendi posset, ipsius* **B** *exemplum integrum infra posuimus, reliquorum autem codicum non a nostro exemplo, sed a* **B** *discrepantias commemoravimus. Ceterum a* **B** *facile apparebit eis potissimum locis discedendum fuisse, in quibus aut glossematis cum poetae verbis glutinatis aut partibus quibusdam vel traiectis perperam vel incuria omissis pristinus ordiendorum terminandorumque versuum ordo turbatus esset: quarum caussarum eadem hic vis fuit atque in Trinummi canticis illis quorum exempla Prolegomenon cap.* XVIII. *proposuimus.*

Petulanſ propteruo iracundo animo indomito incogitato
Sine modo et modeſtia ſum ſine bono iure atque honore
Incredibileſ impoſque animi inamabiliſ inlepiduſ uiuo

De v. 612—614 *vide Hermannum Elem. d. metr. p.* 92, *Prol. Trin. p.* CXCIII. 612. MNES. etulanſ ***C***. Pectulanſ ***D*** proteruo ***FZ*** 613. honore] iure bonore ***D***. more *Acidalius* 614. incredibiliſ ***CDFZ*** impoſquae ***C***. impoſ quem ***Da*** illepiduſ ***FZ***

Máleuolente ingénio natus. póstremo id mist quód uolo aliis.
Néquior némo quisquámst, neque indígnior
Quoi dí bene faciánt nec quem homo aút amet aut ádeat.
Inimícos quam amícos aéquomst med habére:
Malós quam bonós par magíst me iuuáre.
'Omnibus probris, quae ímprobis uiris

Maleuolente ingenio natuſ••• poſtremo id mihi eſt quod uolo
Ego eſſe aliiſ. credibile hoc eſt. nequior nemoſt
Neque indignior quoi di benefaciant neque quem quiſquam homo aut amet aut adeat.
Inimicoſ quam amicoſ equu ſt me habere.
Maloſ quam bonoſ par magiſ me iuuare.
Omnibuſ probris quae improbriſ uiriſ

615. ingenio] genio *Pius, Meursius, Palmerius, Gronovius Lect. Plaut. p. 177* *post* natuſ *lacunam e rasura B: item v. 622. 623. 638* uolo *BCFZ*. nolo *D, recens manus in B, 'vetus lectio' Pii, Wolffius de canticis p. 38* ego eſſe *delevit Hermannus: et habet haec* ego eſſe .... nemoſt *C in margine tantum.* eſſe *om. Z* *Quae sequuntur* credibile hoc eſt (*pro quibus* incredibile: hoc *F construens cum superioribus,* incredibile hoc *Z*) *in v. 623 transposui non propter metrum, sed sententia exigente* 616. nemo eſt *FZ* 617. quoi dii *Z*. cui dii *F*. quodi *C*. quidi *B* quiſpiam *F*. quiſque *Z* *Ceterum hos vv. sic olim Hermannus Elem. p. 220 disponebat:*

Incrédibiliór, nequiór nemo núnc est,
Neque índignus, quoí di
Benefáciant, neque quém quisquam h. a. a. a. a.:

ad hoc autem exemplum nuper descripsit:

Incrédibile hoc ést: nequiór nemo est quoí di
Benefáciant n. q. q. h. a. a. a. a.

618. aequomst med *Hermannus olim:* aequom me est *idem nuper.* equiūſt me *D*. equiuſt me *C*. equum eſt me *F*. aequum eſt me *Z* 619. par magiſ] permagiſ *DaFZ*. *Vide Prol. Trin. p. cx* 620. probiſ *Z* que *C*. quam *FZ* improbriſ *CD*. improbiſ *FZ*

Dígna sunt, dígnior núllus est homo,
Quí patri réddidi quód fuit praé manu.
Crédibile hoc quoípiamst? súmne ego améns homo?
Quí misere pérdidi me átque operam Chrýsali.

PISTOCLERVS.

Consólandus híc nunc mihíst: ad eum adíbo.
Heús Mnesiloche, quíd fit?

MNESILOCHVS.

Perii.

PISTOCLERVS.

Dí meliora fáxint.

MNESILOCHVS.

Perii.

Digna ſunt dignior nulluſ eſt homo
Qui patri reddi[di] omne aurum••• amanſ
Quod fuit prae manu. ſumne ego•••homo miſer.
624 Perdidi me atque operam chriſall.
PI. Conſolanduſ hic mihiſt. ibo ad eum.
Mneſiloche quid ſit? MN. perii. PI. di meliuſ faciant. MN. perii.

621. digna ſunt *etiam* ***DF****, codd. Pyladis.* digna ſ̃ ***C****.* digna eſt ***Z****.* dignuſt *'antiqua exemplaria' Pii* eſt] aeque est *nuper Hermannus* 622. *Sic Hermannus et glossemate* omne aurum *deleto, et* amanſ *vocabulo quod e proximo versu huc irrepsit* reddidi ***CDFZ*** manu ***C****.* maniſ ***Da****.* manuſ ***Dc****.* manibuſ ***FZ*** 623. *Haec sic Hermannus:*

Súmne ego améns homo?
Hei miser, pérdidi me átque operam Chrýsali.

Ego e dimetro tetrametrum effeci ascitis huc illis de quibus ad v. 615. Turbarum indices in ***B*** *rasuras habes et lacunas. Post* miſer *ex 'ora libri N. Clerici' Lambinus addidit* Sumne ego nullius pretii? 625. *Hinc iambicorum suorum initium Hermannus fecit* Conſolanduſ] ſecum *sup. scr.* ***Db*** mihi eſt ***Z*** 626. di ***FZ*** meliora faxint *Fleckeisenus Exerc. p. 19.* meliuſ faciant *libri*

PISTOCLERVS.

Nón taces, insípiens?

MNESILOCHVS.

Taceam?

PISTOCLERVS.

Sánus satis nunc nón es.

MNESILOCHVS.

Perii.

Múlta mala mi in péctore acria átque acerba núnc eueniunt.
Críminin fidém me habuisse? inmérito iratus fŭi tibi.

PISTOCLERVS.

Éia, habe bonum ánimum.

MNESILOCHVS.

Vnde habeam? plúris, quam ego sum, mór-
tuost.

PISTOCLERVS.

Mílitis parasítus huc modo, aúrum petere hinc, uénerat:
Éum ego meis dictís malis his fóribus atque hac [mú-
liere]

PI. Non tacef infipienf. MN. taceam. PI. fanuf fatif non ef. MN. perii.
Multa mala mihi in pectore nunc acria atque acerbe[a.e] eueniunt.
629 Criminin me habuiffe fidem? immerito tibi iratuf fui.
PI. Eiia bonum habe animum. MN. unde habeam? mortuuf plurif pretii eft quam ego fum.
PI. Militif parafituf modo uenerat aurum petere hinc.
Eum ego meif dictif malif hif foribuf atque hac

627. tacenf *Z* *praestat fortasse* satine sanus nunc es? 628. acri *CDF* acerba eueniunt *Z*. acerua eueniunt *C*. acerbi eueniunt *DF* 629. crimini in me *F*. crimini me *Z* inmerito, *non* imm., *BC* iartuf *Z* 630. Eia *BbCDZ*. eya *F* mertuo[v] *C* pretiift *D*. preci ift *CFZ* 632. eum *sup. scr.* *C* meif] me hif *Z* hif *CDeFX*. hic *Z*. if *Da* atque hac reppuli *C*. atque reppuli *Da*. atque[ac] reppuli *Db*. at-

Réppuli reiécique hominem.

MNESILOCHVS.

Quíd id autem prodést mihi?
Quíd faciam misér? nil habeo: illé quidem hanc abducét, scio.

PISTOCLERVS.

Pól si mihi sit, nón pollicear.

MNESILOCHVS.

Scío, dares: noui tuum,
Ét, nisi ames, nunc tíbi fidem habeam tántam [quantam máxumam].
Núnc agitas sat túte tuarum rérum, ego ut opem té mihi
Férre putem posse ínopem.

PISTOCLERVS.

Tace modo: áliquis respiciét deus.

MNESILOCHVS.

Núgae.

Repuli reieci hominem. MN. quid mihi id prodest?
634 Quid faciam? nihil habeo miser, ille quidem kanc abducet scio.
PI. Si mihi est non pollicear. MN. scio deres (a sup.). noui
Sed nisi ames non habeam tibi fidem tantam.
Nunc agitas sat tute tuarum rerum.
Egone ut opem mihi ferre putem posse inopem te.
PI. Tace modo. deus••• respiciet nos aliquis. MN. nuge.
PI. Mane. MN. quid est? PI. tuam copiam eccam (u sup.) chrisalum uideo.

que repuli *XZ*. reppuli atque *F* ianua *additum in B manu Camerarii* 633. reici *Da* id *sup. scr. C* 535. mihi sit *Camerarius*. mihist *C*. michist *D*. mihi est *F*. mihi non est *Z* pollicear *C*. polliceor *DZ*. policeor *F*. *Subaudi* sed dem dare *Da*. dares *CDbFZ* 687. satrute *CDa* 638. posse] es posse *D* PI. *om. Da* deus *C*. dsus *Da*. dsus (dus sup.) *(sic) Db*. deus secundus *FMZ* respiciet] r *e corr. B* 639. nuge *CDFZ* PI. mane] PI. *om. Da*

PISTOCLERVS.

Mane.

MNESILOCHVS.

Quid ést?

PISTOCLERVS.

Tuam copiam éccum uideo Chrýsalum.

CHRYSALVS. MNESILOCHVS. PISTOCLERVS.

CHRYSALVS.

Húnc hominem decet aúro expendi: huic státuam statui décet ex auro. 640

Nám duplum hodie fácinus feci, dúplicibus spoliís sum adfectus.

Ĕrum maiorem méum ita ego hodie lúsi lepide, ut lúdificatust.

Act. IV. Scen. 4. CHRISALVS SERVVS. MNESILOCVS PISTOCLERVS ADOLESCENTES ***BFZ***, *nisi quod* Chryſ. *et* —lochuſ ***FZ***, adulefcenteſ ***F***, adulefcenſ ***Z***. *om.* ***CD*** 640. Nunc ***FZ*** huic] huc ***C*** statuam statui decet *Hermannus.* decet ſtatuam ſtatui *libri* 641. duplum *Brixius Quaest. p. 43.* duplex *libri* duplex feci hodie facinus *Hermannus* spoliis sum] ſpoliamuſum ***Da*** adfectuſ ***B***. affectuſ *reliqui* 642. Erum: *vide Prol. Trin. p.* CXLVII. Erum ego meum maiorem ut hodie *Bothius* ita ego ***B***. ut ego *libri* ludificatuſ eſt *libri* *Versuum* 643—669 *haec est in* ***B*** *species, a qua discrepantem reliquorum librorum memoriam notavi pari atque in superiore cantico ratione*

Cállidum senem cállidis dolis
Cómpuli et pérpuli, mi ómnia ut créderet.
Núnc amanti ero, filio senis,
Quicum égo bibo, quicum édo et amo,
Régias cópias aúreasque óptuli,
'Vt domo súmeret neú foris quaéreret.
Nón mihi istí placent Pármenonés, Syri,
Quí duas, trís minas aúferunt eris.
Néquius níl quam egens cónsili séruos est,
Nísi is habet múltipotens péctus, [ut cópias,]
'Vbicumque usús siet, péctore promát suo.

Callidum ſenem callidiſ doliſ
Compuli et p·puli mihi omnia ut crederet.
Nunc amanti ero filio ſeniſ quicum ego bibo quicum edo et amo
Regiaſ copiaſ aureaſque optuli ut domo ſumeret neu foriſ quaereret.
Non mihi···iſti placent parmenoneſ ſyri
Qui duaſ aut triſ minaſ auferunt eriſ.
Nequiuſ nihil eſt quam egenſ conſiliiſ ſeruuſ niſi habet
Multipotenſ pectuſ. ubicumque uſuſ ſiet pectore expromat ſuo.

In disponendis versibus sicubi a ***B*** *discedendum esset, tantum ab Hermanniano exemplo vel Elem. doctr. m. p. 220 sq. olim vel nuper in editione proposito sumpsi, quantum probandum esse nunc intellexissem* 643. calidiſ *codex Romanus Longolii* 644. pepuli ***BaZ***. perpuli ***BbCDF*** omnia] ama ***Da*** 645. senis] ſecuſ ***Z*** 646. *iambicos numeros mecum nuper Hermannus agnovit* 647. optuli ***BF***. obtuli ***CD***. attuli ***Z*** 648. quaereret] id quaereret ***C*** *ante ras.* 649. *post* mihi *lacunam e rasura* ***B*** placent iſti ***CDFZ*** ſtri ***D*** 650. tris *Hermannus.* aut triſ ***CD***. aut treſ ***FZ*** eris] suis eris *Hermannus acatalectum efficiens* 651. conſilii ***CFZ***. conſilio ***D*** 652. Nisi habeat *olim Hermannus, nuper duos hinc anapaesticos octonarios ordiens* multipatenſ *a correctrice manu rec.* ***B*** 653. ſiet ***CDZ***. ſit ***F*** suo *om.* ***CDFZ*** *(in fine versus)*

Núllus frugi ésse homo * * * potest,
Nisi qui ét bene facere et mále tenet.
'Improbus sit cum ímprobis,
Hárpaget cum fúribus,
Quód queat. uórsipellem ésse hominem cónuenit,
Péctus quoi sapit.
Bonús sit bonís,
Malús sit malís:
Vt quaécumque rés est, ita áuimum habeat [úsque.]
Sét lubet scíre quantum aúrum erus sibi
Démpsit et quíd suo réddidit patri.

Nulluf frugi effe poteft homo
Nifiet bene et male facere tenet.
Improbif cum improbuf fit arpaget furibuf furetur quod queat
Vefipellem frugi conuenit effe hominem
Pectuf cui fapit. bonuf fit bonif. maluf fit malif.
Vt quecum ref fit ita animum habeat.
Sed lubet fcire quantum aurum eruf fibi
Dempfit ecquid fuo reddidit patri.

654. frui *D* 655. *iambicum feci* q *ead. m. additum in B.* nifi qui et *reliqui* 656. 657 *trochaicos numeros Hermanno debent* Inprobif cum improbuf fit *CDZ*. improbuf quom improbif fit *F* 657. arpaget *CD*. arpaga *F*. harpaga *Z* furetur *eiecit Hermannus* 658. uerfipellem *CDFZ* frugi *cum Bothio delevi ut e v. 654 iteratum* 659—661 *dochmiacos descripsit Hermannus, ego trochaicum primum, proximos bacchiacos catalecticos. Quanquam potest bacchiacus etiam primus esse* 661. malus] mal' *Dc post rasuram, ante quam quid fuerit non liquet* 662. Vt quecum *Ba*, q *addidit Bb*. utcũque *CDFZ*. Vticumque *Hermannus olim* est *B*. fit *libri* *Ceterum etiam licebat sive dochmiacos sive bacchiacos numeros continuare:*

Vt quaécunque rést,
Ita hábeat animúm.

664. et quid *BcFZ*. ecquid *Ba*. ut quid *Da*. ut quid *Db*. et

Sí frugist, Hérculem fécit ex patre:
Décumam partem ĕi dedit, síbi nouem abstulit.
Sét quem quaero, óptume ecce óbuiam mihist.
Núm qui tibi nummi éxciderunt, ére, quod sic terrám [tacens]
'Optuere? quíd uos maestos trístisque esse cónspicor?
Nón placet, nec témerest. etiam quíd respondetís mihi?

MNESILOCHVS.

Chrýsale, occidí.

CHRYSALVS.

Fortassis tu aúri dempsistí parum?

MNESILOCHVS.

Quíd, malum, parum? ímmo uero nímis multo minus quám parum.

---

665 Si frugi eſt herculem fecit ex patre.
Decimam partem ei dedit ſibi nouem abſtulit.
Sed quem quero optime ecce obuiam mihi eſt.
Num qui nummi exciderunt ere tibi
Quod ſic terram optuere.
Quid uoſ meſtoſ tam triſteſque eſſe conſpicor.

quidem ***Z*** 665. frugi eſt ***CDZ***. frugi en ***F*** ʰerculē ***B***
666. decumam ***Z*** 667. quaero ***CDZ*** obtume ***CD***. optume ***F*** oho oportune mihi eſt obuiam *e Bacchidibus affert Charisius p. 187* 668. 669 *tetrametros esse Hermannus nuper perspexit* exciderint ***F*** ſiṭ (c) ***C*** 669. obtuere ***CDFZ*** tacens *supplementum est Hermanni* 669. moeſtoſ ***Z*** tristesque *Hermannus*. tam triſteſque ***CDF***. tāquam triſteſ ***Z***. tamque tristes *Pius. fortasse* esse *potius delendum* 670. temere est. etiam quid *Bothius*. temereſt etiam. quin ***BC*** *et* (*nisi quod* temerē ***D***, temere eſt ***FZ***) *reliqui*. est temere. eia, quin *Acidalius* respondetis mihi *Acidalius*. mihi reſpondetiſ ***BDFZ***. mihi reſpondeaſ ***C***
671. 672 *hoc ordine Camerarius, inverso libri, sed ut illius indices* 1 *et* 2 *numeros* ***Be*** *praeposuerit* (*non eos, ut videtur, Camerarii manu adscriptos*) 671. MN. *om. libri* Criſale (h) ***B*** 672. MN. *om.* ***FZ*** Quid ***B***. Qua (i) ***B***. quia ***CDZ***. qa (i) ***F***. Quí *Camerarius* parum. MN. immo ***FZ*** nimis multo minus

CHRYSALVS.

Quíd malum igitur, stúlte, quoniam occásio ad eam rém fuit
Mĕa uirtute párta, ut quantum uélles tantum súmeres,
Síc hoc digitulís duobus súmebas primóribus?
'An nescibas, quam ĕiusmodi homini ráro tempus sé daret?

MNESILOCHVS.

Érras.

CHRYSALVS.

At quidem túte errasti, quóm parum immersti ámpliter.

MNESILOCHVS.

Pól tu, quam nunc, méd accuses mágis, si magis rem nóueris.
'Occidi.

CHRYSALVS.

Animus iám istoc dicto plús praesagitúr mali.

MNESILOCHVS.

Périi.

CHRYSALVS.

Quid ita?

---

quam parum *R*. nimio minuſ multo parum *libri*. nimio minus multo ac parum *Hermannus* 673. CH. *addidit Camerarius* malum igitur *R*. igitur *libri*. igitur tu *Bothius* qm̃ *B*. quō *C* 674. ſumereſ]m *e corr*. *B* 675. ſic hoc *CF*. ſich' *D*. Si hoc *BZ* sumebas duobus digitulis *post Bothium Hermannus* ſumaebaſ *D* prioribuſ *Z* 676. nescibas *Guyetus*. neſciebaſ *libri* 677. at quidem]atqui *Hermannus* cum *libri* immerſiſti *Z* ampliter] *huc spectare potest Charisius p. 60 et p. 176: cf. Parerg. I, p. 416* 678. quam nunc, med *Bentleius in Eun. II, 3, 65*. quam nunc me *libri*. me quam nunc *Hermannus* acculeſ *Z* 679. Occidi MNESILOCHO *tribuit Dousa*, CHRYSALO *libri* iam animuſ *Z*. animiſ iam *Nonius p. 476* ſtoc *No-*

MNESILOCHVS.

Quía patri omne cúm ramento réddidi.

CHRYSALVS.

Réddidisti?

MNESILOCHVS.

Réddidi.

CHRYSALVS.

Omnene?

MNESILOCHVS.

'Oppido.

CHRYSALVS.

Occisi sumus.

Qui ín mentem uenít tibi istuc fácinus facere tám malum?

MNESILOCHVS.

Bácchidem atque hunc súspicabar própter crimen, Chrýsale,
Mále mi consuluísse: ob eam rem omne aúrum iratus réddidi
Mĕo patri.

CHRYSALVS.

Quid, úbi reddebas aúrum, dixistí patri?

MNESILOCHVS.

Mé id aurum accepísse extemplo ab hóspite Archidémide.

---

nius presagitur *B* 680. omnē *F* 681. CH. *om.* *Da*, *add.* *Dc* re^d^didi *B* omnene] omne *F* oppido] opido *F*. omne oppido *Z* reddidi aurum omne oppido *affert Charisius p. 187* 682. tibi uénit *ut lenius commendavi Prol. Trin. p. CCXLV.* 683. MN. *om.* *Da*, *add.* *Dc: item* CH. *v. 685* suspicabat *Z* 684. Male mi *R* (*ut v. 565*): *cf. Prol. Trin. p. CCXCI. et CCCXLVII.* Male *B*. me male *reliqui.* Mi male *Lambinus.* Male me *Hermannus* 685. re^d^debas *B* 686. Me id aurum *libri.* Id aurum *Camerarius.* Aurum id *Guyetus.* Id me aurum *Kampmannus de AB praep. p. 14* os^pi^pite *B*. hoste *Da* archimenide *Z*

CHRYSALVS.

Hem,

'Istoc dicto dédidisti hodie in cruciatum Chrýsalum:

Nam úbi me aspiciet, ád carnuficem rápiet continuó senex.

MNESILOCHVS.

Égo patrem exoráui.

CHRYSALVS.

Nempe ergo hóc ut faceret, quód loquor.

MNESILOCHVS.

'Immo tibi ne nóceat, neu quid ób eam rem suscénseat.

'Atque aegre impetráui. nunc hoc tíbi curandumst, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Quíd uis curem?

MNESILOCHVS.

Vt ád senem etiam tu álteram faciás uiam.

Cómpara, fabricáre, finge quód lubet, conglútina,

'Vt senem hodie indóctum docte fállas aurumque aúferas.

CHRYSALVS.

Víx uidetur fíeri posse.

CRIS. Em *huic versui continuat* **B**, *proximi initio posuerunt* **R** *olim, Hermannus* 687. dedidisti hodie *Acidalius.* dediſti hodie *libri.* hodie dedisti tu *Hermannus* incrutiatum **CZ** 688. Nam niſi me aſpicet **Z** carnuficem **BC**. carnificem *reliqui* rapicet **D** 689. hoc ergo ut *Hermannus: potuerat saltem* ergo hoc uti 690. ſuccenſeat **FZ** 691. egre **BCF** aegre impetraui *attulit Charisius p. 176* curandu ſt **B**. curanduſ ē **CDa**. curandū ē **DbFZ** (*nisi quod* „chryſale" eſt **F** *h. e.* eſt chryſale) 692. etiam tu *Hermannus.* etiam *libri* facias alteram *Guyetus* 693. *post* fabricare *lacunam e rasura* **B** 694. ſene modie **C**. ſenem odie **Da** indoctum *Hermannus.* doctum *libri* falſaſ **DaZ** arumque **C**

MNESILOCHVS.

Pérge, ac facile ecféceris.

CHRYSALVS.

Quám malum facile, quém mendaci préndit manufestúm modo?
Quém si ego orem, ut níl mihi credat, íd non ausit crédere.

MNESILOCHVS.

'Immo si audiás, quae dicta díxit me aduorsúm tibi.

CHRYSALVS.

Quíd dixit?

MNESILOCHVS.

Si tú illum solem síbi solem esse díxeris,
Sé illum lunam crédere esse, et nóctem qui nunc ést dies.

CHRYSALVS.

Émungam hercle hominém probe hodie, ne íd nequiquam díxerit.

PISTOCLERVS.

Núnc quid nos uis fácere?

CHRYSALVS.

Enim nil nisi ut ametis ímpero.

---

695. ac *BC*. hac *DZ*. ha *F* ecfeceriſ *Palmerius, Meursius, Acidalius*. hęcfeceriſ *B*. haec feceriſ *reliqui* 696. Quam malum *B*. quamalum *vel* qua malum *reliqui*. Qui malum *Guyetus* mendatii *B*. mendacii *reliqui* prehendit *vel* phendit *libri* manifestom *Gulielmus*. manufeſto, *cum rasura post* u, *B*. manifeſto *C*. manifeſto *FZ*. manifeſto *in fine versus et* Feſto *proximi initio* *D* 697. ego *Hermannus*. *om. libri* nihil mihi *C*. mihi nihil *reliqui* 698. aduerſum *libri* 699. qui *C* dixeriſ *Z*. diceret *reliqui* 701. Emugam *B* (ũ *m. rec.*) nequicquam *DeFZ*

702. Pistoclero *tribuunt* *BCF*, Mnesilocho *Z et, si in silentio fides,* *D* *ante* enim *lacunam e rasura* *B* nihil *Camerarius*. nihil eſt *CDFZ*, *sed* nihil eſt *B* ameſ *Z*, ameris *Guyetus*,

Céterum quantúm lubet me póscitote aurum: égo dabo.
Quid mihi refert Chrysalo esse nómen, nisi factís probo?
Sét nunc quantillum úsust auri tíbi, Mnesiloche, díc mihi.

MNESILOCHVS.

Míliti nummís ducentis iam úsus est pro Bácchide.

CHRYSALVS.

Égo dabo.

MNESILOCHVS.

Tum súmptu nobis ópus est.

CHRYSALVS.

Ah, placidé uolo
'Vnumquidque agámus: hoc ubi égero, tum istúc agam.
Dé ducentis númmis primum inténdam ballistam ín senem.
Ĕa ballista sí peruortam túrrim et propugnácula,
Récta porta inuádam extemplo in óppidum anticum ét uetus:
Si íd capso, geritóte amicis uóstris aurum córbibus,
Sícut animus spérat.

---

imprudens fortasse 703. Caeterum **Z** quam lubet **D**. quālibet **Z**. cum lubet **F** 705. quantillum **B**. quantulum *reliqui* ufuf eſt *libri* auri] i *e corr.* **B** *et post eam vocem aliquid erasum: ut videatur* aurum *fuisse ut v. 663. 703* tibi] tui **F** 706. iam *sup. scr.* **Da** 707. MNES. *om.* **Z**. PIST. *Bothius* sumptu nobis opus est *Bothius*. nobiſ opuſ eſt ſumptu *libri, et cum ras. post* ſumptu **B** ah **BFZ**. a· **CD**. at *Guyetus* 708. unumquodque **F**. unum quod **Z** ubi ego egero *Hermannus* agrā **Da** 709. intendebam *vitium Gronovianae* balliſtam **C**. balliſtam **D**. baliſtam **BFZ** 710. Ea balliſta **B**. etaballiſta **C**. &aballiſtam **D**. et baliſta **FZ** 711. opidum **F** anticum **BCD**. antiquum **FZ** 712. Id si c. a. u. geritote *Bothius* uoſtriſ **BC**. noſtriſ **DFZ** corbibuſ **BC**. corlubuſ **Da**. corlubuſ (b) **Db**. cornibuſ **F**. cor **Z**: *vide ad v. sq.* 713. ſicut animuſ ſperat **D**, *Scioppio auctore Bothius*. ſicul animuſ ſperat **BCF**. ſperat buſ ſi cui animuſ **Z**. Si quoi superat animus *Acidalio*

PISTOCLERVS.

Aput test ánimus noster, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Núnc tu abi intro, Pístoclere, ad Bácchidem, atque ecfér cito

PISTOCLERVS.

Quíd?

CHRYSALVS.

Stilum, cerám, tabellas, línum.

PISTOCLERVS.

Iam faxo híc erunt.

MNESILOCHVS.

Quíd nunc es factúrus? id mihi díc.

CHRYSALVS.

Coctum esto prándium:

Vós duo eritis, átque amica túa erit tecum tértia.

MNESILOCHVS.

Sícut dicis.

CHRYSALVS.

Pístoclero núlla amicast?

MNESILOCHVS.

'Immo adest:

---

duce Hermannus. Sed quei a sp. *vitium Gronovianae* teſt **B**. te eſt *reliqui* amicuſ *C* 714. ęcſercito *C*. ec fer cito **BaDa**. ęc fer cito (*h. e.* haec f. c.) **Bc**. affer cito **Dc**. effer cito *FZ* 715. ceram tabellas linum *Bothius.* ceram et tabellaſ linum **BCD**. ceram et tabellaſ et linum *FZ* Pi.] Mn. *C* fexo **B** 716. Mn. *om.* **D** dic. Chr. coctum esto *Hermannus.* dice. Chr. coctum ſt **B**. dice. Chr. coctum *reliqui.* dice, coctum est *Gronoviana, proximum versum* Chrysalo *tribuens* 718. *miram personarum distributionem Scioppius Susp. lect. V, 24 comminiscitur* piſtoclero **BcFZ**. piſtoclere **BaCD** eſt *libri* 718. adest] eſt **B**

'Alteram ille amát sororem, ego álteram, ambas Bácchides.

CHRYSALVS.

Quíd tu loquere?

MNESILOCHVS.

Hoc, út futuri súmus.

CHRYSALVS.

Vbist biclínium

Vóbis stratum?

MNESILOCHVS.

Quíd id exquaeris?

CHRYSALVS.

Rés itast: dicí uolo.

Néscis, quid ego actúrus sim, neque fácinus quantum exórdiar.

MNESILOCHVS.

Cédo manum ac subséquere propius me ád foris. intro inspice.

CHRYSALVS.

Euax,

Nímis hic bellus, átque ut esse máxume optabám, locust.

PISTOCLERVS.

Quae ímperauisti: ímperatum béne bonis factum ílicost.

---

719. amabuſ ***Z*** 720. loquere? Mn. hoc ut ***B***. loqueriſ. Mn. hoc ut *libri*. loqueris? Mn. ut *Hermannus*. loquere hoc ut *Bothius* facturi *idem* Quin tu loquere hoc, ubi futuri estis? *Guyetus* ubi ſt ***B***. ubi eſt *reliqui* 721. quid] cur ***Z*** exquaeris *Scutarius*. exqueriſ ***BaCDF***. exquiriſ ***Be***. exequeriſ ***Z*** ita ſt ***B***. ita eſt ***CDF***. ſi ita eſt ***Z*** 723. foris *Pareus*. foreſ *libri* aſpice ***F*** 724. Euhax, *proximo versui iunctum*, ***B*** 725. hic *Hermannus*. om. *libri* maximo ***BZ*** locust ***B***: *nisi* bellust *malueris*. locuſ *libri* 726. Quae . . . . imperatum *contra Salmasium Acidaliumque defendit Gronovius Observ. III, 2* imperauiſti *libri omnes* ilico ſt ***B***. ilico eſt ***CDF***. illico

CHRYSALVS.

Quíd parasti?

PISTOCLERVS.

Quaé parari túte iussisti ómnia.

CHRYSALVS.

Cápe stilum propere ét tabellas tu hás tibi.

MNESILOCHVS.

Quid póstea?

CHRYSALVS.

Quód iubebo, scríbito istic. nám propterea té uolo
Scríbere, ut patér cognoscat lítteras, quandó legat.
Scríbe.

MNESILOCHVS.

Quid scribám?

CHRYSALVS.

Salutem tŭo patri uerbís tuis.

PISTOCLERVS.

Quíd si potius mórbum et mortem scríbat? id erit réctius.

CHRYSALVS.

Ne ínterturba.

MNESILOCHVS.

Iam ímperatum in céra inest.

---

est **Z** 727. parasti *libri, nisi quod* par·sti (ni sup.) **Ba**, parasti **B** *e corr. rec.* quo **CF** parari **C**. parau̇i (ri sup.) **B** *ead. m.* parare **DFZ** tute *Bothius.* tu *libri. Nisi males* parare tu me 728. tu has tibi **Z**. tuas tibi *reliqui.* tu tibi has *Hermannus.* tene 'in *prisca lectione' esse Pius dicit* 729. iubeo **CZ** te uolo *Camerarius, cuius manu* te *sup. scr. in* **B**. uolo *libri* 730. litteras **Z**. lr̃as **F**. literas *reliqui* 732. et **B**. *om. reliqui* id] it **D**
733. Ne interturba, *quae* Mnesilochi *sunt in libris,* Chrysalo *tribui* in cęra **B**. incerta **C**. in cena **F** inest] est **Z**

CHRYSALVS.

Dic quemádmodum?

MNESILOCHVS.

'Mnésilochus salútem dicit suŏ patri.'

CHRYSALVS.

Ascribe hóc cito:

'Chrysalus mihi úsque quaque lóquitur nec recté, pater,
Quía tibi aurum réddidi, et quia nón te defraudáuerim.'

PISTOCLERVS.

Máne, dum scribit.

CHRYSALVS.

Célerem oportet ésse amatorís manum.

PISTOCLERVS.

Haéc quidem herclest ád perdundum mágis quam ad scribundúm cita.

MNESILOCHVS.

Lóquere: hoc scriptumst.

CHRYSALVS.

'Núnc, pater mi, prŏin tu ab eo ut caueás tibi,
Súcophantiás compouit, aúrum ut abs ted aúferat:

---

734. aſcribe *B*. aſſcribe *CD*. adſcribe *FZ* hoc cito] cito hoc cito *B* 735. uſquequam *Z* nec recte *libri et hunc versum afferens Charisius p. 197.* nerecte *Meursius* 736. tibi aurum] aurum tibi aurum *B* defraudauerim *Camerarius: cf. Parerg. I, p. 541.* fraudauerim *libri.* defrudauerim *'nonnulli libri veteres' Lambini* 737. celerem] ederem *Da* 738. Haec quidem *Hermannus.* Atque idem *libri* est ad *Camerarius duce Pylade.* em *B*. hem *CDF*. eſt *Z* perdunde *C* ad ſcribundam *F*. aſſcribundum *CD*. adſcribendum *B et divise Z* cita *Hermannus.* cito *B*. ſcito *CDF*. cituſ *Z* 739. ſcriptum ſt *B*. ſcriptum eſt *DFZ*. ſcribtum eſt *C* proi••••abeo *cum ras. Ba*, proin• tu abeo *Bb* 740. Sichophantiaſ *B*. ſicophantiaſ *CD*. ſyco-

Ét profecto se áblaturum díxit.' plane adscríbito.

MNESILOCHVS.

Díc modo.

CHRYSALVS.

'Atque id póllicetur sé daturum aurúm mihi,

Quód dem scortis, quódque in lustris cómedim et congraecém, pater.

Sét, pater, uide né tibi hodie uérba det: quaesó caue.'

MNESILOCHVS.

Lóquere porro.

CHRYSALVS.

Adscríbedum etiam.

MNESILOCHVS.

Lóquere, quid scribám, modo.

CHRYSALVS.

'Sét pater, quod prómisisti míhi, te quaeso ut mémineris,

Né illum uerberés, uerum aput te uínctum adseruató domi.'

Cédo tu ceram ac línum actutum. age óbliga, obsigná cito.

---

phantaſ *Z*. ſycophantiaſ *F* ted *Camerarius*. te *libri*. te hoc *Hermannus* 741. adſcribito *BFZ*. aſſcribito *CD* 742. pollicetur *F* *ante* aurum *aliquid erasum in B* 743: quotque *D* illuſtriſ *Da* (in l. *Dc*) comedim *Ba*, *Nonius p.* 83. comedim (a supra) *Bb*. comedam *Dc cum reliquis*. comegam *Da* et congraecem *Camerarius:* et congrecem *Aldus*. et congregem *libri*. congreger *Nonius* 744. uide *B*. *om. reliqui* queſo *BCF*
745. adscribedum etiam. MN. loquere *Bothius olim*. adſcribedum. MN. etiam loquere *libri*, *nisi quod* aſſcribedum *CD*. adscribedum. MN. etiam. loquere *Bothius nuper* quid *BC*. dum id *DFZ*, *defensum ab Acidalio* 746. te *BCD*. id *FZ* 747. ullum *Da* adſeruato *B*. aſſeruato *reliqui* 748. hac *B* *ante*

MNESILOCHVS.

'Obsecro, quid ístis ad ìstunc úsust conscriptís modum,
'Vt tibi ne quid crédat atque ut uíuctum te adseruét domi?

CHRYSALVS.

Quía lubet ita. pótin ut cures te átque ut ne parcás mihi?
Mĕa fiducia ópus conduxi, et mĕo periclo rém gero.

MNESILOCHVS.

Aéquom dicis.

CHRYSALVS.

Cédo tabellas.

MNESILOCHVS.

'Accipe.

CHRYSALVS.

Animum aduórtite.
Mnésiloche et tu Pístoclere, iám facite in biclínio
Cúm amica sua utérque accubitum eátis: ita negótiumst:
'Atque ibidem hic, ubi núnc sunt lecti stráti, potetís cito.

PISTOCLERVS.

Númquid aliut?

---

age *rasuram* ***D*** 749. istunc] iſtuc ***Z*** uſuſ ſt ***B***. uſuſ eſt ***CDF***. uſuſ eſ ***Z*** conſcriptuſ ***CF*** 750. CHRIS. *praemittit* ***Da*** adſeruet *omnes* Quia lubet ita. potin' ut ***R***. Quia ita mihi lubet. potin ut ***BC***. Quia mihi ita lubet. potin ut ***DFZ***. Quia lubet. potin' ut tu *Hermannus* ut *om.* ***Z***, *Hermannus* 752. fidutia ***C*** conduxit ***Z*** periclo *Bothius*. periculo *libri* 753. MNES. ***DFZ***. PIST. ***BC*** Equum ***BCD***. Aequum ***Z***. Et quum ***F*** animaduortite ***Z*** 754. et] ut ***Da*** 755. acubitum ***BCD*** eṭatiſ ***D*** negotium ſt ***B***. negotium eſt ***CD***. negocium eſt ***FZ*** 756. hic ubi nunc ***R***. ubi nunc ***BC***. ubi ***DF***. ibi ***Z***. ut, ubi nunc *Hermannus* tecti ***C*** cito] ſcire ***Ca*** 757. Nunquid ***F*** hoc atque etiam hoc ***R***. hoc atque etiam

CHRYSALVS.

Hóc atque etiam hoc: úbi erit accubitúm semel,
Né quoquam exsurgátis, donec á me erit signúm datum.

PISTOCLERVS.

O ímperatorém probum.

CHRYSALVS.

Iam bís bibisse opórtuit.

MNESILOCHVS.

Eúge eamus.

CHRYSALVS.

Vós curate uóstrum, ego efficiám meum.
Insánum magnum mólior negótium,
Metuóque ut hodie póssiem emolírier.
Set núnc truculento mi átque saeuo usús senest.
Nam nón conducit huíce sucophántiae
Senem tranquillum esse, úbi me contra aspéxerit.

---

libri. haec: atque etiam ut *Hermannus* acubitum *BC* 758. exſurgatiſ *B*. exurgatiſ *reliqui* 759. Pi. *om. C* O *om. Ba (addidit Bc)* Chrys. *Acidalius.* Pistoclero *continuant libri* 760. Mnes. *BFZ. om. C.* Pist. *D* Euge eamus *'Camprarius in notis postumis' teste Grutero h. e. ut apparet Camerarius.* Fugiamuſ *libri* uos curate uostrum *B, Hermannus.* uoſ uoſtrum curate officium *libri, nisi quod* ueſtrum *FZ* ego faciam *F*

Act. IV. Scen. 5. CHRISALVS SERVVS *B. om. CD.* Chryſaluſ *FZ. Sine intervallo recte continuavit Bothius* 761. inſanū agnū *C.* Insane magnum *Bothius. Festus Paulli p. 113 M.:* 'Insanum pro ualde magnum usus est Plautus': *ubi* Insanum magnum *corr. Lipsius Epist. quaest. III, 20* negocium *FZ* 762. ut *om. F* poſſiem *B*. poſſim *reliqui.* possim id *Hermannus* emolier *B*. emolier *Z*. emollirier *F* (ri *superscr.*) 763. ſeuo *BCDF* ſene ſt *B*. ſene eſt *reliqui* 764. non *om. C* huice *B Proleg. Trin. p.* CLXXIII. huic *libri.* nunc huic *Camerarius.* huic nunc *Hermannus* ſicofantiae *B*. ſicophantie *CD*. ſycophantię *FZ* 765. esse, ubi me contra *B*. eſſe, ubi me *libri.* mi esse, ubi ubi me

Vorsábo ego illunc hódie, si niuó, probe.
Tam fríctum ego illum réddam, quam frictúmst cicer.
Adámbulabo ad óstium, ut, quando éxeat,
Extémplo aduenienti ĕi tabellas dem ín manum.

NICOBVLVS. CHRYSALVS. LORARIVS.

NICOBVLVS.

Nimio íllaec res est mágnae diuidiaé mihi,
Suptérfugisse síc mihi hodie Chrýsalum.

CHRYSALVS.

Saluós sum: iratus ést senex. nunc ést mihi
Adeúndi ad hominem témpus.

NICOBVLVS.

Quis loquitúr prope?
Atque híc quidem, opinor, Chrýsalust.

Hermannus 766. uerſabo *libri* illunc hodie *Camerarius.* illum hodie **BDFZ.** hidie (o) illum **C.** hercle hodie illum *Hermannus* 767. frictum eſt *libri* 768. hoſtium *libri* 769. ei *om.* **FZ** manu **Z** *Act. IV. Scen. 6.* NICOBOLVS SENEX. CHRISALVS SERVVS **B.** *om.* **CD.** Nicoboluſ. Chryſaluſ **FZ.** LORARIVS *addidi ex inscriptione proximae quae in libris est scenae: vide ad v.* 799 770. NICOBOLVS imio **C.** NICOB. Nimio **D** illa ec **B.** illece **Ca.** illec **CbDZ.** illic **F** magnae *'ex codd. ant.' Pylades.* mane *libri* diuidie **BCDF** 771. Supterfugiſſe **B.** Subder fugiſſe **Da.** Subterfugiſſe **Db** *cum reliquis* chriſalum **B.** criſalum **C** 772. Saluọſ (u) **B.** ſaluuſ *reliqui* 773. adeundē **Ca** NIC. quiſ] hic quiſ **Z** 774. Chryſaluſt *Camera-*

CHRYSALVS.

Accéssero.

NICOBVLVS.

Bone sérue, salue. quíd fit? quam mox náuigo
In Éphesum, ut aurum répetam ab Theotimó domum?
Tacés? per omnis dĕos adiuro, ní meum
Gnatúm tam amem atque ei fácta cupiam quae ís uelit,
* * * * * * * *
Vt túa iam uirgis látera lacerentúr probe,
Ferrátusque in pistríuo aetatem cónteras.
Omnía resciui scélera ex Mnesilochó tua.

CHRYSALVS.

Men críminatust? óptumest: ego súm malus,
Ego súm sacer, sceléstus. specta rém modo.
Ego uérbum nullum fáciam.

NICOBVLVS.

Etiam, cárnufex,
Minitáre?

---

rius. chriſaluſ ***BCD***. chryſaluſ ***FZ*** 776. theothimo ***B***. teothimo ***F***. te ohimo ***C***. te othimo ***Da***. te othimũ ***Db*** 777. omniſ ***B***. om̃ſ ***C***. omneſ ***DFZ*** ni *Bentleius in Andr. IV, 2, 11.* ut ni *libri* 779. *ad redintegrandam constructionem tali fere versiculo opus est, qualem excidisse puto:*

Profecto non nunc me operae parsurum meae,

781. ferrat uſq' ***D***. ferrea: ut uſquam ***F*** priſtino ***Da*** 782. reſ ciuiſ ethera ***Da***. reſciul ſcethera ***Db*** 783. criminatuſ ſt ***B***. criminatuſ eſt *reliqui* optumeſt ***B***. optume eſt ***F***. optime eſt *reliqui* 784. ſpecta rem modo ***BC***. ſpectarem ***Da***. ſpectarem ***Db***. ſpectare modo ***FZ*** 785. ego *om.* ***F*** uerbum nullum ***R*** *duce Hermanno*. uerbum *libri*. uerum uerbum *Bothius*. nec uerbum *Lambinus*, uerbum non *Dousa* fatiam ***B*** *Ceterum* specta rem modo: Ego uerbum faciam *ut glossemata delevit Hermannus: quorum prima offensioni non fuerunt Bentleio in Heaut.*

CHRYSALVS.

Nosces tu íllum actutum quális sit.

Nunc hásce tabulas férre me iussít tibi.

Orábat, quod istic ésset scriptum, ut fíeret.

NICOBVLVS.

Cedo.

CHRYSALVS.

Nósco signum.

NICOBVLVS.

Nóui. ubi ipsest?

CHRYSALVS.

Néscio.

Nil iám me oportet scíre: oblitus sum ómnia.

Scio me ésse seruom: néscio etiam id quód scio.

Nunc áb transenna hic túrdus lumbricúm petit:

Pendébit hodie púlcre, ita intendí tenus.

NICOBVLVS.

Manedúm parumper: iam éxeo ad te, Chrýsale.

CHRYSALVS.

Vt uérba mihi dat: út nescio quam rém gerat.

V, 4, 81 carnifex **FZ** 786. tu illum actutum qualiſ ſit. nunc haſce *in loco raso habet* **D** qualis sit] qui siet *Hermannus: fortasse vere.* qualiſ ſit et ubi ſit *Pylades, idemque e cod. Schobingeri pr. affertur* 787. tabulas **B**, *Hermannus.* tabellaſ *libri* 788. quod **DFZ.** quid **C**. ut quod **B** esset] eſt **FZ** ut **BC.** *om.* **DFZ** 789. ipſe eſt *libri* 791. ſeruum *libri* 792. tranſenna *Nonius p. 6.* tra ſenna **B.** traſenna *reliqui* lubricum *Nonius* 793. pulcre **B.** pulchre *reliqui* intendi tenuſ **Z**, *Nonius, Servius in Aen. VI, 62.* intendit eruſ **BaDb.** intenditeruſ **C**. intendit eriuſ **Da.** intendit enuſ **Bb.** intendi tẽniſ **F** 794. exeo ad te *Guyetus.* ad te exeo *libri*

Seruós arcessit íntus, quí me uínciant.
Bene nāuis agitatur, púlcre haec confertúr ratis.
Set cónticiscam: nam aúdio aperirí foris.

NICOBVLVS.

Constrínge tu illic, 'Artamo, actutúm manus.

CHRYSALVS.

Quid féci?

NICOBVLVS.

Inpinge púgnum, si muttíuerit.
Quid haé locuntur lítterae?

CHRYSALVS.

Quid mé rogas?
Vt áb illo accepi, ad te óbsignatas áttuli.

NICOBVLVS.

Eho tú, scelus, loquitátusne es gnató meo
Male pér sermonem, quía mi id aurum réddidit,
Et té dixisti id aúrum ablaturúm tamen
Per súcophantiam?

---

797. agitur *Hermannus* hec *BbCDF*. hic *Ba* ratus *C* 798. coticiscam *Ba* nam audio aperiri fores *pallidiore colore scripta sunt in B, et* audio aperiri *fortasse e corr.* fortes *C*. fores *reliqui*

Act. IV. Scen. 7. NICOBOLVS SENEX. CHRISALVS SERVVS LORARIVS *B. om. CD.* Nicobolus. Chrysalus *FZ*. *Superiori scenae haec continuanda fuit: vid. Mus. philol. n. IV, p. 609 sq.*

799. tu illic (h. e. illice) *R*. tu illi *libri*. tu illi iam *Hermannus*. tute illi *Camerarius* arthamo *Z* 800. fecisti *C* inpinge, *non* imp., *BC* mutiuerit *F*. mutiuerif *Z* 801. he *CDF* locuntur *BCD*. loquuntur *FZ* litterę *BZ*. littere *F*. litere *CD* 802. adtuli *Z* 803. eho] eo *Z* scelus *addidi praeter libros* gnato meo || Male per sermonem quia *libri*. gnato meo male || Per sermonem, quia *Pylades*. meo gnato male || Per sermonem ideo, quia *Hermannus* 806. sicophantiam *BaCD*.

CHRYSALVS.

Égone dixi istúc?

NICOBVLVS.

Ita.

CHRYSALVS.

Quis homóst, qui dicat mé dixisse istúc?

NICOBVLVS.

Tace.

Nullús homo dicit: haé tabellae te árguont,
Quas tu áttulisti. en, haé te uinciri iubent.

CHRYSALVS.

Ah, Béllerophontem túus me fecit filius:
Egomét tabellas tétuli, ut uincirér. sine.

NICOBVLVS.

Proptérea hoc facio, ut suádeas gnató meo,
Vt pérgraecetur técum, teruenéfice.

CHRYSALVS.

O stúlte, stulte, néscis nunc uenire te:
Atque ín eopse adstas lápide, ut praeco praédicat.

ſicophantiaſ ***Be***. ſycophantiam ***FZ*** dixi istuc *Hermannus*. ıſtuc dixi *libri* 807. homo ſt ***B***. homo eſt *reliqui* 808. tabelę ***D*** arguunt *libri* 809. adtuliſti ***BC*** en hae te *Bothius*. em hae te ***B***. hem hae te ***C***. hem ***Da***, hem (te) ***Db***. hę te ***FZ*** uincirubent ***Da***, uin(ii)cirubent ***Db*** iubent. || CH. Ah Bell. *Hermannus*. iubent. CH. aha || Bell. *libri*. iubent. || CH. Aha Bell. *Bothius* Bellerophontem *Bothius*. Bellorophontem iam ***CDZ***. Bellorofontem iam ***F***. Bello rophantem iam ***B***. Aha *extra versum posito fuit cum placeret* Iam Bellerophontem t. m. f. f. 811. tetuli ***Ba***, *'aliquot libri veteres' Lambini*. detuli ***Bb*** *cum reliquis* ut *om*. ***Ba***, *add*. ***Be*** uincirer? *in interrogatione vulgo* 813. pergregetur ***BCDF*** 814. uenire (i.uendi) ***BF***. uenire ***C***. uenire (uendi) ***D***. uendi ***Z*** 815. eopse ***R***. eo ipſo *libri* adſtaſ *omnes* ut praeco ***CD***, *Scioppius Susp.*

NICOBVLVS.

Respónde: quis me uéndit?

CHRYSALVS.

Quem di díligunt,
Aduléscens moritur, dúm ualet, sentít, sapit.
Hunc si úllus deus amáret, plus anńis decem,
Plus iám uiginti mórtuom esse opórtuit.
Terrae ódium iam pridem ámbulat: tam níl sapit
Nec séntit. tantist, quántist fungus pútidus.

NICOBVLVS.

Tun térrae me odium esse aútumas? abdúcite hunc
Intro átque adstringite ád columnam fórtiter.
Numquam aúferes hinc aúrum.

CHRYSALVS.

Atqui iám dabis.

NICOBVLVS.

Dabo?

CHRYSALVS.

Atque orabis mé quidem ultro ut aúferam,
Quom illúm resciscces críminatorém meum

---

lect. V, 15. ut preco ***B***. ubi preco ***FZ***. praeco ubi *Beckerus Quaest. p. 9 sq.* predicat ***BCDF*** 816. di diligunt *Pylades.* diligunt di *libri, nisi quod* dii ***F*** 817. adolefcenf ***F*** 818. Nunc ***FZ*** 819. mortuum *libri* opportuit ***Z*** 820. Terrae odium iam pridem ambulat ***R***. Terre odium ambulat *libri, nisi quod* Terrę ***Z***, hodium ***D***. Nam nunc terrae odium inambulat *Hermannus,* inambulat *debens Pyladi* tam *Scioppius Susp. lect. V, 24.* iam *libri* 821. tanti ſt quanti ſt ***B***. tanti eſt quanti eſt *reliqui* 822. Tum ***Z*** terre ***CDF*** 823. aſtringite ***FZ*** columpnam ***D*** 824. Nūqu'qụā ***B*** iam *libri.* ultro iam *Pylade auctore Hermannus* 826. Quom ***F***. Qum ***B***. Cum *reliqui* recciſcef

Quanto ín periclo et quánta in perniciḗ siet.
Tum líbertatem Chrýsalo largíbere:
Ego ádeo numquam accípiam.

NICOBVLVS.

Dic, scelerúm caput,
Dic, quo ín periclost méus Mnesilochus fílius?

CHRYSALVS.

Sequere hác me: faxo iám scies.

NICOBVLVS.

Quo géntium?

CHRYSALVS.

Tres únos passus.

NICOBVLVS.

Vél decem.

CHRYSALVS.

Agedum tu 'Artamo
Forem hánc pausillulum áperi: placide, né crepa:
Sat ést. accede huc núnc tu. uiden conuíuium?

NICOBVLVS.

Video éxaduorsum Pístoclerum et Bácchidem.

CHRYSALVS.

Qui súnt in lecto illo áltero?

Ba. refciffef ***Z*** 827. periclo *Guyetus*. periculo *libri* per- nitie ***BDb***. permittie ***CDa*** fciet ***Z*** 828. lagibere ***Ba***. largibem rem ***D*** *ante ras*. 830. periclo eft ***CD***. periculo eft ***BFZ*** 831. feque ***Da*** faxo iam fcief *hic collocant* ***BC***, *post* Sat eft *v. 834* ***DFMZ*** 832. tre unof ***Z*** paffof ***Ba*** arthamo ***Z*** 833. fortem ***C*** pausillulum ***R***: pauxillulum *Pylades*. paufillum ***Ba***. pauxillum ***Bc*** *cum reliquis* crepet *Angelius: fortasse vere* 834. ftat ***D*** huc nunc ***R***. huc *libri*

NICOBVLVS.

Interií miser.

CHRYSALVS.

Nouístine hominem?

NICOBVLVS.

Nóui.

CHRYSALVS.

Dic sodés mihi,

Bellán uidetur spécie mulier?

NICOBVLVS.

'Admodum.

CHRYSALVS.

Quid, illám meretricemne ésse censes?

NICOBVLVS.

Quíppeni?

CHRYSALVS.

Frustrá's.

NICOBVLVS.

Quis igitur óbsecrost?

CHRYSALVS.

Inuéneris:

Ex mé quidem hodie númquam fies cértior.

---

839. metricemne *B* quippeni *BCD*. quippe *FZ*. quippini *Camerarius: rectius puto* 840. fruſtraſ *Z*. Fruſtreſ *BCD*. fruſtra eſ *F* obſecro ſt *B*. obſecro eſt *reliqui* 841. cercior *B*

CLEOMACHVS. NICOBVLVS. CHRYSALVS.

CLEOMACHVS.

Meamne híc Mnesilochus Nícobuli fílius
Per uim út retineat múlierem? quae haec fáctiost?

NICOBVLVS.

Quis illést?

CHRYSALVS.

Per tempus híc uenit milés mihi.

CLEOMACHVS.

Non me árbitratur mílitem, set múlierem,
Qui mé meosque nón queam deféndere.
Nam néque Bellona mi úmquam neque Mars créduat,
Ni illum éxanimalem fáxo, si conuénero,
Niue éxheredem fécero uitaé suae.

NICOBVLVS.

Chrysále, quis illest quí minatur fílio?

CHRYSALVS.

Vir hic ést illius múlieris, quacum áccubat.

NICOBVLVS.

Quid, uír?

Act. IV. Scen. 8. CLEOM. MILES. NICOBOLVS SENEX. CHRYSAL̃. S. **B**. NICOBOL̶ CLEOMAC̆ CRIS̃ (i) **D**. *om.* **C**. Cleomachuſ. Nicoboluſ. Chryſaluſ **FZ** 842. hoc **C** nicoboli *libri ut solent* 843. ut *om. Hermannus* factio ſt **B**. factio eſt *reliqui* 844. ille ſt **B**. ille eſt *reliqui* mileſ mihi **BaC**. michleſ **D**. mileſ **FZ**. mileſ mihi cleomachuſ **Be** 845. Non me] Nonne **F** 849. exeredem **Ba** 850. ille eſt *libri*. est hic *Hermannus* minatur *libri: (nihil certe discrepantiae e* **B** *notavi.)* minitatur *Camerarius* 851. quae cum **B**

CHRYSALVS.

Vir, inquam.

NICOBVLVS.

Núptanest illa, óbsecro?

CHRYSALVS.

Scies haút multo post.

NICOBVLVS.

'Oppido interií miser.

CHRYSALVS.

Quid núnc? scelestus tíbi uidetur Chrýsalus?
Age núnc uincito me, aúscultato fílio.
Dixín tibi inuentúrum te, qualís siet?

NICOBVLVS.

Quid núnc ego faciam?

CHRYSALVS.

Iúbe sis me exsoluí cito:
Nam ní ego exsoluor, iám manufesto hominem ópprimet.

CLEOMACHVS.

Nihil ést, lucri quod me hódie facere máuelim,
Quam illúm cubantem cum ílla opprimere, ambo út necem.

---

852. nuptane est illa *Pylades*. nupta eſt illa *libri*. nupta est illan' *Camerarius*. *Licentius et praeter necessitatem Hermannus:* nupta illa obsecro est? CH. scies || Haud multo post. NI. ego oppido —. *Cf. Prol. Trin. p.* CCXXII, *ubi quod suspicatus sum enclisim accentus pati* multóplus, *exemplis et certis nec paucis confirmari intellexi*

haut **B**. aud **C**. haud *reliqui* 854. Quid? nunc *vulgabatur ante Acidalium in Aulul. c. 1* 856. tibi *Hermannus*. tibi ego illum *libri*. *Nisi sic versum conformare males:* Dixín tibi égo illum te inuenturum quí siet *coll. v. 786* uenturum **D** 857. exolui **FZ**: *item v. 858. 861. 862* 858. ni **BCD**. niſi **FZ** manufeſto] ſt *e corr.* **B**. manifeſto **FZ** 859. est lucri, quod *vulgo* 860. obprimere **D**

CHRYSALVS.

Audín quae loquitur? quín tu me exsoluí iubes?

NICOBVLVS.

Exsóluite istum. périi, pertimuí miser.

CLEOMACHVS.

Tum illám, quae corpus públicat uolgó suum,
Faxó se hau dicat náctam, quem deríde at.

CHRYSALVS.

Pacísci cum illo paúlula pecúnia
Potés.

NICOBVLVS.

Pacisce ergo óbsecro quod tíbi lubet,
Dum né manufesto hominem ópprimat neue énicet.

CLEOMACHVS.

Nunc nísi ducenti Phílippi redduntúr mihi,
Iam illórum ego animam ambórum exsorbebo óppido.

NICOBVLVS.

Cum illóc pacisce, sí potes. perge óbsecro:
Pacísce quiduis.

---

861. [h]audin *BC* 863. uolgo *B*. uulgo *reliqui* 864. hau *B*, *ut soleo ante* d *et* t *litteras*. haud *libri*. *Cf. v. 506* dicat *libri*, *Fleckeisenus Philologi II*, *p. 104*. dicet *Hermannus* 865. illa *ante corr. C* paulula *BCD*. paula *FZ* peccunia *D*
866. pacisce *Bothius*. paciſcere *libri* quod *Lambinus*. quid *libri*. quo *vel* qui *Acidalius* tibi lubet *BFZ*. lubet tibi *CD*
867. maniſeſto *libri* obprimat *D* niue *Scaliger* enicet *BaC*. enecet *Bb*. eniceat *DFZ* 868. amborum animám *Hermannus* ex[ſ]orbebo *Bc*. exorbebo *BaC*. exorbabo *DFZ*. opido *F* 870. Hem ... potes CHRYSALO *tribuunt BCD*, *proxima demum* NICOBVLO Cum illoc *B*. Em illoc *B*. Hem illoc *reliqui* pacisce *Bothius*. paciſſcere *B*. paciſcere *reliqui* pergere *Z* 871. Paciſce *Ba*. Paciſcere *Bc cum reliquis* quiuis

CHRYSALVS.

'Ibo et faciam sédulo.

Quid clámas?

CLEOMACHVS.

Vbi eros túus est?

CHRYSALVS.

Nusquam: néscio.

Vis tíbi ducentos númmos iam promíttier,
Vt né clamorem hic fácias neu conuícium?

CLEOMACHVS.

Nihil ést quod malim.

CHRYSALVS.

Atque út tibi mala multa íngeram?

CLEOMACHVS.

Tuo árbitratu.

CHRYSALVS.

Vt súbblanditur cárnufex.

Pater híc Mnesilochist: séquere, is promittét tibi.
Tu aurúm rogato. céterum uerbúm sat est.

NICOBVLVS.

Quid fit?

Acidalius CHRYS. *om.* ***C*** fatiam ***B*** 872. eros ***B***: *v. Prol. Trin. p.* XCII. erus ***CD***. herus ***FZ*** CH. *om.* ***Da*** nusquam. nescio (secum) ***CD*** *ead. m.* 873. *ante* nummos *aliquid erasum in* ***B*** iam *om.* ***Ba***, *add.* ***Bc*** 874. clamorem]a *e corr.* ***B*** nec ***FZ*** conuitium ***CFZ*** 875. quid ***D*** CH. *om.* ***Da*** (in)geram ***Da*** *ead. m.* 876. Vt . . . carnufex, *quae* NICOBVLO *tribuunt libri,* CHRYSALO *dedit Acidalius* subbanditur ***Ba***. sublanditur ***FZ*** carnifex ***FZ*** 877. Pater (hic) ***B*** *ead. m.* mnesilochẹ (i) est ***C***, mnesilochi est *reliqui* 878. tuarum *pro* tu

CHRYSALVS.

Ducentis Philippis pepigi.

NICOBVLVS.

Váh, salus,
Me séruauisti. hém, quam mox dicó dabo?

CHRYSALVS.

Roga húnc tu, tu promítte huic.

NICOBVLVS.

Promittó: roga.

CLEOMACHVS.

Ducéntos nummos aúreos Philippós probos
Dabín?

CHRYSALVS.

Dabuntur ínque: respondé.

NICOBVLVS.

Dabo.

CHRYSALVS.

Quid núnc, inpure, númquid debetúr tibi?
Quid illí molestu's? quíd illum morte térritas?
Et égo te et ille mactámus infortúnio.
Tibi síst machaera, at nóbis ueruinást domi:

---

aurum *DaZ* cęterum *C* 579. Philippis pepigi. Nɪ. uah, salus, || Me seruauisti. hem, quam *R*. philippiſ rem pepigi. Nɪ. uah ſaluſ || Mea ſeruaſti me. quam *libri*. Philippis rem pepigi. Nɪ. uaha, || Salus, seruasti me. quam *Hermannus*. rem *delebat Acidalius*

883. inquam *FMZ*. inque (i.dio) *C: vide Parerg. I, p. 419* 884. inpure, *non* imp., *B* debetur] debetur pure, *sed per hanc vocem lineola ducta, D* 885. molestus *vulgo* quid *Camerarius*. quia *libri* 886. Ego et ille te mactamus *Hermannus* mattamuſ *F*. mactat *Guyetus* 887—889. *Horum versuum apud Festum p. 161 M. hae laciniae supersunt:*

chedem ad nob . . . . . .
te reddam u . . . .
rem foricina . . . .

Qua quidem te faciam, sí tu me inritáueris,
Confóssiorem sóricina nénia.
Iandúdum hercle equidem séntio, suspício
Quae té sollicitet: éum esse cum illa múliere.

CLEOMACHVS.

Immo ést quoque.

CHRYSALVS.

Ita me Iúppiter, Iunó, Ceres,
Minérua, Spes, Latóna, Opis, Virtús, Venus,
Castór, Polluces, Márs, Mercurius, Hércules,
Submánus, Sol, Satúrnus, dique omnés ament,
Vt ílle cum illa néque cubat neque ámbulat
Neque aúsculatur néque illut quod dicí solet.

NICOBVLVS.

Vt iúrat. seruat me ílle suis periúriis.

CLEOMACHVS.

Vbi núnc Mnesilochus érgost?

---

eorundem autem apud Fulgentium Exp. p. 568 M. XIX *L. haec species est:* ſi tibi machaera eſt foriſ, at mihi ueruina eſt domi, qua te ego (quem ego *al.*) et illoſ conficiam ut ſoricina nenia   Tibi si est machaera, at nobis *Guyetus*, at *debens Acidalio.* Si tibi eſt machera et nobiſ *libri.* Si tibi machaera est, nobis *Bothius olim.* Si tibi machaera, at nobis *Hermannus*   ueruina est *Pylades.* uerbina ſt ***Ba***. uerbena ſt ***Bb***. urbina eſt *reliqui*   888. Quã ***Z***   fatiam ***B***. faciam *etiam Donatus in Eun. V, 6, 23, hinc afferens* confeſſorem te faciam ſoricina naenia   si] u b i *apud Festum Vrsinus*   irritaueriſ ***FZ***   889. confoſſiorem ***BC***. confeſſiorem ***DFZ***, *cod. Schobingeri*   ſoricinịa ***D***   nenia ***BCD***. uenia ***F***. renia ***Z***   890. Iandudum, *non* Iamd., ***B***   ſuſpitio ***BC***   891. ſolicitet ***FZ***   eum] cum ***Z***   esse eum *Hermannus*   892. eſt *om.* ***B***   iupiter ***BFZ***   893. Spes, Latona ***R***, *Guyetus, Hermannus.* latona ſpeſ *libri*   opiſ ***C***. opeſ ***B***. obſ ***D***. opſ ***FZ***   895. Sumanuſ ***Z***   SATVRNVS *(sic)* ***B***   diique *libri*   897. ausculatur ***R***. auſcultatur ***BCD***. oſculatur ***FZ***   899. hunc ***Z***   ergo ſt ***B***. ergo eſt ***C***. ergo ***DFZ***

CHRYSALVS.

Rus misít pater.
Illa aútem in arcem hinc ábiit aedem uísere
Minéruae. nunc apértast: i, uise éstne ibi.

CLEOMACHVS.

Abeo ád forum igitur.

CHRYSALVS.

Vél tu hercle in malám crucem.

CLEOMACHVS.

Hodie éxigam aurum hoc?

CHRYSALVS.

Éxige, ac suspénde te:
Ne súpplicare, homo níhili, tibi nos cénseas.
Illést amotus. síne me, per te, ere, ópsecro
Deos ínmortalis, íre huc intro ad fílium.

NICOBVLVS.

Quid eó nam introibis?

CHRYSALVS.

'Vt eum dictis plúrumis
Castígem, quom haec hic fácta ad hunc faciát modum.

---

900. hinc *Hermannus*. *om. libri* edem **BF** 901. aperta ſt **D**. aperta eſt *reliqui* imp̄. exūbo eo i uise] inuiſe **Z**. i uiſ o **Da**. i uiſe **C**: *cf. Parerg. I, p. 419* 902. uel . . . crucem CHRYSALO *tribuit* **Z**, NICOBVLO *reliqui* uel tu **R**, *Kampmannus de* IN *praep. p. 32, Hermannus*. uel *libri*. immo *Brixius p. 26* 904. ſuplicare **B**. ſubplicare **D** homo nihili, tibi nos censeas **R**. cenſeaſ nihili homo *libri, nisi quod* nihil **Z**. tibi me, nihili, censeas *Hermannus*

905. Ille eſt *libri* ere] here **F**. habere **Z** opſecro **B**. obſecro *reliqui* 906. inmortaleſ **B**. immortaleſ **CDF**. immortaliſ **Z** 907. eo nam **R**: *cf. Prol. Trin. p.* CLX. eo *libri* eum] cum **F** plurimiſ **DFZ** 908. cum *libri* hic facta ad hunc *Hermannus*. facta ſiadhuc **BaZ**. facta ſic ad hunc **Bb**

NICOBVLVS.

Immo óro ut facias, Chrýsale, et ted ópsecro,
Caue pársis in eum dícere.

CHRYSALVS.

Etiam mé mones?
Satinést, si plura ex me aúdiet hodié mala,
Quam audíuit umquam Clínia ex Demétrio?

NICOBVLVS.

Lippi íllic oculi séruos est simíllumus:
Si nón est, nolis ésse neque desíderes:
Si est, ábstinere quín attingas nón queas.
Nam ni íllic hodie fórte fortuna híc foret,
Milés Mnesilochum cum úxore opprimerét sua
Atque óbtruncaret moéchum manufestárium.
Nunc quási ducentis Phílippeis emi fílium,
Quos dáre promisi míliti: quos nón dabo
Temere étiam, priusquam fílium conuénero.
Numquam édepol quicquam témere credam Chrýsalo.
Verúm lubet etiam mi hás perlegere dénuo:
Aequómst tabellis cónsignatis crédere.

---

cum reliquis 909. tedopſecro ***BZ***. te[d] obſecro ***C*** *ead. manu.* te obſecro ***DFZ***. te id obsecro *Hermannus* 910. etiamne moneſ ***FZ*** 911. ſat ineſt ***F***. ſatan eſt ***Da***. ſatin eſt *reliqui de* audiét *vide Prol. Trin. p.* CLXXXIII. *coll.* CCXXIX: *ut non opus sit transpositis* hodie ex med audiet 912. clinio ***D*** 913. illic *Aldus*. ille *libri* ſeruuſ *libri* ſimillimuſ *libri* 915. n̄ • queaſ *c. ras.* ***Bb***. nequeaſ ***Ba*** 918. moehcum ***C***. mechum ***F***. mecum ***Z*** manifeſtarium ***FZ*** 919. philippeiſ ***B***. philippiſ *reliqui. cf. Prol. Trin. p.* XCVIII. emi] eini ***C*** *ut videtur* 920. dere ***Ba*** 921. temere: et iam ***Z*** 922. aedepol ***Z*** credam] e *e corr.* ***D*** credam. CHR̄. Verum ***C*** libet *libri* etiam] et ***Z*** 924. Aequum ſt ***B***. aequum eſt *reliqui* (equum ***F***)

ACTVS V.

CHRYSALVS.

CHRYSALVS.

Atrídae duo fratrés cluent fecísse facinus máxumum,
Quom Príami patriam Pérgamum, diuína moenitúm manu,
Armís, equis, exércitu atque exímiis bellatóribus,
Et mílle numero náuium decumo ánno post subégerunt.
Non péius termentó ruit, praeut égo erum expugnabó meum

Act. IV. Scen. 9. CHRISALVS SERVVS. NICOBVLVS SENEX *B. om. C.* CHRISALVS *D.* Chryfaluf. Nicoboluf *FZ. Vide ad v. 979* 925. Atridae duo *Pylades.* Atridaf duof *Ba.* Atri- l.e daf duo· *Bb, sed* l. e. *a m. rec.* Adtridef duo *D.* tridef duo *C.* Atridef duo *FZ* cluent *BD.* clauent *C.* dicuntur *FZ* maximum *BCDZ* 926. Cum *BCDZ* moenitum *B.* maenitum *F, 'codex vetustissimus' Pii.* moenium *Z.* pro munitum menitum *C.* pro munitum m·· munitū enitū *Da:* m·· mo^e^nitu enitū *Db, sed simul lineola ducta per* enitū 927. equif *C* 928. Et mille *Beckerus p. 7.* Mille cum *libri.* Millenum *Camerarius.* Milli cum *Hermannus: quod non intelligo* post *om. Z* 929. peius *Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 40.* l.pelidef pedibuf *BCD.* pelidef *FZ*
termento *Curio, Canterus Nov. lect. III, 8, Lambinus e Festo p. 363 Muell.:* 'Termentum pro eo quod nunc dicitur detrimentum utitur plautuf in bacchidibuf.' tormento *libri.* ornamento *cod. pr. Schobingeri:* tam ornamento *eiusdem cod. sec.* rūit *C, sed ut*

Sine clásse sineque exércitu et tánto numero mílitum
Cepi, éxpugnaui amánti erili fílio aurum ab súo patre;
Nunc húc prius quam senéx uenit, lubet lámentari, dum éxeat.
O Tróia, o patria, o Pérgamum: o Príame, periisti senex,
Qui misere male mulcábere quadrigéntis Philippis aúreis.
Nam ego hás tabellas óbsignatas cónsignatas quás fero,
Non súnt tabellae, sét equos quem misére Achiui ligneum.
Epíust Pistoclérus: ab eo haec súmpta. Mnesilochús Sinost
Relíctus. ellum: nón in busto Achílli, set in lecto áccubat:
Bacchídem habet secum, ille ólim ut habuit ígnem qui signúm daret: [900]
Nunc ípsum exurit. égo sum Vlixes, quóius consilio haéc gerunt.
Tum quac híc sunt scriptae lítterae, hoc ínsunt in equo mílites

---

semicirculo hac voce iuncta cum praecedente significari tormentorū it *videatur.* fuit *reliqui* prout *FZ* 930. et] atque *sup. scr.* ***B****, sed m. Camerarii* 931. Coepi ***BDZ*** erili ***CD***. herili *praeter* ***FZ*** *raro exemplo etiam* ***B*** 932. huc prius quam ***R***. priuſ quam huc *libri.* prius huc quam *Pylades, Acidalius* libet *libri. de prosodia vide Prol. Trin. p.* CXLIX. 933. Priame] Perame *in mentem veniebat Fleckeiseno Exerc. p. 42* periisti *libri omnes* 934. multabere ***D*** quadrigentis ***R*** *Parerg. I, p. 406.* quadringentiſ ***BZ***. quadragentiſ ***CF***. quadrageniſ ***D*** 936. tabelle ***CF*** equoſ ***B***. equuſ ***DFZ***. aequuſ ***C*** 937. Epiuſ eſt ***BCD***. epeuſ eſt ***F***. epeiuſ eſt ***Z*** Sinost *Angelius.* ſinon eſt ***BCDF***. ſi non eſt ***Z*** 938. ellum ***B***. illum ***CDF***. ille ***Z*** imbuſto ***Z*** in lecto ***B***. lecto *reliqui* 939. ut *Pylades. om. libri* 940. Nunc *Guyetus, Hermannus.* Hunc *libri.* Haec *Camerarius, Palmerius.* Hic *Lambinus* eſurit ***F***. eccum urit *Palmerius* ulixeſ ***BCDF***. uliſſeſ ***Z*** cuiuſ *libri* conſilioh ***Ba*** haec ***BFZ***. hanc ***CD*** gerunt ***CDF***. geruntur ***BZ*** 941. litterae ***B***. littere ***C***. literae *vel* litere ***DFZ*** insunt in equo *Guyetus, Hermannus.* in equo inſunt *libri,* nisi

Armáti atque animatí probe. ita rés successit mi úsque adhuc.
Atque híc equos non in árcem, uerum in árcam faciet ímpetum.
Exítium, excidium, exlécebra fiet híc equos hodie auró senis.
Nostró seni huic stolido, ĕi profecto nómen facio ego 'Ilio.
Milés Menelaust, égo Agamemno: idém sum Vlixes Lártius:
Mnesílochust Alexandér, qui erit exítio rei patriaé suae:
Is Hélenam abduxit, quóia caussa núnc facio obsidium 'Ilio.
Nam illi ítidem Vlixem audíui, ut ego sum, fŭisse et audacem ét malum.
Doli égo deprensus sum: íllo inuentus méndicans paene ínterit,

---

quod i quo *B*, aequo *C* 942. mi usque *Bothius*. meliufque *libri* 943. equuf *libri* arcum *Ca*. archam *Z*. artham *F* 944. EXITIUMEXCIDIUM *A*. Ex[c]idium exitium *B*. excidium exitium *reliqui, nisi quod* exicium *C* exlecebra *ABC*. lacebra *Da*. [ex]lacebra *Db*. [ex]latebra *Dc*. ex latebra *FZ* EQUOS *A*. equuf *reliqui* 946. MENELAUST *A*. menelauuft *Bb*. menelauf eft *Ba cum reliquis (nisi quod* mene lauf *D)* agamemno *ADa*. agamenno *C*. agamemnon *BDcF*. agamenon *Z* sum *addidit Hermannus* ulyffef *Z*. ULIXES *A cum reliquis* Lartius *Acidalius*. lertiuf *CDF*. lerciuf *B*. laertiuf *Z*. *In A* LERTIUS *potius esse quam* LARTIUS *visum est* 947. Mnefilochuf eft *libri cum A* EXITIO *A*. exitium *reliqui* 948. SIHELENAM•••XIT *A*. Hif elenam abduxit *B*. If elenam abduxit *D* cuia *ABCD, Scioppius Susp. lect. I, 21*. cuiuf *Z*. cui hac *F* hunc facio obfideri *'alibi scriptum' esse Pius annotat* obfidi *Z* 949. illi itidem *Bothius: atque idem notavi in A esse videri, in quo plane apparuerunt* ILL•I••D(EM) *litterae*. illic eidem *libri* ULIXEMAUDIUI *A*. audi ulixem *Ba*. audiui ulixem *Bc cum reliquis, nisi quod* ulyffem *Z* fuife *Ba* 950. Doli ego deprensus *Acidalius*. Dolif ego deprehenfuf *BCF*. Dolif ego deprenfuf *DZ*. DOLISEGOPRENSUS *A* inuentus mendicans paene *B*. mendicanf pene inuentuf *libri, nisi quod*

Dum ibi fácta exquirit 'Iliorum. adsimiliter mi hodie óptigit.
Vinctús sum, set dolís me exemi. item ille se seruauit dolis.
'Ilio tria fŭisse audíui fata, quae illi fŭere exitio:
Sígnum ex arce sí perisset: álterum autemst Tróili mors:
Tértium, quom pórtae Phrygiae límen superum scinderetur.
Pária item tria ĕis tribus sunt fáta nostro huic 'Ilio.
Nam dúdum primo ut díxeram nostró seni mendácium
Et te hóspite et de auro ét de lembo, ibi sígnum ex arce iam ábstuli.

PAENE *A* interiit *libri cum A* 951. ibi *ABCDF*. sibi *Z* facta exquirit *R*. exquirit facta *BaDa*. exquirit fata *ABb DbCFZ* Iliorum *Gulielmus Verisim. I, 22, Scaliger*. illorum *libri cum A* adsimiliter *ADFZ*. autsimiliter *C*. ac similiter *B*. id similiter *'alibi codicum legi' Pius ait* *ante* mihi *vocem erasam D* optigit *BCD*. obtigit *AFZ* 952. ME *A*, *Pylades om. reliqui* exaemi *Da cum rasura post eam vocem* ille se *Hermannus*. se ille *libri cum A* seruat *Hermannus* 953—956 *in iambicos (praeeunte Acidalio) sic transformavit Hermannus, repugnante etiam A:*

Tum tría fuisse audiui fata, quae 'Ilio exitió forent:
Ex árce signum si perisset: álterum est mors Tróili:
Quom pórtae Phrygiae limen superum scinderetur, tértium.
Eis ítidem paria tría tribus sunt fáta nostro huic 'Ilio.

Huc Servius spectat in Virg. Aen. II, 13, cuius haec sunt in cod. Cass. verba: 'oraculis] secundum Plautum tribus: scilicet uita Troili, et si Palladium integrum mansisset in Troia, integro sepulcro Laomedontis quod in Scaea porta fuit: ut in Bacchidibus comoedia lectum est' 953. Ilio *BCDFZ*. ILL· *A*, *sed ut ultimam litteram non esse O, videri I esse notarim* tria] ia *e corr. recentissima B* facta *Ba*. *in A apparuit* ·MA illo *Ca* FUERE *A*. forent *reliqui* exicio *B*. exitium *D* (o *sup. scr.*) 954. perisset *FZ*. periisset *ABCD* autemst *R*. etium st *B*. etiam est *reliqui cum A* 955. tercium *C* cum *libri* forte phrigię *C*. forte phrigie *D*. forte frigio *Ba*. forte frigię *Bc*. portae scheae *Z*. Phrygiae *etiam Scaliger e suo cod. adscripsit. Nihil legi in A potuit* 956. paria *Z* facta *Ba* nostro *Meursius*. nostra *libri* 957. mendatium *B* 958. ospite *Da* signum *om. Ba, sup. scr.*

Iam dúo restabant fáta tunc, nec mágis id ceperam óppidum.
Post úbi tabellas ád senem tetuli, íbi ego occidi Tróilum.
Quom céusuit Mnesílochum cum uxore ésse dudum mílitis,
Ibi uíx me exsolui. atque íd periclum adsímulo, Vlixem ut praédicant
Ab Hélena cognitum ésse proditum Hécubae. set ut olim ílle se
Blandítiis ab illa exémit et persuásit se ut amítteret,
Item égo dolis me illo éxtuli e períclo et decepí senem.
Post cúm magnifico mílite, urbis uérbis qui inermús capit,
Conflíxi atque hominem réppuli. dein púgnam conserui seni:
Eum ego ádeo uno mendácio deuíci, uno ictu extémpulo
Cepi áb eo spolia. is núnc ducentos númmos Philippos míliti,

Bb aroe **Da** 959. facta **Ba** TUNC **A**. tum *reliqui, nisi quod* dum **Da** coeperam **BZ** opidum **F** 960. tetuli, ibi ego *Hermannus:* tetuli ibi *Acidalius ut v. 811.* detuli ibi *libri* 961. Cum *libri cum* **A** 962. uix me exfolui **BC**. me uix [x]&folvi **D**. me uix [ex]&folui **Dc**. me iniunxit folui **FZ**, *cod. Schobingeri* periculum **FZ** adfimilo *libri* ulyffem **Z** predicant *libri praeter* **Z** 963. Ab Helena cognitum *Acidalius.* Cognitum ab helena *libri. Non est veri simile tali quidem trochaico iambicorum continuitatem interruptam esse* eccubae **B**. eccube **CD**. heccube **F** 964. Blandiciif **BCZ** ab illa **R**: ab ea *duce Pylade Hermannus. om. libri* perfuadit **D** 965. Itaē **B** ilio **BC** extuli *Dissaldeus.* expuli *libri* e periclo **CD**. e periculo **FZ**. periculo **B** 966. Post *Acidalius.* Poftea **B**. pofte **CD**. pofthec **F**. poft haec **Z** urbef *libri* inermif **Z** 967. Conflixi **BbFZ**. conflixit **BaCD** 968. Eum ego adeo uno **BDF**. Cum ego adeo uno **CZ**. Eum adeo uno ego *Hermannus* mendatio **BC** extemplo **FZ** 969. Cepi ab eo **R**. Coepi **BCD**. Caepi **Z**. Ego cepi *Hermannus*

Quos dáre se promisit, dabit. * * * * *
Nunc álteris etiám ducentis úsus est, capto 'Ilio
Qui díspensentur, út sit mulsum quí triumphent mílites.
Set Príamus hic multo ílli praestat. nón quinquagintá modo,
Quadrigéntos filiós habet, atque ómnis lectos sine probro:
Eos égo hodie omnis cóntruncabo dŭobus solis íctibus.
Nunc Príamo nostro síst quis emptor, cŏemptionalém senem
Vendam égo, uenalem quem hábeo, extemplo ubi óppidum expugnáuero.
Set Príamum adstantem eccum ánte portam uídeo. adibo atque ádloquar.

---

970. *Sic hunc versiculum singillatim perscriptum non B tantum habet, sed CD quoque. Quem mutilum esse censeo deperdita parte altera, quae potuit similis esse ac v. 842* ita res successit mi usque adhuc. *Cum proximis sic concinnavit Hermannus, eiectis ut putabat glossematis:*

Quos dáre se promisít dabit. nunc álteris etiam úsus est,
Qui díspensentur, út sit mulsum quí triumphent milites.

971. capto Ilio || Qui dispensentur *Acidalius.* qui dispensentur | Ilio capto *libri. Quod qui tenere volet, non poterit non duos trochaicos (acatalectum cum catalectico) agnoscere sic pauculis transpositis:* Nunc etiam alteris ducentis —: *ut scribebamus Parerg. I, p. 485* dispensetur *CZ* triumphunt *D* 974. Quadrigentos (*ut v. 1183*) *Schneiderus gramm. lat. elem. I, p. 735 Reizio duce.* Quadringentos *libri* atque *Hermannus.* atque equidem *libri. Vide Prol. Trin. p. CXLIX.* *post* lectos *lacunam e rasura ortam B* probo *Z* 975. omnes *FZ* 976. si émptor est, coémptionalem *Hermannus* si est *libri* emptor *C* comptionalem *Ba, cod. Scaligeri.* coemptionalem *Bb.* comptialem *vel* cōptialē *CD.* comicialem *FZ* 977. habebo *CD* oppidum *D.* opidum *F* expurgauero *Z* 978. adstantem eccum *B.* adstante mecum *CD.* astantem eccum *FZ* uideo *FZ.* uidebo *CD.* uideb *B: cui o adiecit recens manus* alloquar *Z*

NICOBVLVS. CHRYSALVS.

NICOBVLVS.

Quóianam uox própe me sonat?

CHRYSALVS.

O Nícobule.

NICOBVLVS.

Quíd fit?

CHRYSALVS.

Euge.

NICOBVLVS.

Quíd, quod te misi, écquid egisti?

CHRYSALVS.

Hém, rogas? congrédere.

NICOBVLVS.

Gradior.

CHRYSALVS.

,Optumus sum orátor. hominem ad lácrumas coegi cástigando
Máleque dictis, quaé quidem quiui cómminisci.

NICOBVLVS.

Quíd ait?

CHRYSALVS.

Verbum

---

979. *Novae scenae initium feci contra libros* *Personarum nomina usque ad v. 986 om.* ***CDa*** Cuianam *libri* nicobole ***FZ*** Chr. Euge addidi: *lacunam signaverat Hermannus* 980. Quid quod ***BFZ***. Quidquid ***CD*** ecquid ***BFZ***. hęcqd ***D***. hęc qđ ***C*** egiſti] cogiſtin ***Z*** hem ***R***. *om. libri* gradior ***CDFZ***. congredior ***B***, *servatum a Bentleio in Phorm. V, 6, 12*

981. Optimuſ ***FZ*** hominem ad lacrumaſ coegi castigando ***R***. ad lacrumaſ coegi hominem caſtigando *libri, nisi quod* lucrumaſ ***CDa***, lachrymaſ ***Z***. hominem ad lacrumas castigando adegi *Hermannus*

Núllum fecit: lácrumans tacitus aúscultabat, quae égo loquebar:
Tácitus conscripsít tabellas: óbsignatas hás dedit mi:
Tíbi me iussit dáre. set metuo, né idem cantent quód priores.
Nósce signum: estne éius?

NICOBVLVS.

Noui. lúbet perlegere has.

CHRYSALVS.

Pérlege.

Nunc súperum limen scínditur, nunc própe adest exitium 'Ilio.
Turbát equos lepide lígneus.

NICOBVLVS.

Chrysále, ades dum ego has pérlego.

CHRYSALVS.

Quíd me tibi adesse ópus est, quaeso?

NICOBVLVS.

'Vt scias quae scrípta sint hic.

CHRYSALVS.

Níl moror, neque scíre uolo ego.

---

982. equidem *F* 983. lachrymanſ *Z* autcultabat *Da* 984. obſignataſ] *ante* i *rasuram B* has dedit mi *praeeunte Acidalio R coll. Prol. Trin. p. CCXCI.* mihi has dedit: dein *Hermannus. Transpositione* has dedit mihi obsignatas *Bothius usus* 986. libet *libri. de prosodia vide Prol. Trin. p. CXLIX.* perlegerebaſ *C* 987. *Hunc versum om. Ba, in marg. addidit Bb, ubi nunc abscissum* Ilio Hunc *Z* ſcindit̃ • ñc *cum rasura B, et ut* it *e corr. esse videatur* prope *Acidalius. om. libri* exicium *BC* 988. equoſ *B.* equuſ *reliqui* lepide] lapideſ *Z* pellego *Z* 989—996. *Sic eiectis quae perperam iterata erant, restitui quorum in B perturbatissima species haec est:*

NICOBVLVS.

Támen ades.

CHRYSALVS.

Quid ópus est?

NICOBVLVS.

Taceas.

CHRYSALVS.

Nólo, inquam.

NICOBVLVS.

At uolo, ínquam.

CHRYSALVS.

Quid opust?

NICOBVLVS.

'At enim id, quod te iúbeo, facias.

CH. Quid me tibi adeſſe opuſ eſt? NI. uolo ut quod iubebo faciaſ.
Vt ſciaſ quae hic ſcripta ſient.
CH. Nihil moror neque ſcire uolo. NI. tamen adeſ. CH. quid opuſt? NI. taceaſ.
Quod iubeo id faciaſ. CH. adero. NI. euge litteraſ minutaſ. CH. qui quidem uideat parum.
Verum qui ſatiſ uideat grandeſ ſatiſ ſunt. NI. animum aduortito igitur.
CH. Nolo inquam. NI. at uolo inquam. CH. quid opuſt? NI. at enim quod te iubeo faciaſ.
CH. Iuſtum ſt tuuſ tibi ſeruuſ tuo arbitratu ſeruiat.
NI. Hoc age ſiſ nunc iam. CH. ubi lubet recita. aurium operam tibi dico.
NI. Cerę quidem haud parſit neque ſtilo. ſed quicquid eſt pellegere certum ſt.

A quo exemplo in quibus rebus (praeter neglectam versuum distinctionem) reliqui libri discrepent, statim subieci: 1. iubeo ***CDFZ*** 2. ſcripta ***CDFZ*** 3. opuſ eſt ***FZ*** taciaſ ***Da*** 4. euge] eu ***CD***. heu ***FZ*** 5. aduorte ***FZ*** 6. aduolo ***Z*** opuſ eſt ***FZ*** te *om.* ***FZ*** 7. iuſtum eſt ***CDFZ*** tuo] tunc ***C*** ſeruiad ***Da*** 8. iam nunc ***CDFZ*** dico] dabo ***FZ*** 9. caerę ***Z*** equidem ***F*** pellere ***Da***. perlegere ***Z*** certum eſt ***CDFZ*** 989. Quid me tibi opus ést adesse *Hermannus* *Ab eodem sumpsi* scripta sint hic, *v. 993* Cerae haud

CHRYSALVS.

'Adero. iustumst: tŭus tibi seruos tuo árbitratu séruiat.

NICOBVLVS.

Vah,

Cérae haut parsit néque stilo. sed quícquid est, pellégere certumst.

Hoc áge sis nunc iam.

CHRYSALVS.

'Vbi lubet, recita: aúrium operam tíbi dico

NICOBVLVS.

Eúge litterás minutas.

CHRYSALVS.

Quí quidem uidcát parum oculis:

Vérum qui satis uídeat, grandes sátis sunt.

NICOBVLVS.

Animum aduórtito igitur.

'Patér, ducentos Phílippos quaéso Chrýsalo

Da, si ésse saluom uís me aut uitalém tibi.'

CHRYSALVS.

Malúm quidem hercle mágnum: tibi dicó.

(quod praeiit Guyetus), *v. 995* oculis, *quod ille sic collocavit:* parum óculis uideat. *Versum 992 octonarium e septenario effeci addito* Vah: *hac transpositione* séruiat tuo árbitratu *Hermannus. Versum 994, ut bonum per se octonarium iambicum, interim servavi: vix tamen dubitans quin ad trochaicos numeros rectius revocarit Hermannus:* Hóc age sic nunc. CH. úbi lubebit, récita: tibi dico aúrium operam 997. *Novam hinc scenam* ***CD*** *ordiuntur, vacuo spatio praemisso* ***CDa****, cum hac inscriptione* NICOBOLVS CHRISALVS ***Db***. EPĨA (*h. e.* EPISTOLA) *in singulari versu praemittit* ***B***. *Eandem idem notam singulis epistulae partibus praefigit* NIC. ater ***C***. NIC. O pater ***D***. O pater ***FZ*** philipp • os c. *ras.* ***B*** queso ***BCDF*** 998. saluum *libri* me uis ***F*** *ante* aut *lacunam e rasura* ***B*** 999. CHR. ***FZ***. *om.* ***BCD*** Molum ***D*** magnum tibi dico. NI. quid est ***FZ***. magnum. CH. tibi dico. NI. quid est ***CD***. magnum tibi dico. CHR. quid est ***B***

NICOBVLVS.

Quid est?

CHRYSALVS.

Non príus salutem scrípsit?

NICOBVLVS.

Nusquam séntio.

CHRYSALVS.

Inde á principio iam ínpudens epístulast.
Non dábis, si sapies; uérum si das máxume,
Ne ille álium gerulum quaérat, si sapiét, sibi:
Nam ego nón laturus súm, si iubeas máxume.
Sat síc suspectus súm, quom careo nóxia.

NICOBVLVS.

Auscúlta porro, dum hóc quod scriptumst pérlego.
'Pudét prodire me ád te in conspectúm, pater:
Tantúm flagitium té scire audiuí meum,
Quod cúm peregrini cúbui uxore mílitis.'
Pol haú derides: nám ducentis aúreis
Philippís redemi uítam ex flagitió tuam.

CHRYSALVS.

Nihil ést illorum, quíu ego ílli díxerim.

1000. CHR. *om.* ***B*** NIC. *om.* ***Da*** 1001. *huc transposuit Acidalius, qui in libris sequitur post v. 1006* inpudenſ, *non* imp., ***B***, *in quo post eam vocem lacuna est e rasura orta* epiſtula eſt ***F***. epiſtola eſt *reliqui* 1002. Nodabiſ ***D*** ſapiſ ***Ca***. ſapeſ ***Cb*** maxime ***B*** 1003. gerurulum ***C*** querat ***BCDF*** 1004. non *sup. scr.* ***B*** *ead. m.* maxime ***B*** 1005. cum *libri* 1006. ſcriptum ſt ***B***. ſcriptum eſt *reliqui* pellego ***F*** 1007. NI. *praemittunt* ***CDFZ***, xpĩa. ***B*** conſpectu ***B*** 1008. flagicium ***C*** ſciui audirei ***D*** *m. ant.* ſciuire audiuire ***C*** 1009. multiſ ***C*** 1010. NIC. *praemittit* ***B*** haud *libri* 1012. Nil ***C*** illi *om.* ***Da***, *sup. scr.* ***Db***

NICOBVLVS.

'Stulté fecisse fáteor. set quaesó, pater,
Ne me, ín stultitia sí deliqui, déseras.
Ego áuimo cupido atque óculis indomitís fui:
Persuásumst facere, quŏius me nunc factí pudet.'
Prius cáuisse ergo quám pudere aequóm fuit.

CHRYSALVS.

Eadem ístaec uerba dúdum dixi illi ómuia.

NICOBVLVS.

'Quaeso, út sat habeas íd, pater, quod Chrýsalus
Med óbiurgauit plúrumis uerbís malis,
Et mé meliorem fécit praeceptís suis,
Vt ĕi te habere grátiam aequom sít bonam.'

CHRYSALVS.

Estne ístuc istic scríptum?

NICOBVLVS.

En specta, túm scies.

CHRYSALVS.

Vt, quí deliquit, súpplex est ultro ómnibus.

1013. NI.] EPĪA. *B* fetiſ ſe *Da* queſo *BCDF* 1014. ſtultia *C*. ſtulti•cia *c. ras. Da* *ante* ſi *aliquid erasum in B* 1016. Perſuaſum ſt *B*. perſuaſum eſt *reliqui* quoiuſ *B*. cuiuſ *reliqui*. qui *nescio quo sensu Scaliger* nunc me *Z* facti *om. C* 1017. NIC. *praemittit B*, CHR. *Db* cauisse *Acidalius*. te cauiſſe *libri* equm *B*. aequum *CZ*. equum *F* 1018. dixi illi *Hermannus*. illi dixi *libri* 1019. NI.] EPĪA. *B* Queſo *BCDF* 1020. Med *Bothius*. Me *libri* pluruniſ *C*. plurimiſ *reliqui* 1021. preceptiſ *BF* 1022. ĕi te *B*. te ei *libri* equum *BF*. aequum *reliqui* 1023. Eſne *B ead. m.* en *B*. em *B*. hem *reliqui* ſpectatum *B*. ſpectadum *Gruterus* 1024. quid *Z* deliquid *Da* ſubplex *D*

NICOBVLVS.

'Nunc sí me fas est órare etiam abs té, pater,
Da míhi ducentos númmos Philippos, te óbsecro.'

CHRYSALVS.

Ne unúm quidem hercle, sí sapis.

NICOBVLVS.

Sine pérlegam:
'Ego iúsiurandum uérbis conceptís dedi,
Datúrum id me hodie múlieri ante uésperum,
Prius quam á me abiret. núnc, pater, ne péierem,
Cura, átque abduce me hínc ab hac quantúm potest,
Quam própter tantum dámni feci et flágiti.
Caue tíbi ducenti númmi diuidiaé fuant:
Sescénta tanta réddam, si uiuó, tibi.
Vale átque haec cura.' quíd nunc censes, Chrýsale?

CHRYSALVS.

Nihil égo tibi hodie cónsili quicquám dabo,
Neque ego haút committam ut, sí quid peccatúm siet,

1025. NIC.] EPĨA **B** orare etiam abs te **B**. obſecrare abſ te *libri, quod e proximo versu ortum.* obsecrare te *Acidalius* 1026. numboſ **B** 1028. EPĨA *praemittit* **B** 1029. odie **Da**

1030. pater ne peierem *Camerarius.* pater ne periurem **BDFZ**. ne periurem **C**. ne periurem pater *Pylades. Mentitur Scioppius Susp. lect. V, 15* 1031. adduce **C**. abduc **FZ** poteſt **Ba**. poteſ **Bb** *cum reliquis* 1032. qua propter **Z** dãpni **CD** flagicii **C**. flagitii *reliqui* 1033. diuidiae *Camerarius.* diuitiae **BZ**. diuiciae **C**. diuitie **DF** 1034. ſexcenta **DcFZ** tantum **Z**. tanta *etiam Pyladis codd.* *inter* tibi *et* uale *rasuram* **D** 1035. hec **CF** NIC. quid **B** cenſeſ]n *e corr.* **B**. ceſſeſ **D** chryſae **C** 1036. Nil **C** hodie conſilii **BCDF**. conſilii hodie **Z** 1037. Neque ego haud *libri: quode vide Mus. phil. nov. IV, p. 582* quid *c. ras.* **D** *(fortasse fuit*

Fecisse dicas dé mea senténtia.
Verum, út ego opinor, égo si in istoc sím loco,
Dem pótius aurum, quám illum corrumpí sinam.
Duae cónditiones súnt: utram accipiás, uide:
Vel ut aúrum pérdas uél ut amator péieret.
Ego néque te iubeo néque ueto neque suádeo.

NICOBVLVS.

Miserét me íllius.

CHRYSALVS.

Túus est, non mirúm facis.
Si plús perdundum sít, perisse sátius est,
Quam illút flagitium uólgo dispaléscere.

NICOBVLVS.

Ne ille édepol Ephesi múlto mauellém foret,
Dum sáluos esset, quám reuenissét domum.
Quin égo, istic quod perdúndumst, properem pérdere?

---

quit) fiet ***DFZ*** 1038. dicaſ *cum rasura* ***D*** de mea ***Z***. de me mea ***BDF***. dè mea mè ***C***. de meamet ***R*** *olim* 1039. NIC. *praefigit* ***B*** ego si *Hermannus*. ſi ego *libri* ſim ***BCDF***. ſum ***Z*** 1041. due ***CDF*** utram *Guyetus*. utram tu *libri*. tu utram *Acidalius* 1042. perdã ***Bb*** peieret *Camerarius*. periuret *libri* 1043. CRI. *praemittit* ***B*** nec te ***F*** 1044. faciäſ ***B*** 1045. periſſe ***Z***. periiſſe *reliqui* satius est *Scaliger, Dousa*. ſuauiuſt ***B***. ſuauiuſ eſt *reliqui* 1046. illum ***B***. illud *reliqui* uulgo solus ***F*** 1047 *et* 1048 *tantum in margine* ***Bb*** *habet* ephi ***Z*** molto ***D*** 1048. saluuſ *libri* *Sequitur in* ***C*** *bibliopegi vitio huc traiecta membrana exitum fabulae complectens a versus 1063 verbis* Audeſ qui non 1049. Quin ego, istic quod perdundumst, properem perdere? ***R***. Quid ego iſtic quod perdundum eſt properem perdere? ***BDFZ***, *nisi quod* perdundu ſt ***B***. Quid ergo iſtic quod perdundum eſt propere perdere ***C***. Quin ergo iſtic *in 'antiquis exemplaribus' esse Pius testatur*. Quid ego istuc? quod p. e. properem perdere *Acidalius*, Quid ego istic? q. .p e. properem perdere *Bothius*: *uterque sine interrogatione*.

Bínós ducentos Phílippos iam intus écferam:
Et míliti quos dúdum promisí miser,
Et ístos. mane istic: iam éxeo ad te, Chrýsalo.

CHRYSALVS.

Fit uásta Troia, scíndunt proceres Pérgamum.
Sciui égo iamdudum fóre me exitium Pérgamo.
Edepól qui me esse dícat cruciatú malo
Dignúm, ne cum illo pígnus haut ausím dare:
Tantás turbellas fácio. set crepuít foris:
Ecfértur praeda ex Tróia. taceam núnc iam.

NICOBVLVS.

Cape hóc tibi aurum, Chrýsale: i, fer fílio.
Ego ád forum autem hinc íbo, ut soluam míliti.

CHRYSALVS.

Non équidem accipiam: prŏin tu quaeras quí ferat.
Noló mihi credi.

NICOBVLVS.

Cápe uero: odiosé facis.

Quin ego istuc, quod p. e., properem perdere? *Bothius olim.* propero (e quin *pendens*) *pro* properem *Gruterus. Vide Acidalium etiam alia comminiscentem* 1050. philippoſ ducentoſ ***B*** ecferam ***BaCDa***. efferam ***BbDeFZ*** promiſimuſ eret iſtoſ ***C*** 1053. Chr. fit (Fecit) ***De*** 1054. exicium ***B***. *A Plauto nescio an* exitio *scriptum sit ut v. 947* 1056. digno ***D*** cum *Hermannus.* ego cum *libri. Cf. Philologi II, p. 72. III, p. 465* haud *libri* auſim] ſim *e corr.* ***B*** 1057. turbellaſ *omnes* 1058. Ecfertur ***BaCDa***. Effertur ***BbDeFZ*** preda ***BF*** 1059. cap' hoc tibi ***D***. Cape cape hoc *Scaliger* i] id eſt ***F***. ·i· (imp.) ***D***: *vide ad v. 901* 1060. militi *Lambino duce Bothius.* militem *libri* Ego aútem hinc ibo ad fórum, ut absoluam mílitem *Scaliger* 1061. queraſ ***BCDF*** 1062. Nolo mihi ***Ba***, *Hermannus.* Nolo ego mihi ***Bb*** *cum reliquis* odioſe faciſ care uero *Chari-*

CHRYSALVS.

Non équidem capiam.

NICOBVLVS.

At quaéso.

CHRYSALVS.

Dico, ut rés se habet.

NICOBVLVS.

Moráre.

CHRYSALVS.

Nolo, inquam, aúrum concredí mihi.
Vel da áliquem qui me séruet.

NICOBVLVS.

Odiosé facis.

CHRYSALVS.

Cedo, sí necessest.

NICOBVLVS.

Cúra hoc. iam huc reuénero.

CHRYSALVS.

Curátumst esse té senem misérrumum.
Hoc ést incepta effícere pulcre: uél mihi
Euénit, ut ouans praéda onustus céderem.

---

sius p. 187 1063. quefo ***BCDF*** 1064. morare? ***C*** credi ***F*** 1065. Vel da aliquem qui me feruet ***B***. *om.* ***CDFZ*** odiose *Guyetus.* ohe odiofe *libri. Vide Prol. Trin. p. CCXIX. CCXXII.* 1066. neceffe fit (est) ***C***. neceffe eft *reliqui* ho ***C*** iam huc *Hermannus, ut Mil. glor. 863.* iam ego huc ***BCDF***. iam ego (fecum) ***Z*** 1067. Curatum eft ***BCFZ***. Coratum eft ***D*** miferumum ***B***. miferrimum ***FZ*** 1068. pulchre: uel *Bothius.* pulchre (pulcre ***B***) ueluti *libri.* pulchre, uti nunc *Guyetus.* ueluti nunc, *deleto* pulchre, *Hermannus* 1069. preda ***BF*** honuftuf ***Ba*** cederem *Scaliger, Bentleius in Hor. Epist. II, 1, 67.* incederem *libri. cf. Goellerum in Trin. p. 131, Kampmannum de reb. mil. p. 41*

Salúte nostra atque úrbe capta pér dolum
Domúm reduco iam íntegrum omnem exércitum.
Set, spéctatores, uós nunc ne mirémini
Quod nón triumpho: péruolgatumst, níl moror.
Verúm tamen accipiéntur mulso mílites.
Nunc hánc praedam omnem iam ád quaestorem déferam.

1071. educo *FZ* iam integrum *B*. integrum *libri*. ego integrum *Hermannus* 1072—1075: *vide Parerg. I, p. 433 sqq.*
1073. peruulgatum eſt *libri* nil *solus F* 1075. predam *BF* iam *B*. *om. reliqui* queſtorem *BCDF* deſſeram *Z*

ACTVS VI.

PHILOXENVS.

Quam mágis in pectore mĕo foueo, quas méus filius turbás turbet,
Quam se ád uitam et quos ád mores praecípitem ille inscitú' capessat,
Magis cúraest magisque adfórmido, ne is péreat neu corrúmpatur.
Scio: fúi ego illa aetate ét feci illa ómnia: set moré modesto.
Duxi, hábui scortum, pótaui, edí, donaui: at enim íd raro.
Neque plácitant mores, quíbus uideo uolgó gnatis essé parentis.

Act. IV. Scen. 10. PHILOXENVS SENEX B. *om.* CD. Nicoboluſ FZ. *Primo versui* NICOB. *psaemittunt* CD *Anapaesticis acatalectis et catalecticis alternantibus olim descripserat Hermannus Elem. doctr. metr. p. 415 sq., continuis octonariis rectius idem nuper. Vide eius praef. p. v.* 1077. amoreſ Z precipitem (*vel* p̃cipitē) BCDF ille *addidit Hermannus* inscitu' *scripsi ut commodius numerorum ratio perspiceretur.* inſcituſ BCDF. inſcitiſ Z capeſcat C 1078. curae eſt *libri* adformido BFZ. afformido CD peread Da 1079. ego fui B illa *om.* C 1080. 1081 *sic collocarunt Scaliger, Acidalius, Pareus: inverso ordine libri* 1080. Dixi C edi *Mercerus apud Gulielmum Misc. qu. c. 3.* dedi BDFZ. dedi•• C *cum rasura, ante quam* et *scriptum fuit* at enim *Pareus.* et enim *libri.* sed enim *Dousa, Acidalius* 1081. quis *Guyetus* uolgo CDZ. uulgo BF gnatiſ Z. gnateſ

**Ego dáre me ludum mĕo gnato instítui, animo suo ut ób-
sequium
Sumére possit: aequom ésse puto: set ením nimis nolo
désidiae
Et [néquitiae illum operám] dare. nunc ad Mnésilochum,
quod mándaui,
Viso, écquid eum mi ad uírtutem aut ad frúgem opera
sua cómpulerit:
Sicút eum, si conuénit, scio fecísse: eost ingenió natus.**

---

reliqui parentef *libri* 1082—1086 *sic disposui, quorum in B haec descriptio satis ut apparet perturbata:*

Ego dare me ludum meo gnato institui ut animo obfequium fumere possit.
Equum effe puto. sed nimif nolo defidiae ei dare ludum.
Nunc mnefilochum quod mandaui uifo ecquid eum ad uirtutem
Aut ad frugem opera fua compulerit.
Sicut eum fi conuenit fcio feciffe. eoft ingenio natuf.

A quo exemplo (praeter neglectam versuum distinctionem) reliqui libri sic discrepant: 1. medū *C* nato (lu supra) *FZ* animū *C, sed ū e corr.* obfequium *BC*. obfequio (v supra) *D*. obfeq̃ndo *F*. obfequi dando *Z*. *Huc respicit Donatus in Andr. I, 1, 41:* 'falsum est autem quod Cicero dixit *obfequium* primum dixisse Terentium, cum et Plautus et Naeuius ante dixerint.' 2. Aequum *Z* uolo *Z* 3. ad *addidit Acidalius* mefilochū (n supra) *C* cum *Z* 4. conpulerit *C* 5. si *om. FZ* eo eft *CDFZ* *Quattuor versibus sic omnia comprehendit Hermannus:*

Ego dáre ludum gnato institui, animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: sed nímis nolo. nunc Mnésilochum, quod mándaui,
Viso, écquid eum ad uirtútem aut ad frugem ílle opera sua cómpulerit:
Sicút eum scio, si cónuenit, fecisse: eo est ingenió natus.

Quae ratio universa si prae nostra placeat, saltem propius a veritate abesse hanc versuum conformationem putarim, ad uirtutem aut *ut pro glossemate habeantur:*

Ego dáre me ludum gnáto institui, animo óbsequium ut sumére possit:
Aequom ésse puto: set nímis nolo desidiae. nunc ad Mnésilochum,
Quod mándaui, uiso, écquid eum mi ad frúgem opera sua cómpulerit.

Ceterum ultimo versu nescio an catalexis praestet eo ingenio natust

NICOBVLVS. PHILOXENVS.

NICOBVLVS.

Quicúmque ubiubique sunt, qui fuerunt quiqué futuri sunt pósthac
Stultí, stolidi, fatuí, fungi, bardí, blenni, buccónes,
Solús ego omnis longe ántideo stultítia et moribus móris.
Perií. pudet: hocine me aétatis ludós bis factum indígne? [1050]
Magis quam íd reputo, tam mágis uror, quae méus filius turbáuit.
Perdítus sum, atque eradícatus sum.: omníbus exemplis crúcior.

Act. V. Scen. 1. NICOBOLVS SENEX. PHILOXENVS SENEX *B*. NICOBOLVS. PHILOXENVS *D et, nisi quod* Philoxenes, *FZ* *Anapaesticis septenariis hanc scenam nuper Hermannus descripsit: septenariis octonariisque idem olim in Elem. doctr. metr. p. 414 sq.* 1087. Quicúmque ubiubíque sunt, qui fuerint *R*. Quicumque ubiq: sunt qui fuerunt *B*. Quicunque ubi sunt qui fuerunt *CDF*, *et* qui *in* quique *mutato R olim*. Quicunque ubi sunt qui fuere *Z*. ubi ubi *e cod. Schobingeri affert Pareus*. Qui sunt et ubi ubi, quique fuerunt *Hermannus* future *Da* pusthaec *Ba* 1088. *attulit Festus Pauli p. 35 M. ex eoque A. Mai Thesaurus latinitatis p. 72, hic quidem sic:* stulti stolidi blenni bucones stolididi *F* bucones *CD* 1089. omnes *Z* *post* longe *lacunam e rasura B* antideo *Bothius*. antideo *BCDa*. ante eo *DcFZ* stulticia *BFZ* moris *Hermannus*. indoctis *libri* 1090. *post* pudet *lacunam e rasura B* hocine *libri* ludos bis *BC*. ludus his *DF*. ludum his *Z*. *Cf. Parerg. I, p. 427 sqq.* factum *Hermannus*. factum esse *libri* 1091. Magis quam] quam magis *Z* repeto *FZ* quae *Camerarius*. quẽ *vel* quem *libri* tubauit *Ba* 1092. atque *Hermannus*. atque etiam *libri* exemplis *C* crucior *CDFZ*

Omnía me mala conséctantur, omníbus interii exítiis.
Chrysálus me hodie delácerauit, Chrysálus miserum spoliáuit:
Is scélus me usque dolis áttondit doctís indoctum ut lúbitumst.
Ita míles memorat méretricem esse, uxórem quam ille esse ăibat;
Omníaque, ut quidque actúmst, mémorat: sibi eam húnc annum condúctam:
Relicúom id auri factúm, quod ego ei stultíssumus homo promíssem.
Hoc, hoc ést, quo pectus péracescit, hoc est démum quod percrúcior:

---

excrucior *B* 1093. Om • nia *c. ras. B.* nā *F* me *sup. scr. B m. ant.* interii exitiis *Hermannus.* exitiiſ interii *libri, nisi quod* exiciiſ *C, post* exitiiſ *autem lacunam e rasura habet B* 1094. me hodie delacerauit *R.* me hodie lacerauit *libri, nisi quod* lazerauit *D.* med hodie lacerauit *Hermannus olim*, hodie me lacerauit *idem nuper.* autauit *pro* lacerauit *e suo cod. Scaliger ascripsit: in quo latere vel* aurauit *vel* deaurauit *vel* mactauit *vel* antlauit *coniecit* miserum *Hermannus.* me miſerum *libri* 1095. Is scelus me usque dolis attondit *R: nisi* me *males post* dolis *collocare.* Iſ me ſceluſ auro uſque attondit doliſ *BCFZ, nisi quod* adtondit *Z.* Iſ ſceluſ auro uſque attondit doliſ *D.* auro (*huc invectum e v. 1101) delevit Camerarius* lubitum ſt *B.* lubitum eſt *CD.* libitum eſt *FZ* 1097. *post* mileſ *parvam lacunam e rasura B* esse, uxorem quam ille esse aibat *R.* eſſe eam quam ille uxorem eſſe aiebat *B.* eſſe quam ille uxorem eſſe aiebat *reliqui.* quam ille úxorem esse aiébat *Hermannus, deleto ab initio* esse 1097. Omnia ut *B:* Omnia[q] ut *Bc* quidque *BCF.* quidquid *D.* quodque *Z* actum eſt *libri* memorat: sibi eam *Hermannus.* memorauit eam ſibi *libri. Fallitur Beckerus p. 12: cf. Prol. Trin. p.* CLII. conductu̥ (ã) *C* 1098. Relicum *B.* reliquum *reliqui* eiſ *Da* ſtultiſſimuſ *libri.* stultus (*servato* promisissem) *Hermannus* promissem *Reizius.* promiſiſſem *BDF.* promiſiſſiſem *C.* permiſiſſem *Z* 1099. Hoc est, hoc est *Acidalius* quo

[Me hoc aetatis ludificari: immo edepol sic ludos factum]
Canó capite atque albá barba miserúm me auro esse emúnctum.
Perii, hóc seruom meum nón nauci facere ésse ausum. atque ego, si álibi
Plus pérdiderim, minus aégre habeam minusque íd mihi damno dúcam.

PHILOXENVS.

Cérto hic prope me míhi loqui nescio quis uisust. sét quem uideo?

---

pectus ***R***. quod ***BCDF***. *om.* ***Z***. quod pectus *Hermannus* per-acescit ***Z***. peraccescit, *sed* ac *e corr.*, ***B***. peraccessit ***C***. peracessit ***F***. paccessit (al. acescit) ***Da***, paccessit (al. per acescit) ***Dc*** 1100. ἠθέτηκα *ut ad v. 1090 similitudinem confictum. Interpolationis indicio hic quoque ut alibi saepe (velut Bacch. 989 sqq. et fortasse 1082 sqq.) turbata versuum descriptio est, quae haec est in **B**:*

> Relicum id auri factum quod ego ei stultissimus
> Homo promisissem. hoc hoc est quod peraccescit
> Hoc est demum quod percrucior me hoc aetatis ludificari
> Immo edepol sic ludos factum
> Cano capite atque alba barba miserum me auro esse emunctum.

Caterum etatis ***CDF*** ędepoh ***Z*** ludus ***C*** 1101. Cono ***Ba***, Cano (a supra o) ***Bb*** alba] cana *codex Romanus Longolii* 1102. seruum *libri* non *om.* ***Ba***. ñ *inseruit* ***Bb*** nauti ***DF*** si] sibi ***Z*** 1103. egre ***BCDF*** habebam ***Ba*** dampno ***CD*** 1104 *et* 1105 *trochaicos octonarios constitui, quibus transitus fit ad bacchiacos numeros* mihi loqui nescio quis ***R***, *sublata* loquī *verbi correptione, quam effugere nesciebam Prol. Trin. p.* CLXVIII. mihi nescio quis loqui *libri*. néscio quis loqui mihi *Bothius*. mihi nescio quis lóquier *idem olim: improbante Kampmanno de* AB *praep. p. 20* uisus st ***B***. uisus est *reliqui* mnesilochi est ***Z***. mnesilochi *reliqui* aerumnae ***R***. aerumnae et mei mali *cum glossemate libri, nisi quod* erumne ***B***, erumne ***CDF***

Híc quidem patér Mnesilochist.

NICOBVLVS.

Eúge, socium aerúmnae uideo.

Philóxene, salue.

PHILOXENVS.

Ét tu, unde agís te?

NICOBVLVS.

Vnde homó miser atque ínfortunátus.

PHILOXENVS.

At pól certo ego íbi sum, esse ubi hóminem decét miserum atque ínfortunátum.

NICOBVLVS.

Igitúr nos parí fortuna, aétate ut súmus, utimúr.

Anapaesticos Hermannus continuavit:

Certo híc prope me mihi néscio quis uisús loquist. sed quem uideo?
Pater hic quidem Mnesilochíst. NI. socium, euge, aerúmnae atque mali uideo:

quorum priorem sic conformabat in Iahnii Annal. phil. nov. t. XXXV, p. 195:

Certe híc prope me mihi uisu' loqui nescío quis. s. q. u.

Parum probabiles sint, de quibus cogitet quispiam, bacchiaci hexametri tales:

Certo híc prope me mihi nesció quis loquí uisus ést. set quem uideo?
Hercle hic quidem patér Mnesilochíst. NI. euge sócium aerumnae ét mei mali uideo.

Contra certa est talium bacchiacorum descriptio a v. 1106 *ad* 1108: *quae debetur Hermanno. Nec vel hic, vel in superioribus praeter v. 1098—1100, vel in eis quae consequuntur praeter v. 1110. 1111, a nostra descriptione discrepat qua* **B** *utitur terminandorum versuum ratio* 1106. agis te *Hermannus.* agiſ *libri* 1107. PHILOIXEN' *C* pol certo ego *Hermannus.* polgo *C.* pol ego *reliqui* ibi] ubi *Z* hominem decet miserum *Hermannus.* miferum hominem decet *libri* infortuatum *C* 1108. nos *R. om. libri* utimur philoxen' ſic *C* *Transposuit Hermannus:* Pari igitur fortúna utimúr nos, aetáte ut sumús. Sic est.

PHILOXENVS.

Sic est, sed tu,

Quid tibist?

NICOBVLVS.

Pól mihi aegrést idem quód tibi.

PHILOXENVS.

Númquidnam ad filium haec aégritudo áttinet?

NICOBVLVS.

'Admodum.

PHILOXENVS.

Idém mihi mórbus in péctorest. [1071]

NICOBVLVS.

'At mihi Chrýsalus óptumus homó meum
Pérdidit filium, me átque rem omném meam.

PHILOXENVS.

Quíd tibi ex filio nam, óbsecro, aegrést?

NICOBVLVS.

Scies:

'Is perit cúm tuo: aeque ámbo amicás habent.

---

séd tu 1109 *sqq. creticos Bothius descripsit, a v. 1112 etiam Hermannus Elem. doctr. metr. p. 213* tibi ſt *B*. tibi eſt *reliqui* aegrest idem quod *B: quando* curae idemst quod *parum Plautinum*. par idem eſt quod *BCD*. par idem quod eſt *FZ* tibi philoxenuſ numquidnam *C* Numquid ad *Bothio praeeunte Hermannus* egritudo *BCDZ* adtinet *BF* 1111. *cum* 1110 *in unum contraxit B* pectore ſt *B*. pectore eſt *reliqui* 1112. obtumuſ *D* homo meum *Hermannus, sic nuper transponens:* 'At mihi iste óptumus Chrýsalus homó meum. — homo *sine* meum *libri. Frustra est Beckerus p. 24* 1114. egre ſt *B*. egre eſt *CDF*. ęgre ē *Z* 1115. Is perit *Bothius*. iſ perilt *Z*. Id. perilt *B, item* id. periit *reliqui, pronomen cum* scies *iungentes*. Perilt is *Hermannus* aeque ambo *idem*. atque ambo aeque *libri, nisi quod* eque *CDF*. ambo aeque *Acidalius*. atque ambo *Guyetus*

PHILOXENVS.

Qui scis?

NICOBVLVS.

Vidi.

PHILOXENVS.

Heí mihi misero: dispérii.

NICOBVLVS.

Quíd dubitamus púltare atque huc éuocare ambós foras?

PHILOXENVS.

Haút moror.

NICOBVLVS.

Heus Bácchis, iube sis áctutum aperirí foris,

Nísi mauoltis fŏris et postis cómminui secúribus.

1116. *creticum catalecticum effeci addito* misero *ante* uidi *rasuram* ***B*** hei] ei ***BC*** 1117. ambos ***BCD***. ambas ***FZ*** 1118. h^a^ud ***C*** moror ego *Hermannus ante* NIC. *rasuram* ***B*** apperiri ***D*** fores ***BCDF***. *om.* ***Z*** 1119. nisi *sup. scr.* ***C*** *ead. m.* mauoltis ***BCDF***. mauelis ***Z***. uoltis *Hermannus.* mauis *Guyetus. Aut* mauoltis *aut* foris *pronuntiando contrahitur* fores *libri, nisi quod* foras ***Ba*** potes ***Ba***. postes ***Bb*** *cum reliquis*

BACCHIDES. NICOBVLVS. PHILOXENVS.

BACCHIS.

Quis sónitu ac tumúlto tantó nominát me atque tám pultat aédis? [1080] 1120

NICOBVLVS.

Ego átque hic.

BACCHIS.

Quid hóc est negóti nam, amábo? quis hás ouis adégit?

NICOBVLVS.

Ouís nos uocánt pessumaé.

Act. V. Scen. 2. BACHIDES DVAE. SENEX II. *B. om. CD.* Bachiſ. Nicoboluſ. Bachiſ altera. Philoxeneſ *F et omisso* altera *Z* 1120. 1121 *bacchiacos hexametros constitui, quorum in B haec descriptio:*

Ba. Quiſ ſonitu ac tumultu tanto nomine nominat
Me atque pultat edeſ? Ni. ego atque hic. Ba. quid hoc eſt negotii?
Nam amabo quiſ haſ hic (u) oueſ adegit?

Vbi v. 1. Qui ſontu *X* tumulto tanto *C.* tumultu tanta *BaDa.* tumultuanti *FXZ* nomine *om. Pylades* 2. aedeſ *CDX* hic bahiſ quid *D* negocii *FZ* 3. ambo *F* huc ouiſ *CFXZ.* hc (v) couiſ *D, et sup. scr.* ſex (n) uocat oueſ *Db* ouis *monosyllabum: alioqui licebat* quis ouís has adégit *Tres tetrametros effecit Hermannus:*

Quis sónitu ac tumúltu tantó nominát me?
Quis hás pultat aédis? Ni. ego átque hic. Ba. quid ést hoc
Negóti nam, amábo? quis ouís huc adégit?

1122. *Hinc usque ad finem fabulae cum nostra versuum descriptione B congruit, nisi ubi aliud testabimur. In eodem solo* Bacchis *et* Soror *nominibus meretrices distinguuntur* Quiſ *pro* Ouiſ *Ba* uocat (n) *B* peſſume? Soror. paſtor *B*. peſſume. Ba. paſtor

SOROR.

Pastor hárum

Dormít, quom eunt síc a pecú palitántes.

BACCHIS.

At haút pol nitént: sordidae ámbae uidéntur.

SOROR.

Attónsae quidem ámbae usque súnt.

PHILOXENVS.

Vt uidéntur

Derídere nós.

NICOBVLVS.

Sine suo úsque arbitrátu.

BACCHIS.

Rerín ter tu in ánno has ouís tonsitári?

SOROR.

Pol hódie altera haéc iam bis détonsa cértost.

FZ. peſſumae; paſtor ***X***. BACHIS. peſſume paſtor ***CD*** harum] a *e corr.* ***B*** 1123. quóm eunt síc ***B***. quom hae eunt ſic *cum spatiis (altero quidem e rasura)* ***B***. cum hae (he ***F***) eunt ſic ***FXZ***. cum baec (hec ***D***) eunt ſic ***CD***. cum h̄ eunt *Charisius p. 113: unde facile efficias* quom baec eunt, *nisi molestum sit iteratum pronomen.* sic quom eúnt *Hermannus* peccu ***D*** palitantes *Camerarius.* balitanteſ *libri, nisi quod* ba(li)tanteſ ***C***. hallitanteſ *Charisius* 1124. BA. ***BZ***. *om.* ***CD***. PHILOX. ***FX*** At haut pol nitent: sordidae ambae uidentur ***B***. At pol nitent haud ſordidae uidentur ambae *libri, nisi quod* Et ***Z***. At edepol nitent: sordidae ambae haud uidentur *Bothius.* At hae pol n. s. a. h. u. *Hermannus.* At pol haud n. s. ambae uidentur *Lomanus Spec. crit. p. 46* 1125. SOROR ***B***. *om.* ***CDa***. NIC. ***Db***. BA. ***FXZ*** Attonsae *Bothius.* Attonſae hae ***Z***. At tonſae hae ***B***. Attonſae he ***CD***. At tonſae haec ***X***. At tonſe he ***F*** PHIL. ***B***. *om.* ***CD***. NIC. *reliqui* 1126. NIC. ***B***. *om.* ***CD***. PHIL. *reliqui* 1127. *Hunc antecedenti continuat* ***B*** BA. *om.* ***CDX*** Rerinter ***B***. rerim ter ***X***. rein ter ***Z*** tu in anno has ***B***. in anno tu haſ *libri* ouis *addidi praeter libros.* Hem rerin' tu in anno ter has tonsitari *Hermannus* 1128. SOROR ***B***. *om.* ***CD***. BA. ***Z***. NIC. ***FX*** altera haec ***B*** *Parerg. I, p. 405.*

BACCHIS.

Vetulaé sunt minae ámbae.

SOROR.

At bonás fuisse crédo.

BACCHIS.

Vidén limulís, obsecro, út contuéntur?

SOROR.

Ecástor sine ómni arbitrór malitia ésse.

PHILOXENVS.

Merito hóc nobis fít, qui quidem húc uenerímus.

BACCHIS.

Cogántur quidem íntro.

SOROR.

Haut sció quid eo opús sit:

Qüae néc lacte néc lanam habént. sic sine ástent.

Exóluere, quánti fuere: omnis frúctus

---

altera *libri*. altera est *et in fine* certe *Bothius* certo est *libri* 1129. BA. ***FXZ***. *om*. ***BCDa***. P (*sic*) ***Db*** Vetule ***BCDF*** minae ambae *Colerus*. thimiame ***BD***. thim̧ame ***C***. timiamae ***X***. timiame ***F***. thymianae ***Z***, *Turnebus Adv*. XXIV, 11. cimianae *cod. Scaligeri*. chimiamae '*ms. unus et alter*' *Lambini*. Thynae minae *Palmerius*. thymiama *Lambinus*. thymiamae *h. e.* thymi amantes *defendebat Salmasius*. hae minae *Scaliger* SOR. at *Camerarius*. BAC. at ***B***. at *reliqui* fuisſ ***X*** 1130. BA. *Gronovius*. SOROR. ***B***. *om. reliqui* uidem ***Z*** liminiſ ***X***, *sed* limuliſ *mrg.* contuentur *Bothius*. intuent ***C***. intuentur *reliqui*. te intuentur *Hermannus* 1131. SOR. *Gronovius*. BA. ***Z***. *om. reliqui cum* ***Da***. N (*sic*) ***Db*** Haec castor ***B*** omne ***Da*** malicia ***CF*** 1132. PHIL. *om.* ***CD*** 1133. BA. *om.* ***CD*** intro. SOROR ***B***. intro ***CDa***. intro. P ***Db***. intro. BA. *reliqui* 1134. Quae *om. Hermannus servato* ullam lacte *Lambinus*. lactẽ ***C***. lactem *reliqui*. lactent *codex Romanus Longolii* lanam *Bothius*. lanam ullam *libri* ſine[s] ***D***. ſineſ ***FZ*** 1135. exo-

Iam illís decidít. non uidés, ut palántes
[Solae libere]
Grasséntur? quin aétate crédo esse mútas:
Ne bálant quidém, quom a pecú cetero ábsunt. stultae ác malae uidéntur.

BACCHIS.

Reuórtamur íntro, sorór.

NICOBVLVS.

Ilico ámbae manéte: hae uolúnt uos.

---

luerę ***DbFXZ***. exſoluere ***BCDa*** 1136. ot ***X*** palantes *Camerarius.* balanteſ *libri* 1137. Solae liberae, *quae ab interprete adscripta esse Hermannus vidit, dochmiacum interpretabatur Lomanus p. 47. Cum proximis uno versu comprehendit* ***B*** Solae liberę *exhibens.* ſolae libere ***Z***. ſole liberę ***D***. ſole libere ***CF*** 1138. craſſentur *libri omnes* etate ***BCDF*** mutaſ ***DFXZ***. mutataſ ***B***. ruttaſ ***C*** 1139 *et* 1140 *hexametros descripsi, quorum haec est in* ***B*** *species:*

Ne balant quidem cum a pecu cetero abſunt.
Stulte ˙atque malae uidentur. ˙haud
BA. Reuortamur intro ſoror. NIC. ilico ambae
Manete. hae oueſ uolunt uoſ.

Quorum versui 2 NIC. *praemittunt* ***DbFX***, PHIL. ***Z*** Stultę ***Bb***. ſtultae ***Z*** haud, *quod in mrg.* ***Bb*** *addidit, om. reliqui* male ***CDF*** 3. reuertamur ***CDZ*** sorōr: *vide Prol. Trin. p.* CLXXIV *sqq.* NIC. ilico *cum* ***B*** *Camerarius.* BACH. ilico ***C***. BACHILICO ***D***. bachilico. BAC. ***F***. bachilco BA. ***X***. BA. *sine* ilico ***Z*** ambe ***DF*** 4. NIC. *praemittunt* ***CDFZ*** *Deleto v. 2 ut ex interpretatione orto tetrametros continuavit Hermannus:*

BA. Reuórtamur íntro, sorór, iam illico ámbae.
NI. Immo ámbae manéte: haece oués nunc uolúnt uos.

Alternare bacchiacos et iambicos Lomanus voluit:

Ne bálant quídem, cum a pecú caetero ábsunt.
So. Stultae ác malae uidéntur.
Reuórtamur íntro, sorór. NI. illico ámbae
Manéte, haec ōueſ uolúnt uos.

SOROR.

Pródigium hoc quidémst: humana nós uoce appellánt oues.

PHILOXENVS.

Haéc oues nobís malam rem mágnam, quam debént, dabunt.

BACCHIS.

Sí quam debes, té condono: tíbi habe, numquam abs té petam.

Sét quid est, quaprópter nobis uós malum minitámini?

PHILOXENVS.

Quía nostros agnós conclusos ístic esse aiúnt duos.

NICOBVLVS.

Ét praeter eos ágnos meus est ístic clam mordáx canis.
Quí nisi nobis próducuntur iam átque emittuntúr foras,
'Arietes trucés nos erimus': iam ín uos incursábimus.

BACCHIS.

Soror, ést quod te uolo sécreto.

SOROR.

Eho, amábo.

NICOBVLVS.

Quo illaec ábeunt?

1141. SOROR *B*. om. *CD*. BA. *reliqui* quidem ſt *B*. quidem eſt *reliqui* apellant *B*. appellant *reliqui* 1142. PHIL. *BZ*. NIC. *F*. om. *CD* Haec *Bothius*. Hae *libri*. Haece *Hermannus* quam *B*. cum *reliqui* 1143. BA. om. *CDa*. B. *Db* 1145. noſtro *Ba* annoſ *Da* eiunt *Z* 1146. preter *BF* 1147. iamque emittantur *Z* 1148. nos] nam *Z* iam] tam *Bothius* 1149. *Hinc usque ad finem scenae anapaesticos septenarios nuper descripsit Hermannus, postquam de trochaicis tetrametris Reizio auctore cogitarat in libro de metris p. 125 sqq. 136 sqq., de anapaesticis systematis Elem. p. 390. Cum nostra versuum descriptione, nisi ubi aliud testor, convenit codici B* SOROR. eho *B*. BA. eho *reliqui*. *de* Nicobuli *persona cogitabat Acidalius* illaec *Bothius*. illae *B*. ille *reliqui*. illac hinc *Hermannus* habeunt BA. ſenem *C*. habeunt

BACCHIS.

Senem illúm tibi dedo ultériorem, lepide út lenitum réddas:

Ego ad húnc nunc iratum ádgrediar: si hos póssumus intro inlícere huc.

SOROR.

Meum pénsum ego lepide accúrabo, quamquámst mortem amplexári.

BACCHIS.

Facito út facias.

SOROR.

Taceás. tu tuum facito: égo quod dixi, ecfíciam.

NICOBVLVS.

Quid illaéc illic in cónsilio duae sécreto consúltant?

PHILOXENVS.

Quid aís tu, mi homo?

Bachifenem *D*. abeunt. Bac. Bachi fenem *F* illum tibi dedo ulteriorem *BCD*. tibi dedo illum ueteriorem *propter hanc ipsam comparativi formam bis affert Priscianus III, 3. p. 607 et VI, 15. p. 716 P.: unde* illum dedo tibi ueteriorem *FZ* philox. ulteriorem *D ead. m.* lapide *codd. Prisciani* 1151. a d hunc *C*. adhunc *Z* nunc *addidit Hermannus* nicobolum iratum *D ead. m.* aggrediar *F* si hos possumus intro inlicere huc *R*. poffumuf nof hof intro inlicere hoc (v) *B et, nisi quod* illicere huc, *DFZ, sed praemisso* BA. *Z*. poffumuf nof hos illicere huc *C sine* intro 1152. SOR. *D*. BAC. *reliqui* pensum] Enfum *C (ab initio versus)* quamquamst *Hermannus.* quam odiofum eft *libri* (quã odio fũ ẽ *D*.) quanquam odium est *Bothius* 1153. BA. *om.* *CD* SOR. *B*. BA. *reliqui* tacitaf *C* dixi, ecficiam *R*: dixi, faciam *Hermannus.* dixi haud mutabo *libri, quod ille e v. 1203 illatum esse vidit. Talem Scioppius versum formabat Susp. lect. IV, 17:* Facito út taceas: tu tŭum facito: ego quŏd dixi, haud mutábo 1154. illaec] illec *Z*. ille? *F* due *CDF* 1155. PHIL. *BZ*. *om.* *CDa*. P. *Db*. BA. *F* mi *addidit Her-*

NICOBVLVS.

Quíd me uis?

PHILOXENVS.

Pudet dícere me tibi quiddam.

NICOBVLVS.

Quid est quód pudeat?

PHILOXENVS.

Set amíco homini tibi, quód uolo, credere cértumst.
Nihilí sum.

NICOBVLVS.

Istuc iam prídem scio: set quí nihili sis mémora.

PHILOXENVS.

Tactús sum uehementér uisco: cor [pól mihi] stimulo fóditur.

NICOBVLVS.

Pol tíbi multo aequius ést [nequam stimulári] coxendícem.
Set quíd istuc est? etsi égo iam ipsus, quid sít, prope scire putŏ me:

---

mannus PHIL. *BFZ*. BACHIS *CD* pudet] *v. Prol. Trin. p.* CXLIX. me dicere *sine* tibi *Z* 1156. NIC. *BFZ*. *om. CDa*. P. *Db* sed] st *Gruterus* quid *Taubmanniana* uolo :': credere *C* certum ſt *B*. certum eſt *reliqui* 1157. nihili *CDF*. Nihil *BZ* NIC. *om. CDa*. P. *Db* scio iampridem *Bothio obsecundans Hermannus* qui *Guyetus*. quid *libri* nihili sis *Angelius*. nihil ſiſ *Z*. nihili ſit *BF*. nihile ſit *CD* merora *C*

1158-1161 *sic scriptos B habet:*

PH. Tactuſ ſum uehementer uiſco. cor ſtimulo foditur.
NI. Pol tibi multo equiuſ eſt••coxendicem.
Sed quid iſtuc eſt? etſi iam ego ipſe••quid ſit prope ſcire puto me.
Verum audire etiam ex te ſtudeo. PH. uiden hanc? NI. uideo.
PH. Haud mala eſt mulier.
NI. Pol uero *e. q. s.*

et ita quidem ut v. 2 et 3 post eſt *et* ipse *rasurae sint. Personarum*

Verum aúdire etiam ex té studeo.

PHILOXENVS.

Viden hánc?

NICOBVLVS.

Video.

PHILOXENVS.

Haut malast múlier.

NICOBVLVS.

Pol uéro ista mala et tú nihili.

PHILOXENVS.

Quid múlta? ego amo.

NICOBVLVS.

An amas?

PHILOXENVS.

Ναὶ γάϱ.

---

nomina om. **CDa**: *v. autem 4. 5. et 6* B. *pro* PHIL., P. *pro* NIC. *addidit* **Db**. *Praeterea v. 2* equeſt **C** *ead. m.* equuſ eſt **F**. equluſ eſt **Z** — coxen dicere **F** — 3. etſiam **Da**, etſlam **De** — poto **F**, pitto (*an* puto?) **C** — 4. etiam *om.* **C** —. *Longissimos versus in* **CD** *quoque hic excipit brevitate sua insignis:*

Video. Haud mala eſt muller

(*nisi quod* ē muleer **Da**, mulierē **C**): *cuius rei non alia caussa, nisi quod in archetypo ea verba, quae non caperet membranae latitudo, infra versus finem subscripta erant, ut saepissime factum in A. Alia via Hermannus usus lacunam sic descripsit:*

PH. Tactús sum uehementér uisco. NI. * * * * *
PH. Cor méum stimulo foditúr. NI. pol tibi multo aéquius coxendícem:

prosodiam coxendicem *vocis firmans praef. p. V. Pro* iam ego ipse *idem* ipse ego iam 1162. uero *om.* **C** ista]muſta **C** PHIL. *om.* **CD**: *et sic in reliqua scena, in qua eas tantum personarum notas, quas vel* **Db** *vel* **De** *addidit, memorabo* an amas? PH. ναὶ γάϱ *Hermannus.* an amaſ? necar **BCD**. l. carpe **Bb** *mrg.* an amaſ? PH. necaſ **FZ**. an amas nequam? **R** *olim*

NICOBVLVS.

Tun', hómo putide, amatór istac fieri aétate audes?

PHILOXENVS.

Quí non?

NICOBVLVS.

Quia flágitiumst.

PHILOXENVS.

Quid opús uerbist? meo fílio non sum irátus, Neque té tuost aequom esse íratum: si amánt, sapienter fáciunt.

BACCHIS.

* * * * sequere hác.

NICOBVLVS.

Eunt eccas táudem

1163. Ni.] N. ***Db*** tun ***BCDF***. tu ***Z***: *quo sic usus Hermannus:* Tu homó putide, amatórne. *Vide Prol. Trin. p.* CLXXV. putide ***BCDF***, *codd. Pyladis.* putiduſ ***Z*** fieri etate ***DF***. farietate ***C*** audes] *cf. ad v. 1048 dicta* 1164. flagitium eſt *libri* Phi.] P. ***Db*** opuſ uerbiſt ***B***, opuſ uerbiſ eſt *reliqui.* opust uerbis *Bothius, fortasse vere* iratuſ ***C*** 1165. te *om.* ***Z*** tuoſt ***B***. tuo ***F***. tuo eſt *reliqui* equm ***B***. equum ***CD***. equum ***Z***. equum eſt ***F*** 1166. *Lacunam signavit Hermannus: quam supplere sic licet:*

Ba. Quid tám diú, soror, hic ádstamus?

In ***B*** *(in quo non minus saepe, quam non Plautinorum interpolatio, omissio Plautinorum caussa esse turbatae versuum descriptionis solet) sic proxima distinguuntur:*

Ba. Sequere hac. Ni. eunt eccaſ tandem probri perlecebrae et perſuaſtriceſ.

Quid nunc etiam redditiſ nobiſ filioſ et ſeruum. an ego
Experior tecum uim maiorem? Ph. abin hinc.

1166. Ba. *praeter* ***CD*** *om.* ***FZ*** hac eunt eccaſ ***C***. hac eunt eccaſ ***Da***. hac eunt [N]eccaſ ***Db***. hac eunt. Nic. eccaſ ***FZ***

Probripérlecebrae et persuástrices. quid núnc? iam redditis nóbis
Filiós et seruom? an ego éxperior tecúm uim maiorem?

PHILOXENVS.

'Abin hinc?
Non hómo tu quidem es, qui istóc pacto tam lépidam inlepide appélles.

BACCHIS.

Senex óptume, quantumst ín terra, sine me hóc exorare ábs te,
Vt istúc delictum désistas tanto ópere ire oppugnátum.

NICOBVLVS.

Ni abeás, quamquam tu bélla's, malum tibi mágnum dabo iam.

1167. Probriperlecebrae *Hermannus: v. Prol. Trin. p.* CLXVI. probri perlecebrae *libri, nisi quod* probi ***Z***, perlecebre ***CDF*** iam *Hermannus.* etiam *libri* 1168. uim maiore ***D***. uim maior ***C***. ui maiore ***FZ***, *Dousa Expl. II, 25, Gulielmus c. 3* PHI.] P. ***Db***. *om. etiam* ***Z*** aibin ***Z*** 1169. homo quidem ef (*sine* tu) ***C***. tu quidem homo es *Hermannus* illepide ***Z*** 1170. BA.] B. ***Db*** optime ***BCZ*** quantum ft ***B***. quantum eft ***Z***. quantuf eft (*vel* quant' ẽ) ***CDF*** intereã ***C*** sine me ***B***. fine *libri* exorarier (*servato* sine hoc) *Hermannus* 1171. iftu•c *cum rasura* ***B*** tanto opere ***B***. tantopere *reliqui* 1172. NI.] N. ***Db*** Ni ***B***. nifi *reliqui* habeaf ***D*** bella ef *libri.* es bella *Hermannus* magnum] malo ***Z*** BA.] B. ***Db*** paciar ***C*** *Ceterum hac descriptione* ***B*** *utitur (atque adeo* ***C*** *in duobus primis versiculis):*

NI. Ni abeaf qnamquam tu bella ef
Malum tibi magnum dabo iam. BA. patiar.
Non metuo ne quid mihi doleat quod feriaf. NI. ut blandiloqua ft.
Et mihi metuo. SOR. hic magif tranquillu ft.
I i hac mecum *e. q. s.*

BACCHIS.

Pátiar.

Non métuo ne quid míhi doleat, quod férias.

NICOBVLVS.

Vt blandíloquast.

Hei míhi, metuo.

BACCHIS.

Hic magis tránquillust: * * * *

I hac mécum intro: atque ibi, sí quid uis, filiúm conca-
stigáto.

NICOBVLVS.

Abin á me, scelus?

BACCHIS.

Sine, méa pietas, te exórem.

NICOBVLVS.

Exores tú me?

SOROR.

Ego quidem ab hoc certe exórabo.

PHILOXENVS.

Immo ego te óro, ut me intro abdúcas.

1173. Ni.] N. *Db* blandiloqua est *CDFZ* 1174. *prima verba* Bacchidi *tribui Acidalius volebat, reliqua* Sorori, *proximum versum rursus* Bacchidi Ei *etiam CD*. Hei *FZ* Bac.] B. *Db*. Soror *B* tranquillum ē *CDFZ* *Lacunam a se consignatam sic expleri posse Hermannus annotavit:* ta quóque tranquillus fito 1175. i hac *CDFZ* adque *Da* ibi *Pylades*. habi *Da*. abi *Dc cum reliquis* ō castigato *B*. ĉgastigato *CD*. cōcastigasto *Z*. 1176. Ni.] N. *Db* Ba.] B. *Db* te exorem *om. FZ* Ni.] N. *Db* 1177. Sor. *Acidalius*. Ba. *BFZ* *Huic versui, non proximo,* mecum ut

SOROR.

Lepidúm te.

PHILOXENVS.

At sciu quo pácto me ad te intro ábducas?

SOROR.

Mecum út sis.

PHILOXENVS.

Omnía quae cupio, cómmemoras.

SOROR.

* * * * *

NICOBVLVS.

Vidi égo nequam homines: uérum te nullúm deteriorem.

PHILOXENVS.

'Ita sum.

BACCHIS.

I hac mécum intro, ubi tibi sít lepide uictíbus, uino atque unguéntis.

NICOBVLVS.

Satis, sátis iam uostrist cónuiui: nil paénitet, ut sim accéptus.

ſiſ *subiicit* ***C*** 1178. *Verba* Lepidum . . . abducaſ *hic omissa in medio v. 1198 collocat* ***Z*** SOR. ***B***. BA. ***FZ***. B. ***Db*** PHI.] Phi. ***De*** SOR. *Acidalius*. BA. ***BFZ*** 1179. *Proximorum haec est in* ***B*** *species:*

BA. Omnia quae cupio cō memoraſ. NI. Vidi••ego nequam
Hominem. uerum te neminem deteriorem. PH. ita ſum.

Vbi cō *a m. ant. est, ante* Vidi *spatium,* Vi *e corr., post* Vidi *lacuna e rasura* 1179. PHI.] B. ***De*** omniaque ***CDF*** *In lacuna ab Hermanno consignata fuisse potest:* SOR. Omnía quae cupis euénient. *Vel* SOR. Lepide ápud me tu eris accéptus 1180. NIC.] Bac. ***Z***. Nic. ***De*** homines *Lambinus*. hominem *libri* PHI.] Bac. ***Z***. Nic. ***Db***. PHIL. ***De*** 1181. I i hac ***B***. E hac ***C*** ſic tibi ***Z*** unguent' ***C***; unguent tiſ ***D*** 1182. NIC. ***Db*** Satiſ ſatiſ iam uoſtriſt conuiuii ***BC***, *nisi quod* conuiui ***C***. Satiſ ſatiſ iam uoſtriſt conuiuii ***D***. NI. Satiſ iam ſatiſ uoſ triſteſ. PH. conuiuii ***FZ***; *proximo versui* NI. *praemittentes. Sic autem haec cum proximis* ***C*** *turbat:*

Quadrigéntis Philippis fílius me et Chrysálus circumduxérunt,

Quem quídem ego ut non hodie éxcruciem, alterúm tantum non méream.

BACCHIS.

Quid tándem, si dimídium auri reddítur? isne hac mecum íntro,

Atque [índuces animum, haéc] ut eis delícta ignoscas?

PHILOXENVS.

Fáciet.

NICOBVLVS.

Minumé, nolo: nil móro: sine sic. malo íllos ulcisci ámbo.

Satif fatif iã uoftrift ·philippif filiuf me & chrifaluf circũduxer
Cónuiui me nihil penitet utfim accept' quadrigentif.

nil *Hermannus.* me nihil *libri* penitet ***BCDF***. poenitet ***Z*** 1183. Quadrigentif *pro* quadringentif *solus* ***C****: ut v. 974 post* filiuf *lacunam e rasura* ***B*** 1184. *sqq. hi sunt in* ***B****:*

Quem quidem ego ut non excruciem
Aterum tantum auri non mercam.

BA. Quid tandem fi dimidium auri redditur • ifne in hac mecum intro
Atque ut eif delicta ignofcaf. PH. faciet.
Minime *e. q. s.*

1184. ergo ***C*** hodie *addidit Hermannus* alterum tantum ***R***. alterum tantum auri *libri, nisi quod* Aterum ***B***. bis tantum auri *Hermannus. Vix dubitandum quin duarum syllabarum in anapaestico quidem sit* alterum non mercam ***BaCDZ***. non merear ***Bb***. nunc meream ***F*** 1185. BA.] B. ***Db*** dimidium auri, *quod redit v. 1189, e Bacchidibus commemorat Gellius III, 14 post* redditur *aliquid erasum in* ***B*** isne hac ***R***. in hac ***CD***. .i. hac ***F***. i (*sine hac*) ***Z***. *Videtur* in' *vetus scriptura pro* isne *esse* 1186. *coniectura supplevi, probabilius puto quam Hermannus his formatis versibus:*

Atque út eis delicta ignoscas? PH. faciét. NI. minume. PH. * *
NI. Noló, nil moror istúc: sine sic. malo illos ulcisci ámbo.

delictuſ ***C*** PHI.] P. ***Db*** 1187. *Totum versum om.* ***FZ*** *cum aliis libris novicios: servarunt non tantum* ***BC****, sed* ***D*** *quoque* NIC. ***Db*** Minime ***BCD*** moro ***R*** *ut v. 153.* moror *libri* ſint ***D*** illoſ] ill *e corr. post ras.* ***B***

PHILOXENVS.

Etiám tu homo nihili, quód di dant boni, cáue culpa tua amíssis.
Dimídium auri datur: áccipias, potésque et scortum accúmbas.

NICOBVLVS.

Egon' úbi filius corrúmpatur meus, íbi potem?

PHILOXENVS.

Potándumst.

NICOBVLVS.

Egon, quom haéc cum illo accubet, ínspectem?

BACCHIS.

Immo equidém pol tecum accúmbam.

1188. PHIL. *B*. P. *Db*. NIC. *FZ* nihili quod dii *CD*. nihil dii *Ba*, nihil [a]dii *Bb*. nihili. PHI. quod dii *F*. nihili. PHI. quid alii *Z* boni *om. Hermannus, sic versum dimensus:* Etiám tu homó nihili quod di dant 1189. scurtum *B*. scor [seorsum] tum *Da*. scor tum *Dc* 1190 *sqq. sic scripti exstant in B:*

NI. Egon ubi filius corrumpatur meus ibi potem? PH. potandum st.
NI. Age iam id utut est etsi est dedecorum patiar. facere inducam animum.
Egon cum haec cum illo accumbet inspectem? BA. immo equidem pol tecum accumbam.
Te amabo et te amplexabor. NI. caput prurit. perii. uix negito.
BA. Non tibi uenit in mentem amabo si dum uiuas tibi bene facias
Iam pol id quidem esse haud perlonginquum.
Neque *e. q. s.*

Quorum versuum, non aliter ordinatorum in CDFZ, secundum collocavi post v. 1200, quarti initium partem feci versus 1199. Turbatae in B versuum descriptionis, ut alibi (vid. ann. ad v. 1100. 1166) vel interpolatio vel omissio, ita hic tertia caussa apparet partium traiectio. Parum feliciter horum tractatio Hermanno cessit: nec mea teneo Parerg. I, p. 411 proposita 1190. NIC. *Db* Ergo nubi *C* potem] poteft *C* (*ortum e potē*) PHI] P. *Db* potandumft *B*. potanduft *CD*. potandum eft *FZ*

1191. NIC. *om. libri: habuerunt tamen ante rasuram personae notam F* cum *libri* hec *CF* accubet *FZ*. accumbet

NICOBVLVS.

Caput prúrit: perii. uíx negito.

PHILOXENVS.

Non iám tibi uenit in méntem,
Si, dúm uiuas, tibi béne facias, pol id ésse haut perlonginquom,
Neque si hóc hodie amissís, id post mortem éueuturum esse úmquam?

NICOBVLVS.

Quid agó?

PHILOXENVS.

Quid agas? rogitás etiam?

NICOBVLVS.

Lubet ét metuo.

BACCHIS.

Quid métuis?

NICOBVLVS.

Ne obnóxius filio sim ét seruo.

BACCHIS.

Mel méum, amabo, istaec fiunt.

BCD infpeotè *C* BA.] B. *Db* 1192. NIC.] P. *Db* caput] *vide Prol. Trin. p.* CLV. capud *D* PHIL. *FZ*. BA. *B*. B. *Dc* iam *add. B* mentem *B*. mentem amabo *libri*. amabo *invectum ex eis quae praecedunt in libris* 1193. uiaf *D ead. m.* pol id esse *Hermannus*. Iam pol id quidem effe *libri* perlonginquum *libri praeter B* 1194. odie *D* amissis *Bothius*. amiferif *BCDZ*. admiferif *F* id post mortem *B*. poft in morte *libri*. *Nisi e glossemate sunt* in morte, *poeta ut sic scripserit:* id póst haut éuenturum esse úmquam (*coll. ann. ad v. 1037*) uenturum *F* 1195. *personarum notas Db has habet:* NIC. — P. — NIC. — P. — *Pro* BA. *etiam in F* PHIL. *est. Ego nescio an* Bacchidi *etiam illa tribuenda sint* Quid agas, rogitas etiam? libet *libri* 1196. obnoxiu[]b *e corr. B* BA.] B. *Db* iftec *CDFZ*

Tuust: únde illum sumére censes, nisi quód tute illi déderis?

Hanc uéniam illis siue te éxorem.

NICOBVLVS.

Vt terebrát. satin' offirmátum

Quod mihi erat, nunc id me éxorat?

BACCHIS.

Te amábo et te amplexábor.

NICOBVLVS.

Tua sum ópera et propter te ímprobior.

BACCHIS.

Ne tís quam mea mauéllem.

NICOBVLVS.

Age iam, útut est, etsist dédecori, patiár: facere inducam ánimum.

1197. Tuust *R*. Tuuſ eſt *libri*. Tuumst *Hermannus* sumere censes *R*. cenſeſ ſumere *libri* 1198. *post* exorem *inseruit Z versus 1178 verba* Lepidum .... abducas Nic. *Db* fatiſ *F*

Proxima sic sunt descripta in B (continuata in reliquis):

Hanc ueniam illiſ ſine te exorem. Ni. ut terebrat. ſatin offirmatum
Quod mihi erat id me exorat.
Tua ſum opera et propter te improbior. Ba. ne iſ quam mea mauellem.
Satin ego iſtuc habeo offirmatum quod ſemel dixi
Haut mutabo. Ba. it dieſ. ite intro accubitum.
Filii uoſ *e. q. s.*

Quarum turbarum caussam aperui ad v. 1190. Quarti versus alteram partem intercidisse ipsum vacuum spatium indicio est 1199. nunc *add. R* 1200. ne tiſ quam mea mauellem *C. E. Ch. Schneiderus et* uellem *substituens Hermannus*. Ne iſ quam mea mauellem *B*. neiſquã Meã uellẽ *CD*. neiſquam meam uellem *F*. nuſquam me auelleſ *Z*. nusquam tu me a te auelles *Camerarius* 1201. Nic. *Db* iam utut est *R*. iam id utut eſt *BD*. iã aduteſt *C*. iam id ut eſt *FZ* etsist dedecori *R*. etſi eſt dedecorum *libri* paciar *C* facere] facile '*in aliis codd. legi' testatur Pius*

BACCHIS.

Satin' égo istuc habeo offírmatum * * * * ?

NICOBVLVS.

Quod díxi semel, haut mútabo.

BACCHIS.

It díes: ite intro accúbitum:

Filíi uos expectánt intus.

NICOBVLVS.

Quam quidem áctutum emoriámur?

BACCHIS.

Iam uésper hic est: ité, sequimini.

PHILOXENVS.

Ducite nos tamquam addíctos.

BACCHIS.

Lepide ípsi hi sunt captí, suis qui filíis fecere insídias.

1202. Ba. *om. libri.* Nicobulo *tribuebat Scaliger, in eis quae praecedunt Camerarium secutus* obfirmatum **Z** *Mutilum versum velut sic redintegrare licet:*

Satin' égo istuc habeo offírmatum, ut illis irátus né sis?

1203. Nic. ***DbFZ***. *om. etiam* ***B*** dixi semel *Pylades.* ſemel dixi *libri* haud ***Bb*** *cum reliquis* Ba.] B. ***Db*** it dieſ ***B*C**, *codd. Pyladis.* id dieſ ***D***. id diciſ ***F***. *om.* ***Z*** ite] iſte ***Da***

1204. expectant *libri* Nic. ***Db*** quam quidem] quamne *Hermannus* emorimur ***FZ*** 1205. B. ***Db*** Iam uesper ***R***. Veſper *libri* ite *huc ascivit e fine insequentis versus Hermannus* Nic. ***BF***. Phi. ***Z***. P. ***Db*** ducite nos tamquam addictos ***R***. ducite noſ quo lubet tamquam quidem addictoſ ***BDFZ***. ducite noſ quo lubet quidem tamquam addict' ***C***. ducite quo lubet addictos *Hermannus* 1206. B. ***Db*** ipſi hi ***BDF***. hi ***C***. ipſi hic ***Z*** capiti (*an* captti) ***C*** . filiſ ***Ba***, filiſ *m. rec.* inſidiaſ ***FZ***. inſidiaſ. ite. ***BCD***. *Quod qui servare volet, Bothio duce sic scribere poterit:* Lepide hi sunt capti, filiis qui fecére insidias. ite.

C A T E R V A.

Hí senes nisi fŭissent nihili iam inde ab adulescéntia,
Nón hodie hoc tantúm flagitium fácerent canis cápitibus:
Néque adeo haec facerémus, ni antehac uídissemus fieri,
'Vt aput lenonés riuales fíliis fierént patres.
Spéctatores, uós ualere et cláre uolumus plaúdere.

1207. CATERVA *B*: GREX *Pylades*. Bacchidi *sine ullo intervallo continuant libri. Vide Prol. Trin. p. xxx.* 1208. hic *Z* flagiũ *Da*, flagi^ti^ũ *De* 1210. leones *C* 1211. uale *Ba*, uale^re^ *Bb* et clare uolumus plaudere *Hermannus*. uolumus et clare adplaudere *libri*, *nisi quod* dare *Z*, applaudere *DeF*. et uolumus clare adplaudere *Bothius*, *qui olim transposuerat* Sp. uolumus uos ualere et clare adplaudere EXPLICIT PLAVTI BACHIDES *B*. PLAVTI BACHIDES EXPLICIT *CD*. Finis *Z*

BONNAE, FORMIS F. P. LECHNERI.

HDI
HW 32C2 H